

EX·LIBRIS·LIECHTENSTEINIANIS·



ANTIQUITATES
ASIATICÆ
Chriſtianam Æram
ANTECEDENTES;

Ex Primariis MONUMENTIS GRÆCIS

Deſcriptæ, Latinè verſæ,


NOTISQUE & COMMENTARIIS

ILLUSTRATÆ.

ACCEDIT

MONUMENTUM LATINUM ANCYRANUM.

Per *EDMUNDUM CHISHULL*, S. T. B.



LONDINI,

Typis GUIL. BOWYER, MDCCXXVIII.

Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac D^{no} D^{no}

GUILIELMO,

Divinâ Providentiâ

ARCHIEPISCOPO

CANTUARIENSI,

TOTIUS ANGLIÆ

Primati ac Metropolitano.

OPTANT hæc, PATER REVERENDISSIME, exoleſcentia alterius orbis Monumenta in ſacratiſſimum tuum ſinum tempeſtivè omnia confugere; ut illic ab injuriis temporum, quibus annos fere bis mille conflictata ſunt, quietam ſibi ſpondeant, nec obnoxiam invidiæ, æternitatem. Olim principibus viris

optimè

optimè de patriâ meritis, Servatoribus & Benefactoribus urbium dedicata, nunc unum haberi ambiunt pietatis, prudentiæ, æquitatis, quâ Tu Ecclesiam regis, obsequii, amoris, reverentiæ, quâ Te Ecclesia prosequitur, monumentum. Adit Te nunc humillimè quæ semper Tibi candida inserviit; quæ successu nuper optimo prolata est, Te uno duce & auctore, ad ostendenda jura Ecclesiastica, pura puta ANTIQUITAS. Errorum, quotquot orti fuerint, periculosiorum præsentissimum semper habitum est remedium, ---- *antiquam exquirere matrem.* Hanc ergo, AMPLISSIME ARCHIPRÆSUL, proprio suo habitu decoram, sine fuco, sine velo, è sæculorum tenebris eduxisti. Conditâque utilissimâ illâ Historiâ, doctâ, Deus bone! & laboriosâ, luce jam clariorem aperuisti & Matris ECCLESIÆ ET CLERI ANGLICANI STATUM. Ita, omnium instar orationum, fulgentia illic vetera monumenta nubes atque inania dispellunt; sistuntque ante oculos præsentem, quæ obruta pæne jacuit, veritatem. Quare pacatâ per Te nuper, quam olim etiam strenuè defendisti, & quiescente nunc florentissimâ, sub Te tanto Præsu-

2

le,

le, Ecclesiâ, non dedignaris aliquando & illa quoque vetera recolere, quibus Historia sæpe dubia confirmatur, sæpe fucatè tradita corrigitur, sæpe etiam sepulta atque perdita restituitur: Numismata dico, & Inscriptiones. Subiit igitur cogitatio, an hæ meæ humiles vigiliæ, Musis, fateor, humanioribus dicatæ, à sacris tamen haudquaquam alienæ, aliquà Tibi, Pater Eruditissime, gratæ, atque acceptæ esse potuerint. At spem illam nimiò plus ambitiosam contraria mox modestia repressit. Ut enim rei temerè oblatæ veniam non omnino desperassem; de præstitâ tamen, judicium in Te acerrimum reformidavi. Revocarunt interim aufugientem, quæ in omni vitâ Tuâ eminus conjuncta eluxerunt, summâ cum doctrinâ candor, cum summâ prudentiâ moderatio. His unicè confisus Reverendissimæ Tuæ Paternitati religiosè dedico, consecroque, *Antiquitatum Asiaticarum* seriem, si non peritè quidem, at industriè certè adornatam. Tu modo tenue munusculum propitiâ, quâ excellis, benignitate bonus favensque accipe. Hoc ego optatissimo honore ægritudinem & infirmitatem meam; hoc meam inertiam

consolabor. Deumque Opt. Max. non obtestari desinam, ut diutissimè Te Regi Optimo, & Regno Britanniæ, consiliarium, Ecclesiæque, quam beâsti, Anglicanæ Patronum, atque Præsidem, conservet. Offerebam humillimè mense Febr. A. D. MDCCXXVIII.

Reverendissimæ Tuæ Paternitatis

Filius, Servusque Obsequentissimus,

Edmundus Chishull.

PRÆFATIO.

ANNUS nunc agitur decimus fere septimus, ex quo constitueram in lucem edere Græcarum Inscriptionum syllogen: jamque impetratâ Almæ Matris celeberrimæ Universitatis veniâ, novam eas ad marmora Oxoniensia appendicem destinaveram. Harum aliquam ipse partem ex Oriente mecum attuleram; partem aliam mecum communicaverat amicus & eruditus vir, fato postea functus in Britanniâ, Antonius Picenini, M. D. Coirensis. Is enim, A. D. 1705. Smyrnæ cùm forte esset, illustrissimo Guil. Sherard L L. D. Anglorum in eâ urbe negotiantium Consuli, circumituro septem Asiæ Ecclesias, comitem se adjunxerat. Opportunè autem, tum cùm hæc prelo parabantur, moram mihi justissimam injecere ab ipso Consule eruditissimo missæ perhumanæ literæ. His ille " amicè gratulatus est, pervenisse quæ eo itinere repererat " in meas quas optaret manus; valde interea cupere, ut auctiora " longe & ditiora in reipublicæ literariæ usum proferrentur; ergo " ultrò ad me nunc mittere alia multa excellentioris notæ, quæ, " Anno 1709, propè Teum & Stratoniceam descripserat; non des- " perare se quin eadem loca, capto tempore, viseret, & excepta " festinantius Apographa ad ipsos iterum lapides exigeret; porro id " impensè agere ut conquirantur sibi undique Inscriptiones; acce- " pisse nuper unam a Sigeo, rarissimam certè & antiquissimam, " Βουστροφηδὸν exaratam; eamque, cum cæteris quas haberet omnibus, " quum primum in patriam reverteretur, curæ se meæ atque fidei " commissurum." Reversus ille est bono favente numine, & plaudentibus literatis omnibus, Anno 1718, neque diu postea liberrimè mihi in manus tradidit messem sanè amplam & fœcundam; non jam appendicis alicujus, at justi operis materiem. Clara erant apographa, accurata ipsius manu fideliter excepta, neque pauca eorum (Anno 1716, comite tunc viro eruditissimo, nunc Archidiacono Cantuariensi, Rev. Sam. Lisle S. T. P.) ad suos quæque lapides examinata. Cumque uno omnia volumine, in Bibliothecæ Harleianæ ornamentum, pulchrè transcripta essent; hoc etiam mihi indulsit, liberè vertendum & consulendum, HONORATISSIMUS COMES OXONIENSIS, pro summo, quo bonas literas prosequitur, amore & favore.

PRÆFATIO.

Ita parata aliquamdiu jacuit incondita literata moles. Restabat, ut hæc grammaticè criticéque legerem, distinguerem, explicarem, faciemque eis magis familiarem, pro hodierno Græcarum literarum habitu induerem. Quid facerem? Herculeus incumbens morbus, podagra, chiragra, panagra, ut expertus loquitur Erasmus, à labore me ecclesiastico prope jam depulerat. Et propendebat erga has difficiles amoenitates dudum eis exercitatus & oblectatus animus. Opus itaque aggredior, ruri domique clausus, non nisi modicâ librariâ supellectile instructus, sæpe in anno morbo enecatus, sæpè tamen, Dei Opt. Max. misericordiâ, ex tot repetitis mortibus, acrior eo ipso, atque alacrior resurgens. Defecissem tamen, spemque omnem inglorius abjecissem, nisi manu me verè medicâ levâsset, diu jam ore & opinione omnium, nunc regio titulo, Archiater, doctissimus D. RICHARDUS MEAD. *Tum verò sacrum illud proverbium longè verissimum sum expertus,* ferrum exacuitur ferro, & homo amicus exacuit faciem amici sui. *Ita ille me hortatu, ille consilio, ille favore semper præsentissimo recreatum, pergere & lætum suscepti operis finem sperare jussit. Quippe parum est huic tanto Æsculapio, quanquam id quidem sit in se quam maximum, corporis malis occurrisse, & quicquid in homine est mortale procul, quantum pote est, à morte semovisse. Adest ille ubique per orbem eruditum opifer; animi & ingenii bona unus hodie Mœcenas fovet, tuetur, sospitat; præbetque amicâ facilitate, & se, & mensam, & museum suum; geniale illud* Ψυχῆς, *& liberale, siquod alias,* Ἰατρεῖον.

Jamque obtestandus es, amice Lector, ut primum hoc volumen non ex brevitate molis, sed ex monumentorum in eo comprehensorum dignitate & Majestate æstimes. Inscriptione Bostrophâ Sigeâ *quid brevius, quid simplicius? Et tamen uno vetustatis nomine tot & tam egregiis usibus abundat, ut omnem pænè retegat literaturæ tum nascentis, tum adolescentis historiam: mutatam à Simonide, & Palamede, advectam à Cadmo Grammaticam; elementorum, quibus vox humana pingi demum, figi, & traduci cœpit, in Græcia novitatem; eorundem in Hierosolymâ sanctâ, ejusque viciniâ, antiquitatem. Quæ quidem omnia non obscurè patere credimus, ex perpenso bene brevi digrammate, quo* Naturæ atque Orbis alphabetum *novâ methodo concinnavimus. Tabulâ istâ, quâ* Teiorum *servantur* Diræ, *nihil vetustius novit orbis eruditus, ex Simonideo*

alphabeto

alphabeto ductum. Elegans Jovis Urii Bosporani epigramma *æquat antiquitate Alexandri M. tempora, & à Cicerone feliciter illustratum, Ciceronem non infeliciter collustrat. Jam verò cetera hujus voluminis ita tribus illis ætate appropinquant, ut quod sit eorum recentissimum superet tamen æram Christianam. Eadem materiâ ita splendidâ excellunt, ut jure intra manus eruditorum, & in Bibliothecis instructioribus, locum sibi aliquem ambiverint. Non enim in his agitur de ignotis urbium magistratibus, de Athletis toties victoribus, de loco & jure sepulchralium; quæ quidem longè est copiosior lapidum inscriptorum seges. Legis hic autographa Regum, populorum, communitatum acta; Macedonum in Syria, in Ægypto, in Pergamenâ dominantium monumenta; succedentium his tum triumvirorum, tum senatûs Romani decreta; religiosissima duarum urbium, Sigei & Stratoniceæ Psephismata; Didymei oraculi splendorem; legationes Teiorum, responsa Romanorum, Ætolorum, Cretensium; atque obiter etiam horum inter se, sub eâdem lege & societate, coeuntium Fœdera. Quamvis enim ex præscriptâ mihi regulâ Antiquitates tractem* Asiaticas, *multa tamen, ab his nomine aliena, re cognata, nostrorum illustrandorum gratiâ, tum edita, tum inedita huc arcesso: hæc, ut maturè jam tandem in usum eruditorum prodeant: illa, ut lucem priore justiorem revisa & recognita accipiant. Hæc inter, duo cæteris præeminent monumenta,* Adulitanum *à loco dictum, &* Ancyranum. *Quæ quidem reipsa diversissima non possum tamen non inter se committere, fortuito nescio quo colore alterum invicem alterum referentia. Sunt enim maximorum duorum Principum, Ptolemæi tertii & Augusti Cæsaris, rerum suarum gestarum scripti à seipsis indices, uterque ab utroque in extremâ vitæ clausulâ. Ambo etiam in dissitissimis terrarum partibus diu jam olim latitantes lucem demum, post multa elapsa sæcula, simili planè sorte recuperârunt.*

Hæc omnino singularia, & primæ certè notæ monumenta tam multiplex ubique ornat, & tam spectabilis rerum copia, ut acceptâ luce ab Historiis, lucem eis vicissim non contemnendam præbeant. Vocabula non raro exhibent, quæ frustra in operibus onomasticis, & lexicographorum classibus requiras. Immò linguarum nobis quarundum specimina conservant, quas apprimè erat è re literariâ & scivisse, & diligentius observavisse. Harum duæ sunt Cretico-Dorica & Ætolica; *in quibus nativas non paucas linguæ*

 Latinæ

Latinæ caussas & origines Grammaticorum filii recognoscent. Præter has verò Macedonica, *haud unquam libris commissa, at post Alexandri M. victorias, usu vulgari didita, aliquas in his lapidibus & voces, & phrases retegit; quæ antea in* LXX-*virali tantùm versione, aut Sacro Novo Fœdere, repertæ pro singularibus & novi commatis locutionibus perperam sunt habitæ ab eruditis.*

Hæc & his similia necessario erant Notis *subindicanda, nonnunquam etiam & commentariis illustranda. In quo tamen ab ambitiosis omnibus & topicis literaturæ ornamentis temperavimus; nihil nisi necessarium, & ex re natum, novum plerumque aut novè productum, aut de communi proprium quodammodo & peculiare redditum, nostris hisce chartis illinentes. Sic sedulò quidem, sed & cautè justéque admodum curavimus, ut* ANTEIQUA *hæc reposta, emortua, sepolta, ad humaniorum literarum, & ipsius etiam studii Theologici incrementa detorquerentur. Multa autem è notatu necessariis consulto nunc distulimus, ut observata ejusdem generis, iterum atque sæpius recurrentia, commodè sub eodem capite, in Lexico, quod daturi sumus, alphabetico tradantur. Faveas interim his imperfectè præstitis, desque veniam sæpe ægrotanti, sæpe timenti ægrotare, antiquariæ hujus eruditionis studiose Lector. Hoc enim si benignè feceris, pergam bono cum Deo; neque cessabo à promisso opere; sed decurram in Musarum stadiis, uno quo potuero modo,*—— animus sine corpore velox.

ERRATA habes in calce operis correcta; quibus adde *Pag.* 137. in Allariotarum Epistolâ *l.* 2. pro ϖόλει, legendum Βȣλᾷ. *pag.* 145. βωμὸν. in appendice *pag.* 2, 3. ΚΗΡΙΑ. Cætera his similia bone condonabis Lector. In ipsis autem Monumentis siqua secius aut insculpta aut descripta videri possint, alteri ea volumini reservantur. Ex gr. *p.* 110. *l. ult.* casu secundo posita ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ ΠΕΡΔΙΚΚΑΙ. Dubiumque *pag.* 90. Sitne ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ τȣ̃ μετὰ Μηνοδώρȣ, an ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ τȣ̃ Μηταμηνοδώρȣ.

ORNATISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO

GUILIELMO SHERARD LEGUM DOCTORI

SOCIETATIS REGIÆ SODALI

ANGLORUM SMYRNÆ NEGOTIANTIUM

CONSULI NUPER CELEBERRIMO

LUSTRATORI ORBIS ERUDITI

FACILE BOTANICORUM PRINCIPI

HERBARUM LAPIDUM NUMISMATUM

FELICISSIMO IN ORIENTE REPERTORI

INSCRIPTIONEM HANC SIGEAM

IPSO POTISSIMUM CURANTE

ERUTAM E DIUTURNIS TENEBRIS

ET LUCE BRITANNICA DONATAM

SUMMA QUA PAR EST OBSERVANTIA

D. D. D. Q. E. C.

Eorum quæ obſervata & notata ſunt ad *Inſcriptionem Sigeam* SYLLABUS.

IN *Troade, tribus à Sigeo promontorio milliaribus, quo loco olim ſtetit urbs Sigeum, jacet hodie prægrande novempedale marmor, vetus proculdubio tetragona capite avulſo ſtatua, inſcriptionem habens eodem quo Solonis leges verſu* Boſtropho *exaratam, linguâ mixtâ Leſbiâ Atticâque, literis vero quot & quales ante Simonidem fuerunt, formam illam Archaicam præ ſe ferentibus, quæ primò Etruſcis & Latinis cum Æolibus & Ionibus communis fuit. pag.* 1. 6, 24.

Occurrit illic H *Ionica, ut in Hebræâ Latinâque ſerie litera numero octava*, §. II. *& Latinarum inſtar, vocales* E *&* O, *ſub unâ & eâdem illâ figurâ, quantitatem diſparem celantes.* §. III. OY *ſyllaba abhinc ubique exulans per literam* O *antiquâ ſimplicitate pingitur.* §. IV. *Atque hæc quidem omnia ipſo illo vetuſto ſcriptionis genere, cujus exemplum prænobilis olim criticus Herodes Atticus in villâ ſuâ Triopiâ revocatum extare voluit.* §. V, VI.


Verſus ille Boſtrophus Periandro & Soloni, duobus Græciæ ſapientibus, quorum ille Sigeum adjudicavit Athenienſibus, hic vero eandem Archon occupavit, familiaris fuit. Unde non valde mirum, ſi occaſione tali circa eadem tempora nonnunquam in eâ urbe reperiretur. §. VII, XVI. *Accedunt his alia etiam indicia vetuſtatis; interpuncta nempe voces diſterminantia*, §. VIII. *& in voce* ΜΕΛΕΔΑ-ΙΝΕΝ *vetus ille Æolum hiatus; in quo eorum digamma nunc intelligi ſolebat, ut in* ΑΡΓΕΙ-ΟΣ, *nunc etiam pingi, ut in* ΔΑFΙΟΣ. *cujus etiam poſterioris notabile exemplum, vox* AFVTO *hoc eſt* αὐτȣ̃, *in Deliacâ Tournefortianâ inſcriptione extans, inanimadverſum nuper Montfauconio, nunc primum oſtenditur eruditis*, §. IX. *necnon vicarium ejuſdem Æolici* F, *Græcum* Y, *Latinum* V, *notatur*, §. X.

Hæc omnia cœpere exoleſcere quadringentis ante Chriſtum annis, ex lege novæ illius poſt Euclidem Archontem Grammaticæ. Ejuſque rei recens hîc exemplum indigitatum eſt, retentatis in ſuperiore parte lapidis verſibus ejus ſex primoribus. §. XI.

Percurritur hâc occaſione priſcum ex quo ducta eſt Inſcriptio Alphabetum Græcum: XII. *Genioque ejus penitus perſpecto, dignoſcuntur in eo primariæ quædam diſtinctæ à ſecundariis literæ: quarum in linguâ Hebræâ, Græcâ, Latinâ, Etruſcâ idem eſt reſpectivè & locus & poteſtas & figura; ut in concinnato ad id diagrammate monſtratur. Cùm verò quinque numero ſecundariæ recentia ſint neque neceſſaria poſteriorum magiſtrorum reperta; ſeptendecim aliæ primariæ, ſolæ illæ voci humanæ articulatim neceſſariæ, à Cadmo è Phœniciâ ſunt traductæ; ita novæ quidem in Græciâ ut nulla ei vox tunc eſſet quâ* τὸ ſcribere *aut* τὸ legere *exprimeretur; at in Terrâ Sanctâ ita primitus antiquæ, ut Dei ipſius donum ſingulare, immo inventum eſſe videantur.* §. XIII, XIV, XV. *Subjiciuntur his varii illi apud varios ſcribendi modi, interque eos Boſtrophus pro raro & incommodo habendus*, §. XVI.

Inſcriptione demum metrice propoſita §. XVII. *expendenda venit ejus dictio & materia: viz. ſtatua ſub Phanodici, cui dicata eſt, perſonâ ſpectatores alloquens*, §. XVIII. *mox ipſe Phanodicus dedicata à ſe donaria recenſens:* 1. *Crateram, vas vinarium.* 2. *Epiſtaton, cui imponenda erat cratera.* 3. Ἡθμὸν, *ſive ad vina repurganda colum. cujus uſus in N. Teſt. Matt.* xxiii. 24. *ſignatus in noſtrâ tamen vernaculâ verſione penitus intercidiſſe viſus.* §. XIX. *Sequitur de cura & tutela operis*, §. XX. *& de Æſopo artifice, qui nomen ei adſcripſit, conjectura.* §. XXI. *In Appendiculâ autem quædam iterum plenius retractantur.*

INSCRIPT-



INSCRIPTIO

SIGEA.



FAS sit, juvante Deo, spectatissimum totius Asiæ monumentum orbi literato tradere. Jacet illud in Troade visendum, inter Sigeum promontorium & amnis Scamandri campum, ipso illo in loco, ubi, (1) lapidibus ab eversâ Trojâ comportatis, Mitylenæi è Lesbo insulâ profecti, Sigeum urbem condidere. Horum mox æmuli Athenienses novâ urbe conditores pepulere:

(1) Οὐδὲν δ᾽ ἴχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως. εἰκότως. ἅτε γὰρ ἐκπεπορθημένων τῶν κύκλῳ πόλεων, οὐ τελέως δὲ κατεσπασμένων, ταύτης δ᾽ ἐκ βάθρων ἀνατετραμμένης, οἱ λίθοι πάντες εἰς τὴν ἐκείνων ἀνάληψιν μετηνέχθησαν. Ἀρχαιάνακτα γοῦν φασι τὸν Μιτυληναῖον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν λίθων τὸ Σίγειον ἐπιτειχίσαι. i.e. Trojæ *antiquæ ne quidem vestigium etiamnum superest. neque mirum. spoliatis enim, at non penitus deletis circumvicinis urbibus, ipsâ verò funditùs eversâ, omnes ejus lapides ad illas instaurandas sunt avecti. Archæanactem sanè Mitylenæum è Trojanis lapidibus Sigeum aiunt extruxisse.* Strab. Geogr. lib. 13.

B moto

moto circa eam [2] bello, quod Periander Corinthius, Cypſeli filius, electus arbiter diremit. Ab eo igitur Athenienſibus adjudicatum eſt Sigeum ſexcenteſimo quarto, ut ſchola Chronologorum ſtatuit, ut verò colligit [3] Uſſerius, quingenteſimo octogeſimo nono ante Chriſtum anno; Archonte tum Athenis Solone, qui quas ſuæ Reipublicæ condidiſſet [4] Leges novo tabularum generi *βουστροφηδὸν* inſcribi voluit. Sub eâdem poſtea ditione videtur hæc urbs manſiſſe, ad Alexandrum uſque Magnum, ejuſque in imperio ſucceſſores. His vero novum Ilium magno ſtudio efferentibus, Sigeum prorſus [5] dirutum eſt ab Ilienſibus; & Strabonis jam temporibus deſertum jacuit. Revixit tamen ſeculis Chriſtianis, & ſub metropoli Cyzicenâ Epiſcopatûs honore floruit. Nunc villa tantùm paupercula, quam Turcis primùm *Jeni-hiſſari,* mox *Gaurkioi* nominâſſe placuit, religionem adhuc Chriſtianam, & loci memoriam ſervat.

Has inter rerum viciſſitudines, ingenti cuidam ſaxo ſua ipſius moles atque pondus ſaluti fuit. Loco illud olim intra Trojæ mœnia nobilitatum, deinde illinc avectum à Mitylenæis, & Sigei

(2) Ἐπολέμεον γὰρ ἔκ τε Ἀχιλληΐου πόλιος ὁρμεώμενοι καὶ Σιγείου, χρόνον ἔτι συχνὸν, Μιτυληναῖοί τε καὶ Ἀθηναῖοι —— i. e. *Diutinè enim pugnatum eſt Mitylenæos inter & Athenienſes, ex Achilleo impetum facientes & Sigeo.* Μιτυληναίους δὲ καὶ Ἀθηναίους κατήλλαξε Περίανδρος ὁ Κυψέλου· τούτῳ γὰρ διαιτητῇ ἐπετράποντο. Κατήλλαξε δὲ ὧδε· νέμεσθαι ἀμφοτέροις τὴν ἔχουσι —— Σίγειον μὲν νῦν οὕτω ἐγένετο ὑπ' Ἀθηναίοισι· i. e. *Mitylenæos verò & Athenienſes Periander Cypſeli filius delectus arbiter conciliavit; hâc quidem ratione, ut utriſque quod poſſiderent tribueretur. Atque hoc modo Sigeum in poteſtatem devenit Athenienſium.* Herod. lib. 5. cap. 94, 95.

(3) Vid. Uſſerii Annales ad Annum ante Æram Chriſtianam 590, 589.

(4) Didymus Grammaticus tractatum de tabulis Solonis, περὶ τῶν ἀξόνων τοῦ Σόλωνος, teſte Plutarcho edidit. Atque ejuſdem auctoris, ex eo forſitan tractatu, non ignobile fragmentum extat, unde tabulas iſtas βουστροφηδὸν inſcriptas fuiſſe diſcimus. Ὅτι βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες καὶ οἱ κύρβεις γεγραμμένοι δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν Ἀπολλοδώρῳ. i. e. *Verſibus quodammodo aratoriis ſcriptos fuiſſe axes & cyrbes, Euphorion in Apollodoro prodidit.* Vid. Suidam & Harpocrationem in ὁ κάτωθεν νόμος.

(5) Sigei urbis, ejuſque jam extantis, ſitum ſic innuit Herodotus, libro nempe quarto, Σίγειον τὸ Τρωικὸν, iterumque quinto, Σίγειον τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ nominans. De eâdem verò tanquam ſuo jam tempore eversâ Strabo, Mela, Plinius ſunt loquuti. Strabo ſcilicet lib. 13. oram ab Abydo Troadem versùs relegens, μετὰ δὲ τὸ Ῥοίτειόν ἐστι τὸ Σίγειον κατεσπασμένη πόλις, καὶ τὸ ναύσταθμον, καὶ ὁ Ἀχαιῶν λιμήν. *Poſt Rhœteum verò eſt Sigeum urbs diruta, naviumque ſtatio, & Achivorum portus.* Iterumque κατέσκαπται δὲ τὸ Σίγειον ὑπὸ τῶν Ἰλιέων ἀπειθούντων. i. e. *à novis Ilienſibus parum ei fidentibus dirutum eſt Sigeum.* Parili modo & Pomponius, lib. 1. cap. 18. *Hìc Sigeum fuit oppidum, hìc Achivorum fuit bellantium ſtatio; huc ab Idæo monte dimiſſus Scamander exit.* Plinius itidem in deſcriptione Troadis; *Scamander amnis navigabilis, & in promontorio quondam Sigeum oppidum, dein portus Achæorum.*

in

in Prytaneo collocatum, Græculis nunc Chriſtianis, ante fores templi otiantibus, ſedile præſtat. At nullum non honorem meruit, quòd, bis mille & trecentos annos, concreditam ejus lateri Inſcriptionem cuſtodierit; quâ nulla in toto orbe ſpectabilior, neque genuinæ unquam antiquitatis certioribus indiciis claruit. Primus hanc Britanniæ oſtendebat Botanicorum Princeps, cæteráque rarâ eruditione celeberrimus, Guilielmus Sherard, juris utriuſque Doctor. Juſſu enim ipſius, conſulatum Smyrnæ tum gerentis, Homerus, Dragomannus Græcus, bonâ eam fide atque diligentiâ exſcripſerat. Poſtea eandem vidit, exſcripſit & depinxit reverendus & eruditus vir, Samuel Liſle, S. T. P. qui, mihi in illâ curâ jucundiſſimâ ſucceſſor, Anglis Smyrnæ negotiantibus à ſacris fuit. Et hujus verò & illius apographa, omni ferè apice inter ſe invicem congruentia, duas in eodem marmore inſcriptiones Græcas, utramque, dextrorsùm ſiniſtrorsùm, undecim verſiculis exaratam, multarum inſuper literarum inuſitatos ductus, voceſque à ſe invicem punctis diſterminatas, exhibent. Porrò mihi hunc eundem lapidem ſecundâ curâ iterum verſanti, ab altero erudito ſucceſſore, reverendo Bernardo Mould, ſupervenere amicæ literæ, unà cum ſchedis propriâ ipſius manu pulchrè & ad amuſſim pictis. Inde minuta quædam certiùs edoctus, & de quibuſdam dubitare juſſus, quæ ſuo quæque loco indicabuntur, jam tandem integrum, qua pote eſt, monumentum, & pleniorem in lucem defero. Interea tam inſolitæ literaturæ exemplari non incommode præfigendum duxi priſcum illud Græcum, quale in uſu eſſe cœpit, ſtatim poſt Trojana tempora, alphabetum.

Priscum Alphabetum Græcum.

More igitur, modoque, in ſequenti tabulâ expreſſo, Hermæa iſta ſtatua Phanodici ſpectatores videtur alloqui, Sigei in Prytaneo eo tempore locata, quo priſcum alphabetum Græcum literis ſolummodo conſtitit Cadmeis, & Palamedeis; locum jam tum ſervantibus & Æolico digamma, & Ionicâ veteri aſpiratâ; ſed non adhuc invectis à Simonide vocalium longarum formis η & ω; ut neque (6) veris ejus duplicibus conſonantibus ξ & ψ. At non paucis poſt hæc inſcripta annis, nempe poſt admiſſas Simonideas literas, credibile eſt aut Prytanum aliquem, aut alium, cui lege id liceret, refinxiſſe partem Inſcriptionis; & ſex priores verſus in, quot ante inſcriptos viderat, undecim numero dilataſſe. Exarantur illi certè in eâ, quæ opportunè vacua fuit, parte lapidis ſuperiore: ſed nova poſt Simonidem Grammatica poſteriùs adjectos arguit. Immò ob mutatam, poſt erectum monumentum, Sigei urbis ditionem, è Leſbiâ in magis Atticam converſa eſt Inſcriptio; &, ad vetuſtiora illa explananda, vox una atque altera palàm novata cernitur. Utriuſque autem Inſcriptionis hæc erit ratio, ſi ad ſequioris literaturæ normam tum in ſcribendi genere, tum dicendi redigantur: Id quod Homero, Heſiodo, Alcæo, cunctiſque ante Simonidem ſcriptoribus, mutatâ jam Grammaticâ, evenit.


φανοδικȣ. ειμι. τȣ	*φανοδικȣ.*
ἑρμοκρατȣς. τȣ προκο	*εμι. τȣρμοκ*
νησιȣ. καγω. κρατηρα.	*ρατεος. τȣ.*
καπιστατον. και. ἡθμ	*προκοννη*
ον. ες πρυτανειον. ε	*σιȣ. κρητηρ*
δωκα· μνημα. σιγει	*α. δε. και. ὑποκ*
ευσι. εαν. δε. τι. πασχ	*ρητηριον. κ*
*ω. μελεδαϊνειν. * εω.*	*αι. ηθμον. ες. π*
σιγειεις. και. μ᾽ επο	*ρυτανηιον.*
ησεν. ὁ αισωπος. και	*εδωκεν. σιγει*
ὁι αδελφοι.	*ευσιν.*

(6) Vide quod inferius ad Sect. XII. notandum veniet, de Z literâ, pro Simonideâ falsò à multis habitâ.

* εω. ſic nempe, ſi ſtet — εω, ut vocis ἐρέω pars. Aliter, δε. ω, i. e. δεῖ ὦ legendum; aut ſimpliciter ἐῶ. de quo vide Sect. XX. & tria in ſequente Tabulâ Apographa: Nec-non aliud Dom. *Vandervecht* ΜΕΛΕΔΑΙΝΕΝ[illegible]-ΕΩ.

Phano-

LAPIS SIGEUS, VERA, QUA HODIE JACET, FORMA ET MAGNITUDINE.



Scriptionis Etruscæ Specimen è Bartolij monumentis veterum. Fig. XCIII.


Tabulæ Eugubinæ Specimen è Grutero Pag. CXLII. Lin. XXV.

Juxta apographum S. Homeri, Græci.

Juxta apographum S. Lisle S.T.P.

Juxta apographum B. Mould A.M.

Literarum in Lapide Sigeo vera forma et magnitudo.



Verus et Integer statuæ Hermææ Status



In Tarentinorum nummo Geltziano.

Ornatissimo Doctissimoq; Viro RICHARDO MEAD, M.D. Reg. Med. Lond. Collegij, et Societatis REG. Sodali Meritissimo, hanc Tabulam summæ observantiæ ergò, et gratitudinis, D.D.D.Q.E.C.

Phanodici ſum, filii *Hermocratis Proconeſii. Et ego Craterem* & Crateris *Baſin & Colum ad Prytaneum dedi memoriæ ergô Sigeis. Si quid verò patiar curare* *me jubebo Sigeos. *Et fecit me Æſopus atque Fratres.*

Phanodici ſum, filii *Hermocratis Proconneſii. Craterem vero & Hypocraterium & Colum ad Prytaneum dedit is Sigeis.*

En, Lector, Inſcriptionem, nec ductu longam, nec inſigni aliquâ materiâ præ cæteris notabilem; at criteriis certè grammaticis, antiquiſſima illa tempora teſtantibus, omnes quaſcunque alias poſt ſe facilè relinquentem. Quæ autem & qualia iſta fuerint ſuo nunc ordine notabitur: Obſervatiſque primùm quæ ad elementa Inſcriptionis attinent, poſtea dictionem ejus & materiam breviter excutiemus.

I.

Primo igitur neceſſe eſt ut in legentis oculos incurrant antiquiſſimâ illâ formâ ſignatæ literæ, Α, Γ, Δ, Θ, Λ, Μ, Ν, Σ, Χ, Υ: è quibus duæ Palamedeæ dictæ, Θ nempe & Χ, primâ illâ & vetuſtâ quæ inventori placuit, figurâ ſunt conſpicuæ. At cæteræ multò vetuſtiores Cadmeas ſe facilè fatentur; & formam à Phœniſsâ vix leviter mutatam gerunt. Quod ad Γ attinet, & Λ, & Σ; comparent hæ quidem more Attico exaratæ, in duobus illis monumentis, huic noſtro, & pretio & raritate, proximis, (7) quorum ſpecimen eruditiſſimus D. de Montfaucon, e Muſeo Baudelotiano, tantâ cum laude protulit. Eædem verò hìc Sigei nunc ad dextram nunc ad ſiniſtram

* Aliter, *curare* me *oportet*, *O Sigei:* ex Græco μελεδαίνεν δεῖ, ὦ Σιγειεῖς.

(7) Vid. Montfauconii Palæographiam Græcam lib. 2. cap. 4. *Nihil* (inquit ille) *vetuſtius adhuc in marmoribus repertum eſt binis Inſcriptionibus Athenienſibus, Ionico veteri charactere conſcriptis, quæ ab illuſtriſſimo D. Marchione de Nointel, Regio in aulâ Conſtantinopolitanâ Oratore, Athenis, operâ D. Galland erutæ ſunt.* —— *Hæ autem inſcriptiones temporis notam præferunt; ambæque erectæ ſunt tempore Peloponneſiaci Belli. Prima verò ſtatim poſt Cimonis egregii Athenienſium Ducis mortem, annis circiter* 450 *ante Chriſtum natum, poſita eſt. Vulgaribus illa typis ita legitur:* Ἐρεχθεΐδος. οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ, p. 134.

versæ, Æolicum magis usum & characterem sapiunt. Tales sunt certè, quales (8) Etrusca servant monumenta, quæ ignotâ linguâ Æolicâ, & Græcis inversis literis, sinistrorsum scripta, Eugubii olim & Perusiæ in Italiâ eruta fuere. Illa etenim cum his nostris si quis diligentiùs conferat, videbit statim, in linguis tam disparibus, miram quandam elementorum cognationem. Ipsissimæ enim inusitatæ literæ, cum geminatâ illâ vocum interpunctione, in utrisque similes occurrunt. Utraque scilicet testantur Æolicarum olim gentium in diversa migrationem: Hinc in Italiam; ubi (9) lingua Æolica, inter Opicam, Etruscam, Umbram, penitus sepulta, postea emersit in Romanam: illinc in Lesbon & vicina Asiæ; ubi à doctissimis Poetis lingua eadem exculta & ornata floruit. Æoles verò recentiores è Mitylenâ urbe Lesbiâ profecti novam iterum coloniam in Troadem deportârunt. Unde toti ferè (10) regioni dialectum suam, adeóque Sigeo ab ipsis condito, sine omni dubio, intulere.

II.

Proximam Inscriptioni laudem Ionica vetus aspirata, in eâdem toties repetita, non immeritò subministrat. H inquam aspirata; vocalis istius longæ vicem non adhuc gerens, sed octavum in alphabeto locum, ut ה Hebræorum, utquè H Latinorum occupans; ejusque adhuc retinens testimonium, quod ab eo usque tempore inter numeralia octo denotaverit. Eandem itaque aspirationem tum olim lectioni præstitit, quam Grammatici recentiores per uncinulum maluerunt exprimi. Antiquorum hoc censebat proprium sub Marco Imperatore (11) Convivator ille Athenæi: Et cla-

(8) Vid. Gruteri Corpus paginis CXLII. & CXLV. & conferantur notanda illic monumenta cum Etruscorum veterum sepulchris, editis à Petro Sanctio Bartolio, Fig. XCI, XCII, XCIII, XCIV, XCV, XCVI. in Thesauro Græcarum Antiquitatum Gronoviano, Vol. XII. pag. 74, &c.

(9) Vid. Dionysii Halicarnassensis Antiq. Rom. lib. I. cap. 90. Ῥωμαῖοι δὲ φωνὴν μὲν οὔτ' ἄκραν βάρβαρον, οὔτ' ἀπηρτισμένως Ἑλλάδα φθέγγονται, μικτὴν δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν, ἧς ἐστιν ἡ πλείων Αἰολίς. i. e. *Sermone Romani loquuntur, non ad extremum barbaro, neque perfectè Græco, sed diverso, ex utrisque mixto, majorem partem Æolico.* Adde ex Athenæo lib. 10. cap. 6. ubi Ῥωμαῖοι, inquit ille, πάντα τῶν Αἰολέων μιμούμενοι, ὡς καὶ κατὰ τῶν τόνους τῆς φωνῆς. i. e. *Romani omnino Æolum imitatores, ut etiam & accentu vocis.*

(10) Strabo lib. 13. oram Troadis maritimam describens τὸ παλαιὸν (inquit) ὑπὸ τοῖς Αἰολεῦσιν ἦν τὰ πλεῖστα. ὥστε Ἔφορος οὐκ ὀκνεῖ πᾶσαν τὴν ἀπὸ Ἀβύδου μέχρι Κύμης καλεῖν Αἰολίδα. i. e. *Olim sub Æolensibus ista ferè omnia fuere; adeo ut Ephorus totam illam ab Abydo, Cumam usque, oram non vereatur Æolida vocare.*

(11) Vid. Athenæi Deipnosophist. lib. 9. cap. 12. Οἶμαι δὲ καὶ διὰ τὸ Η στοιχεῖον τυπώσα-

ra

ra rei exempla (ultra lapides Baudelotianos, & HEKATON vulgo obſervatum) HΥΨΑΣ, HIMEPAION, HIΣMEN, proferuntur, ex antiquis nummis, (12) a præſtantiſſimo Spanhemio. Quâ ille fretus autoritate, contra omnia librorum omnium exemplaria, Ἱσμήνην & Ἱσμηνίους aſpirari debuiſſe docuit. Ideoque & nobis nunc idem de voce Ἡθμὸν, teſte tanto lapide, affirmabitur. Hoc ipſum certè, unus è grammaticorum ſcholâ, Græcus ille Apollonii ſcholiaſtes diſertè monuit: Quippe cui lapideam hanc grammaticam propriis fortaſſe oculis uſurpâſſe contigit. Quid verò? Apud Henricum Stephanum, judicem cætera acutiſſimum, abreptum tunc numero contradicentium, fidem non invenit. At poſthàc certè in claſſe Lexicographâ Ἡθμὸς jure optimo aſpiratam geret. Sed de vocibus HAIΣOΠOΣ & HAΔEΛΦOI non eſt cur idem ſentiamus: Quia hæ ex articulis ὁ & οἱ mediante ſynalœphâ ſunt enatæ. Quæ interim felicitas, Cadmeum illud elementum quater in hoc uno marmore repertum iri, cùm tota hactenus penus antiquaria tam pauca ejus exempla ſuppeditaverit!

III.

Est & ſuum adhuc pretium monumento, quod E & O vocales unâ ſemper figurâ, &, ſeu breves ſeu longæ fuerint, ſine ulla variatione monſtret: id quod ad minimum ætatem Inſcriptioni aſſerit (13) Euclide Archonte Athenienſium, ſi non & (14) Simonide poëta melico, priorem. Grammaticam enim jam mutaverat Simonides, aut quicunque is alter fuerat qui E longum per H, O longum per Ω, primus ſignare docuit. Et novitatem illam miro paſſim conſenſu Iones adoptabant, poſt quingenteſimum & tri-

θαι τὴν παλαιοὺς δασεῖαν· διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ H προγράφουσι. i. e. *in eâ ſum ſententiâ veteres per elementum* H *denſum ſpiritum ſignâſſe; ideoque & Romani in ſingulis vocabulis denſiore ſpiritu prolatis anteponunt* H.

(12) Vid. Spanhemium de præſtantiâ & uſu numiſm. Antiq. Diſſert. 2. p. 95. *Alia veterum illorum nummorum qui —— extra Atticam cuſi, ratio habenda eſt: in quibus illud* H *non literam* ἦτα, *ſed aſpirationis notam, ſicut in Cadmeo Græcarum Literarum Alphabeto, ubi* ἐπισήμου *vicem demum præſtitit, continuo arguit. Tales utique antiqui Himeræ in Sicilia nummi, qui non* IMEPA vel IMEPAIΩN ſed HIMEPAION & HIMEPA, *cujuſmodi apud Parutam videas ſunt inſcripti; quingentis proinde ac ſupra fortè ante Chriſtum annis. Adde in Selinuntiorum in eâdem Siciliâ nummis* HΥΨΑΣ pro ΥΨΑΣ —— & *extra Siciliam in Bœotiæ oppidi Iſmenes nummo* HIΣMEN *apud Goltzium*; Tab. XVII.

(13, 14, 15, 16) Ad illuſtranda ſingula loca quæ hiſce cifris inſigniuntur, adducenda eſt Alphabeti Græci Hiſtoria ex Gloſſographis & Scholiaſtis decerpta. Horum is maximè audiendus qui Euripidem enarrans in Phœniſſis ℣. 688. Σοί νιν

cesimum

cesimum ante Christum annum. Unæ solummodo Athenæ legis prætextu restitere: unde factum ut Cadmeæ literæ non raro apud historicos sub Atticarum nomine celebrentur. Sed tandem (15) exemplo Samiorum, Archonte tum Euclide, receptum & Athenis fuit, autoritate publicâ, Ionicum illud recens Alphabetum. (15) Sami illud adornaverat Callistratus, & post reperta Cadmi, Palamedis, & Simonidis, in eam quæ nunc obtinet, normam atque numerum redegerat. Exolevit ex eo tempore per universam Græciam grammatica simplex, & Cadmeæ proxima, succedente illâ alterâ quæ (16) post Euclidem & rata & nominata fuit. Et rata,

Σοί νιν ἔκγονοι κλίσαν, voces *Σοὶ ἔκγονοι* non in recto plurali, sed ex more veteris scripturæ, in dativo singulari legit. *Γράφεται* (inquit) *σῷ νιν ἐκγόνῳ κλίσαν.*] *Ἵν' ᾖ, τῷ ἐκγόνῳ σου τῷ Κάδμῳ ..... καλέκλισαν τ .... γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχὴν ἁμάρτημα. ἐπ' Ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐκλείδου, μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων, τοῖς βραχέσιν ἀντὶ μακρῶν ἐχρῶντο, τῷ ε ἀντὶ τοῦ η καὶ τῷ ο ἀντὶ τοῦ ω. ἔγραφον οὖν τῷ δήμῳ μετὰ τοῦ ι δήμοι. μὴ νοήσαντες δὲ ὅτι κατὰ τὴν ἀρχαίαν γραφὴν καὶ δεῖ μεταθεῖναι τὸ ο εἰς τὸ ω μέγα, ἐτάραξαν τὸ νοητόν.* i. e. *Scribatur* *Σῷ νιν ἐκγόνῳ κλίσαν*, non jam *Σοὶ ἔκγονοι*· *ut sit sensus, Cadmo illam progenito tuo* (non, *Tui illam progeniti*) *condidere ...... Error verò à principio est obortus. Euclide enim Athenis Archonte, cùm nondum inventæ longæ literæ fuerunt, brevibus longarum loco utebantur; ε nempe loco η, & ο loco ω. Δήμῳ igitur adjecto ι Δήμοι tunc scripsere: Ii verò quibus non in mentem venerit vetustum* illud *ο in ω μέγα convertere, intellectum versûs perturbârunt.* In hoc uno tamen erravit scholiastes quod vocales istas longas sub Euclide inventas crederet. Priùs enim inventæ à Simonide, sparsim deinde ab Ionibus usu celebratæ, postea à Callistrato Samio in classem atque ordinem redactæ, tandem sub Euclidis magistratu in publica Atheniensium monumenta sunt admissæ. Clarè hæc & distinctè, quamvis sub diversis titulis à Suidâ tradita accepimus: In *Σιμωνίδης* nempe, *προσεξεῦρε δὲ καὶ τὰ μακρὰ τῶν στοιχείων καὶ τὰ διπλᾶ.* i. e. *adinvenit Simonides literas longas duplicesque*; in *Ἀττικισμός*, —— *Ἀττικοῖς γράμμασιν Δημοσθένης .... ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. Τὴν γὰρ τῶν κδ' στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι.* i. e. *Demosthenes Literas Atticas quasi Antiquas dicit: illam enim ad viginti quatuor literas spectantem Grammaticam ab Ionibus seriùs inventam:* In *Σαμίων ὁ Δῆμος*, —— *παρὰ Σαμίοις εὑρέθη πρώτοις τὰ κδ' γράμματα ὑπὸ Καλλιστράτου, ὡς Ἄνδρων ἐν τρίποδι. ἔπειτα δ' Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τοῖς Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου.* i. e. *apud primos omnium Samios viginti quatuor literæ à Callistrato sunt inventæ, ut Andron in tripode testatur. Atheniensibus verò, sub Archonte Euclide, autor fuit Archinous Athenæi filius ut Ionum Literis uterentur.* Nomen hinc exortum *τῆς μετ' Εὐκλείδην Γραμματικῆς*, i. e. *post Euclidem Grammaticæ:* unáque emicuit nota temporis in inscriptionibus certissima; quâ usus olim Plutarchus monumentum quoddam vulgò Aristidis creditum, tale non esse demonstravit. *χρόνῳ πολλῷ νεώτερον* (inquit ille in Aristidis vitâ) i. e. *longo tempore juniorem: ὡς ἐλέγχει γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα Γραμματικῆς.* i. e. *ut probant literæ quæ Grammaticæ sunt post Euclidem usurpari cæptæ.* Ab hâc tamen regulâ excipiendæ ΘΕ & ΑΘΕ, aut ΑΘΕ, in Thebanorum & Atheniensium nummis percussæ literæ, diu post Euclidis tempora, ob amorem & honorem vetustatis, à nobilissimis civitatibus retentæ. Quibus adde verba bene ominata ΑΓΑΘΕΙ ΤΥΧΕΙ, & ΤΕΙ ΒΟΥΛΕΙ, cum similibus. Vide Atheniensium in Delo Psephisma in Montfauconi Diario Italico. p. 43.

inquam,

inquam, & nominata; quia uſu ſaltem ante Euclidem, & privatâ paſſim ſcriptione, vocalium longarum formam invaluiſſe conſtat. Euclide enim antiquior [17] Euripides η literæ figuram in Θησέως nomine deſcripſit; & Plato poſt illius magiſtratum annos haud viginti natus, geminæ iſtius mutationis in alphabeto factæ, idque in Cratylo ſub perſonâ Socratis, illo jam tempore ut antiquæ meminit [18]. *Non η antiquitùs, ſed ε* (inquit ille) *utebamur.* Et paulò antè, *antiquiſſimorum alii non ἡμέραν ut nunc dixere, ſed ἱμέραν, alii vero ἑμέραν.* Iterumque *ἔρως antiquitùs vocabatur ἔσρος: ο enim loco ω in uſu fuit; at, ob ο in ω mutatum, ἔρως nunc vocatur.* Fortunatum igitur lapidem, qui ſcripturam illam, pluſquam bis mille abhinc annis Platoni pro antiquâ habitam, ſalvam adhuc, genuinam, & autographam, noſtro ſervavit ſeculo; forſan & futuris ſervat!

IV.

His demum accedit & aliud antiquitatis non ignobile indicium, quòd genitivi caſus, in ȣ nunc rectè terminati, hîc tamen per ο nudum perpetuo efferantur. Hoc nos iterum remittit ad convivium [19] Athenæi; in quo Achæus adducitur Poëta, poculum quoddam antiquum Διονυσο inſcriptum referens. De eo autem ſic concluſum à ſophiſtis; abeſſe illinc elementum υ, quia ο nudum, loco ȣ diphthongi, omnibus olim antiquis in uſu fuit. Eâdem etiam ratione ter abeſt idem elementum ab inſcriptione

(17) Notum illud Euripidis eſt Commentum, quo, à Paſtore Literarum imperito, ΘΗΣΕΥΣ nomen ſignis ſic innuitur. Vid Euripidem in Fragm. & Athenæum lib. 10. cap. 20.

Τὸ δεύτερον δὲ πρῶτα μὲν γραμμαὶ δύο·
Ταύτας διείργει δ᾽ ἐν μέσαις ἄλλη μία.

i.e. Iambicis Grotianis, Η vocalis, ſic depicta.

Loco ſecundo lineæ apparent duæ,
Quas limite una media diſpeſcit ſuo.

(18) Græca Platonis in Cratylo ſic ſe habent, οὐ γὰρ ἡ ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν· cujus exemplum antea attulit, οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἱμέραν τὴν ἡμέραν ἐκάλουν, οἱ δὲ ἑμέραν· iterumque, ἔρως ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν ἔσρος τό γε παλαιὸν ἐκαλεῖτο. τῷ γὰρ ο ἀντὶ τοῦ ω ἐχρώμεθα. νῦν δὲ ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ω ἀντὶ τοῦ ο μεταλλαγήν.

(19) Athenæi Deipnoſophiſta Achæum Poetam citans, & de poculo agens literato habente τοῦ Διονύσου τὴν τελευταίαν συλλαβὴν διὰ τοῦ ο μόνου ὡς βραχέως ἐγκεχαραγμένην. i. e. *ultimam Dionyσȣ Syllabam per ο ſolummodo quaſi compendioſè ſculptam*, adjecto rem ſic ornat commentario, ἐν τούτοις λείπει τὸ υ στοιχεῖον, ἐπεὶ πάντες οἱ Ἀρχαῖοι τῷ ο ἀπεχρῶντο, οὐ μόνον ἐφ᾽ ἧς νῦν τάττεται δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ ὅτε τὴν δίφθογγον διασήμει. i. e. *in his deficit elementum υ, quia antiqui omnes ο utebantur, non ſolum eâ quâ nunc valet poteſtate, ſed etiam cùm diphthongus ſignificanda fuerat.* Athen. lib. 11. cap. 5.

[20] ΘΕΟ ΑΠΑΤΟΡΟ. quæ Cadmeis plane literis depicta, subjecta est Θεᾶ Ἀπατούρη, i. e. *Deæ* Veneris *Apaturæ* imagini, inter reliquias urbis Phanagoriæ, non procul à Mæotide Palude. Sed & rem ipsam, & rationem rei, & alia multa huc spectantia [21], Quintilianus apposite notavit. *Orthographia* (inquit ille) *consuetudini servit, ideoque sæpe mutata est. Nam illa vetustissima transeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec similes his nostris earum formæ fuerunt, & vis quoque diversa: sicut apud Græcos o Literæ; quæ interim longa & brevis ut apud nos; interim pro syllabâ, quam nomine suo exprimit, posita est.* Similis inter [22] ε & ει intercessit ratio. Cùm enim quinta illa alphabeti litera nomine suo proprio non aliud quam ει exprimeret, hinc factum ut ε & ει pro se invicem & promiscuè scriberentur. Scribere scilicet ut loquebantur diu fuit usitatum: ideoque cùm rectiùs inscribi debuisset, Σιγειεις, μελεδαινειν, εποεσεν, pro receptâ tamen loquelâ Σιγειες, μελεδαινεν, εποεισεν, hic noster lapis Sigeus exhibet.

V.

Post singula hæc criteria, suis quæque ab autoribus firmata, uno omnia intuitu contemplari libet [23] connexa ab Herode Attico. Vir ille consulari dignitate, nec minùs omnigenâ eruditione fulgens, Criticen [24], teste Philostrato, omni studio exercuit, & veteribus se totum dedit. Cùm igitur desideret in suburbano

(20) Vide Anglicanum Alberici de la Motray Itinerarium, Vol. 2. pag. 49, 50, 51. unà cum tabulâ huc pertinente notatâ XXVII. 11. cui lux accensa à Strabone lib. XI. ἔστι δ' ἐν τῇ Φαναγορείᾳ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐπίσημον τῆς Ἀπατούρου, i. e. *Est verò in Phanagoriâ Veneris*, Apaturæ dictæ, *insigne templum.* Hunc locum nunc Turcæ Tartarique incolæ *Eski-sheir*, i. e. *urbem veterem* appellant.

(21) Vid. Quinctilianum de Instit. Orat. lib. 1. cap. 7. de Orthographiâ.

(22) Vid. Excerpta Athenæi à Casaubono in annotationibus adducta, ubi regula illa Grammaticalis sic concepta traditur: πάντες οἱ Ἀρχαῖοι τῷ ὀ ἀντὶ τοῦ ό στοιχείου προσεχρῶντο, παραπλησίως καὶ τῷ ει ἀντὶ τοῦ ἐ. Quorum is est sensus genuinus, *antiqui omnes* ὀ & ό, *quin & simili modo* ει *&* ἐ *promiscuè usurpabant*, Casaub. ad Athen. lib. 11. cap. 5.

(23) Eo planè fine concepta est Inscriptio Herodiana, literis scilicet obsoletis, ex antiquitate ultimâ petitis, quamvis contrarium senserit magnus Jos. Scaliger, formasque istas inusitatas ad M. Antonini usque tempora continuatas crediderit.

(24) Ita Philostratus in Herodis Vitâ, τοῖς δὲ κριτικοῖς τῶν λόγων Θεαγένει τε τῷ Κνιδίῳ καὶ Μουνατίῳ τῷ ἐκ Τραλλέων ξυνεγένετο. i. e. *cum viris rei criticæ peritis Theagene Cnidio & Munatio Trallensi est versatus.* & paulò posteà, προσέκειτο μὲν πᾶσι τοῖς παλαιοῖς, i. e. *priscis omnibus incubuit.* Quin & has ipsas columnas respexisse videtur Hadrianus Sophista, qui, referente eodem Philostrato, Herodis Attici memoriæ laudans & exultans acclamavit πάλιν ἐκ Φοινίκης γράμματα. i. e. *En iterum è Phœnice literæ!*

8

suo,

ſuo, & novas, quas ſacraverat columnas, curioſiùs inſcriptas vellet; ſpretâ ævi ſui, hoc eſt Antoniniani, ſcriptione, epigraphen puram putam *Archaïcam* confinxit, ſingulis ſyllabis atque literis ad exemplar antiquitatis factam. Hanc publico literarum bono ſervavere horti Farneſiani; à Salmaſio olim ſingulari quodam tractatu explicatam, & à Grutero immortali corpori, paginâ viceſimâ ſeptimâ, inſertam. Erit igitur nec inutile, nec injucundum, ſi poſtulante ſic operis ratione, è penu huc illam Gruterianâ depromamus. Sic veteris ſcripturæ genium facillimo hoc compendio indagabimus; & unus inſtar omnium Herodes Ἀρχαῖα nos Γράμματα docebit.

ODENI ΘEMITON METAKINESAI EK TO TRIOΠIO HO ESTIN EΠI TO TRITO EN TEI HODOI TEI AΠΠIAI EN TOI HE RODO AΛROI OΛAR LOION TOI KINESANTI MARTYS DAIMON ENHODIA *Sic habet prima columnæ facies: in alterâ veró ſic ſcriptum legitur;* KAI HOI KIONES DEMETROS KAI KORES ANAΘEMA KAI +ΘONION ΘEON.

Hoc eſt, ſcriptura recentiore, ὀδενὶ θεμιτὸν μετακινῆσαι ἐκ τοῦ τριοπίου ὅ ἐστιν ἐπὶ τῷ τρίτῳ, ἐν τῇ ὁδῷ τῇ Ἀππίᾳ ἐν τῷ Ἡρώδου ἀγρῷ. οὐ γὰρ λώϊον τῷ κινήσαντι. Μάρτυς Δαίμων Ἐνοδία . . . . καὶ οἱ κίονες Δήμητρος καὶ Κόρης Ἀνάθημα, καὶ χθονίων θεῶν, i. e. *Nemini fas dimovere è Triopio, quod eſt ad tertium, in viâ Appiâ, in Herodis agro. Optabit enim non dimotum qui dimoverit. Teſtis Dea Trivia . . . . columnæque Cereris & Proſerpinæ donarium, & inferorum Deorum.* Poſitâ jam ante oculos & noſtrâ & Herodianâ Tabulâ, ac lineamentis tam ſimilibus in utrâque ſe prodentibus, magiſne tanti viri ingenium laudabimus, an fortunam noſtram? Veram utique Herodes picturam antiquitatis dedit: Nos ipſam damus antiquitatem.

VI.

Tria interim ad has columnas obiter notanda ſubeunt. Horum primum; D, L, & R Literas in Græcarum claſſe comparuiſſe;

ruiſſe: unde & Herodis calculo ſententia Plinii confirmatur [(25)], qui ex Delphicâ priùs tabulâ indicaverat, veteres Græcas literas eaſdem fuiſſe pene ac Latinas. Neque diſſentit ab his Tacitus, quo autore *forma literis Latinis*, *quæ veterrimis Græcorum.*

Secundum eſt Triopium, Cnidii illud & Templi & Promontorii nomen, ad villam in Viâ Appiâ tranſpoſitum; id, quod autorem indicat, quo potiſſimum, in hâc tam criticâ Inſcriptione adornandâ, uſus eſt Herodes. Theageni enim Cnidio in criticis eum operam dediſſe, Philoſtratus memoriæ prodidit.

Tertium notatu neceſſarium eſt χ litera Palamedea, in voce *χθονίων*, rectangulam crucem præferens, adeoque ad ſummæ antiquitatis normam à Theagene & Herode picta. Marmor enim Baudelotianum, quadringenteſimi & quinquageſimi ante Chriſtum anni, eandem, ut in recentiori alphabeto, obliquè decuſſatam exhibet. At noſtrum altiùs aſſurgens planè in voce *πασχω* primævam retinet figuram, & inventori Palamedi, & reſtitutori Herodi conſonam. Hoc igitur ſi citius comparuiſſet, non ita ad Herodianos lapides impegiſſent Critici. Nunc verò, ipſe ille in his ſtudiis nobiliſſimus Coryphæus, Dominus B. de Montfaucon *καταχθονίων* pro *χθονίων* incautè legens, hæc à ſcopo aberrantia commentatur. *Quod ſingularius eſt* (Palæograph. Gr. lib. 2. cap. 4.) *κατὰ compoſitum cruce deſignatur hac ratione, +θονίων pro καταχθονίων inferorum; ubi etiam vides literam χ omitti.* Sed purè illic legitur *χθονίων θεῶν*, i. e. *inferorum Deorum*; ut *χθόνιος Ζεὺς* pro *Ἅδης* apud Heſychium: *χθόνιαι* item *Θεαὶ* pro Cerere & Proſerpinâ apud Ariſtophanem: & ipſa illa χ falsò omitti credita, ſic olim +, ad inſtar crucis, inter veteres Ionicas ſignabatur.

(25) Plinii Nat. Hiſt. lib. 7. cap. 57, 58. *Gentium conſenſus tacitus primus omnium conſpiravit, ut Ionum literis uterentur. Veteres Græcas fuiſſe eaſdem penè quæ nunc ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in palatio, dono Principum Minervæ dicata, in Bibliothecâ cum inſcriptione tali,* NAVSIKRATES TISAMENO ATHENAIOS KORAI KAI ATHENAI ANETHEKE. Tali planè formâ redonanda eſt antiqua Delphica inſcriptio: parilemque in æneâ illâ columnâ Romæ in Aventino poſitâ imaginari licet, de quâ ſic in Antiq. Rom. lib. 4. cap. 26. Dionyſius Halicarn. *αὐτὴ διέμεινεν ἡ στήλη μέχρι τῆς ἐμῆς ἡλικίας ἐν τῷ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερῷ κειμένη, γραμμάτων ἔχουσα χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρῆτο.* i. e. *manſit hæc columna, ad meam uſque adoleſcentiam, Dianæ in Templo poſita, eos Græcarum literarum characteras habens, quibus antiquitùs Græcia utebatur.* Addendus his Tacitus in Annal. lib. 11. cap. 14.

VII. Sed

VII.

Sed loco nunc ultimo notabitur, quod primo forsitan lectorem in admirationem rapit, rarum istud Βουστροφηδὸν scribendi schema, ab inflectione versuum, boum arationem imitantium, sic Græcè dictum. Ejus unicum hoc exemplum inter omnes ubique reliquias antiquitatis extat; nec nisi unum olim innotuit Pausaniæ, dignorum visu monumentorum diligentissimo exploratori. Id [26] ille in arcâ Cypselicâ vocatâ reperit, Olympiæ tum sacratâ in Junonis templo: Quæ tamen aliquando Periandri Cypselidæ fuerat, unius è septem sapientibus; ejusdem qui, belli arbiter electus, Sigeum Atheniensibus adjudicavit. Sed & alterum rei exemplum & ipse quoque alter sapientûm Solon Atheniensis præbuit. Nam eo Solon tempore, Periandri æqualis & amicus, leges suas βουστροφηδὸν inscripsit: Leges æquitate summâ & prudentiâ admirandas; sed nec minùs scripturæ schemate hinc illinc longè famigeratas. Hoc igitur tum Athenis occurrente, cùm Sigeum in potestatem Atheniensium Periandro judice devenerat, & cognatis jam virorum tam illustrium monumentis passim per ora hominum volitantibus, quid mirum si Sigeorum aliquis & victori populo, & Soloni legislatori, & arbitro litis Periandro, eodem scribendi schemate placere studuit? Maximè, si in memoriam revocemus, orientalem illam ad lævum à dextris scriptionem Sigeo Æolicæ civitati familiarem certè, si non propriam, eo tempore fuisse. Quamvis enim Iones, receptis ex Phœniciâ literis, statim eas dextrorsùm versas deformaverint; at Æolas hoc seriùs admisisse, tum Etrusca, quæ adduximus, monumenta, tum nummi passim Æolici, [27] . . . . ΑΊ, ... ΛΥΑꓘ, . . . Οꟼꓘ, aliique multi inversè scripti fidem faciunt ocu-

[26] Pausanias lib. 5. cap. 17. cedrinæ istius arcæ fusâ narratione meminit, quâ mater ejus Cypselum celavit, Corinthiorum postea Tyrannum & Periandri Patrem, ad necem à Bacchiadis quæsitum. Eâ in arcâ multis antiquis literis incisæ inscriptiones fuerant. Καὶ τὰ μὲν (inquit autor) ἐς εὐθὺ αὐτῶν ἔχει. σχήματα δὲ ἄλλα τῶν γραμμάτων βουστροφηδὸν καλοῦσιν Ἕλληνες· τόδε ἐστὶ τοιόνδε. Ἀπὸ τοῦ πέρατος τοῦ ἔπους ἐπιστρέφει τῶν ἐπῶν τὸ δεύτερον, ὥσπερ ἐν διαύλου δρόμῳ. i. e. *Atque earum quidem literarum aliæ in rectum jacent; aliæ eo se ordine ostentant quem βουστροφηδὸν appellant Græci: is verò est hujusmodi. Unius à fine versûs is qui sequitur inflexus est, ut in cursu fit diaulico.* Quam rem metricè, nec infeliciter, expressam video, apud Matthiam Belium, in libello de Literaturâ Hunnoscythicâ.

Non attollebant dextram; sed meta prioris
Principium versûs posterioris erat.

[27] Vid. apud Goltzium in Tab. magnæ Græciæ 37. ϜΑΛΕΙΟΝ nummum cum Æolico digamma: Tab. 29 & 30. ΚΑΤ-

 ΑΟΝΙΑΤΑΝ:

oculatam. Tandem autem, teſtante Plinio, *gentium conſenſus tacitus conſpiravit, ut Ionum literis uterentur.* Rarus proinde hic ſcribendi ſiniſtrorsùm, at rariſſimus is βουστροφηδὸν exarandi modus. Uterque verò Cadmeis ſic literis ornatus interiorem aperit antiquitatem. Hinc igitur Inſcriptioni noſtræ ſua ætas aſſerenda. Poteſt eſſe paulò antiquior Solone; poteſt eſſe, quod magìs ſentio, Soloni æqualis & Periandro: at Euclide certè Archonte recentior eſſe non poteſt. Judicent igitur eruditi, & quam velint ætatem monumento tribuant: ſit modò poſt Sigeum à Mitylenæis conditum, ſed & ante illic admiſſas Simonideas literas.

VIII.

His tam inuſitatis literis, & obtinenti antiquitùs ſcriptioni, cognata ſunt illa vocum interpuncta, quæ non in noſtro ſolùm, ſed & [28] in multis per Etruriam monumentis, in utroque Attico Baudelotiano, & in Teio ſequente Sherardiano, numero interdum tria, interdum duo appinguntur. Eo ſcilicet commento ſtudiosè cavêre Veteres, ne vox una in alteram incurrens lectionem aut turbaret aut corrumperet. Idemque mos, cum ipſo unà alphabeto, ab Æolibus deductus ad Latinos, ſaltem puncti unius uſu, ad ſera uſque tempora pervenit. Verùm, apud ipſos autores Græcos, res priſci & non inutilis inſtituti ſtatim abiit in deſuetudinem, negligentibus eam Grammaticis ſequioris ævi. Notatu interim non indignum, & articulos, & præpoſitiones, & conjunctiones, nullo unquam puncto disjunctas à nominibus, ſed, ex genio linguæ Phœniciæ & Hebrææ, pro præfixis habitas fuiſſe. Una etiam integra periocha, ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΠΑΣΧΩ, ſolitâ vocum interpunctione non diſtinguitur. Sed caſu an conſilio id factum fuerit; an puncta

ΛΟΝΙΑΤΑΝ: tab, 31. ΚΡΟΤΟΝΙΑΤΑΝ: quin & eorundem numiſma apud Spanhemium Diſſert. 2. literis Phœniciis exornatum. His adde nomen ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ apud Pauſaniam lib. 5. cap. 25. γεγραμμένον ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν. i. e. ad lævum è dexterâ parte ſcriptum. Neque omittenda hoc in loco vetus Etruſca ſcriptio ab Æolicâ deducta, eâque ratione more retrogrado exarata: quam tamen ob antiquum digamma, literaſque alias puras putas Æolicas, præ cæteris unicè demiror in aſſe librali ΟΔΙϜΕΛΑ inſcripto, quem ex muſeo Pembrochiano præſtantiſſimus protulit Spanhemius, & integriorem paulo ex muſeo Huberti Benevolentii eruditus Autor Juſtus Fontaninius. Hunc verò conſule fuſiùs de his agentem in antiquitatibus Hortæ Coloniæ Etruſcorum lib. 1. cap. 7.

(28) Vid. Gruterum pag. CXLII, & ſepulchra Petri Sanctii Bartollii, Fig. 91, 92, &c.

primitùs

primitùs impacta injuriâ temporis exciderint, non est unde certò colligatur.

IX

At curiosiùs nunc venit expendendus Æolicus iste, in voce μελεδα ιveιν, inter vocales α & ι, hiatus. Interpunctum in eo nuper depinxeramus, secundùm optimum, quo usi fuimus, Doctoris *Lisle* apographum. Sed contrarium monente Domino *B. Mould*, ex suis & aliorum schedis, idem nunc duximus omittendum. Ipse interim hiatus, Æolum omnino proprius; qui vocalium aut conjunctionem aut collisionem omni studio vitabant. Eo fine hiatum aliquando vacuum relinquebant: aliquando eum digamma isto suo interposito adimplebant. Prioris exemplum dat Eustathius, doctus ille Homeri enarrator, Iliad pag. 22. l. 1. οἱ Αἰολεῖς πολλάκις ἐν τοῖς διφθόγγοις ... ἀρκοῦνται μόνῃ διαστάσει, ut Ἀτρεΐδης, Ἀργεΐος. i. e. *Æoles plerumque in dipthongis solo hiatu sunt contenti, ut Atreïdes, Argeïus.* Posterioris exemplum à Prisciano est: *Hiatûs quoque causâ solebant illi interponere digamma: quod ostendunt etiam Poëtæ Æolicè usi, Alcman,* καὶ χεῖμα πῦρ τε δαϝιον· *& Epigrammata quæ ego* (inquit lib. 1.) *legi in Xerolopho Byzantii sic scripta:* Δημοφοϝον, ΛαϝοκοϝοΝ. Par exemplum vocis αϝυτο (αὐτοῦ nunc rectè scriptæ) in lapide illo quadrato, qui Colossum olim Apollineum in Delo insulâ sustentaverat. Par exemplum inquam, si sua Inscriptioni lectio sana & incorrupta steterit. Accuratissimè eam exscripsit notâ Vir eruditione Tournefortius, mihi hoc in loco non sine honore nominandus, ob (29) communicatas quàm humanissimè Inscriptiones, cùm in peregrinatione Orientali iter per Smyrnam faceret. Sed pace nunc dixerim Reverendi Domini Montfauconii, à quo hanc demum Deliacam & editam & explicatam (30) video, pars longè potior

(29) Vid. Tournefortium in Itinerario orientali Epistolâ 22. hoc ipsum memorantem. Ipse vero, in Epistolâ ejusdem Itinerarii septimâ, Deliacam Inscriptionem publici jam juris fecerat, non sine hâc insulsâ laude, ob erroneam explicationem, omine non fausto datâ. *Deux des plus grands hommes de ce siécle, sans être avertis d'où j'avois tiré cette Inscription, sans se voir, sans conferrer ensemble, l'ont expliquée sur le champ, & se sont si bien rencontrez, que je ne puis assez admirer leur sagacité. Le P. Hardouin croit que les quatre premieres lettres designent quelques noms propres: & le P. Dom. Bernard ne doute pas que l'inscription ne soit en caractéres anciens & Ioniens qui répondent aux suivans;* Το λιθο εστιν ανδριας και το σφελας· huic lapidi inest statua & scabellum *suivant le P. Hardouin:* in lapide sum (*vel* est) statua & basis *suivant le P. Dom. Bernard.*

(30) Palæographiæ Græcæ lib. 2. cap. 1. pag. 121. *Hanc Deliacam inscriptionem ... à V. Clar. de Tournefort accepimus, qui regio*

potior Inſcriptionis, unà cum vero ſensûs acumine, ipſum aliud advertentem fugiebat. Cùm enim ſic habeat monumentum,

id tamen vulgari ſcribendi more ſic ille mutatum & mutilatum extulit.. ἐν τῶ λίθω εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας· i. e. *in lapide ſum ſtatua, & baſis:* ſenſu planè aut nullo aut inepto. At ſervato Æolico digamma inter vocales α & υ, in voce ἀυ̃το, & ο, ex more Veterum, pro cognomine ſibi ſyllabâ admiſſo; ſic rectiùs longè & integriùs legendum veniet, ȣ̓ ἀυτȣ̃ λίθȣ εἰμ᾽ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας· i. e. *non ſum ejuſdem lapidis & ſtatua &* (ſtatuæ) *baſis.* Verum hoc fuiſſe disjuncti jamdudum lapides & dejecti docent. At nihil à vero alienius, quàm quod temerè nimis viſum Montfauconio, *poſt duas priores literas* O A, *ſatìs conſpicuè legi* EN. Quod enim E fuiſſe credidit infimâ lineâ mutilum, id clarè inſpicientibus verum eſt & perfectum Æolicum digamma F: & quod eidem N eſſe videbatur mancum aut vitiatum, id ipſum eſt priſcum Υ, Sigeo noſtro in voce Σιγευευσι non abſimile, cornu uno recto, altero proclivi figuratum: de quo ſic præclarè Voſſius, lib. I. de Arte Grammaticâ, cap. 30. *Nec* Υ *eam olim habuit figuram, quam hodie: quando nunc cornua ejus utraque recta, vel utraque æqualiter inflexa pinguntur: olim verò unum erat rectum, alterum proclive, ac tamen præceps.* Veriſſimè interea vir ille ſummus pronunciavit literarum in hâc Inſcriptione formam priſcam eſſe & ſingularem, &, quoad A ſaltem, alibi tum non viſam. Jure igitur huc vocari & penitiùs inſpici volebat. Nam præter Æolicum digamma F, quod vindicandum & reſtituendum fuerat; ipſum illud ignotum A, quin & E, Θ, N, Σ, Υ, inuſitatum omnia ductum oſtentantia, Sigeo nunc demum in lapide comparuerunt.

gio juſſu ac peculio Orientales regiones peragravit, multaque eruditè obſervata retulit. Is in Delo Inſulâ ad baſim ſtatuæ humi dejectæ, ipſam literarum formam imitatus, hæc exſcripſit, ab initio, ut videtur, manca: in reliquis quidpiam ineſt vitii. Poſt duas priores literas O A, *ſàt conſpicuè ita legitur* εν το *&c. Forma literarum priſca & Ionica, admodumque ſingularis.* A *ſic ſcriptum* .... *nuſquam aliàs vidi. In primâ ſyllabâ* EN, E, *quæ litera ter occurrit, infimâ lineâ mutila eſt.* N *ſequens videtur mancum aut vitiatum,* &c.

X. Sed

X.

Sed & alteram quoque animadversionem, huic priori non dissimilem, scriptio illa singularis in voce Σιγευευσι suggerit. Cùm enim ει in ε ob nomen literæ transierit, ideóque rectè satìs juxta superiùs observata Σιγεευσι pro Σιγειευσι inscribendum fuerit; in dubium tamen non immeritò vocatur, quo jure inter ε & ευ inexpectatum se Υ intruserit. Sed ex sententiâ magni Scaligeri, inter animadversa ad Eusebii Chronicon, hìc facilè reponendum, Υ literam eandem ibi vim & usum cum F Æolico habere. Nam (ut inquit ille) *indifferenter Æoles* αυως *&* αϝως *dicebant pro* ηως *aurora. Sic apud Priscianum* καὶ χεῖμα πῦρ τε δάϝιον, *quod aliter* δάυιον *pro* δήϊον *hostile.* Hinc [31] Græci Υέλιαν pro Fέλιαν, & Romani pro utraque *Veliam* dixerunt, quòd F, & Υ, & V eâdem vi polleant. Et pari certè ratione *Sigevum* & *Sigevos*, ut Ἀργέϊος *Argivus*, efferendum esset, si Σίγειον & Σιγειεὺς, more Æolico concepta, reddi Latinè oporteret. Interim non est meum refragari, si diversâ aliquis sententiâ contenderit, υ illud in voce Σιγευευσι (errore ex loquelâ orto) pro ι literâ subditum fuisse. Subditum sic certè fuit in primâ syllabâ vocis Συκεευσι, quam Inscriptio additicia pro Σιγειευσι corruptè præfert.

XI.

Hæc igitur primariæ Inscriptionis propria.—At illa tandem additicia aliud videtur non fuisse, quàm primariæ tentata innovatio; idque ad ostentandas Simonideas literas; aut tum fortè cùm inventæ, aut tum potiùs cùm legitimè acceptæ fuerant. Legitima ea-

(31) Quanta sit inter digamma F & ου syllabam, nec non Υ Græcam literam, & V Latinam cognatio, in nullo magis conspicitur quàm in diversâ urbis *Veliæ* Scriptione; ab origine scilicet Fέλια scribebatur, Dionysio Halicarnass. lib. 1. cap. 20. luculenter id testante: ἦν τὰ πολλὰ ἑλώδη ἃ νῦν κατὰ τὸν ἀρχαῖον τῆς διαλέκτου τρόπον Οὐέλια ὀνομάζεται. συνηθὲς γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ, προσιθέναι τῶν ὀνομάτων, ὁπόσων αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν ου συλλαβὴν, ἑνὶ στοιχείῳ γραφομένην. τοῦτο δ' ἦν ὥσπερ γάμμα διτταῖς εἰς μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλαγίαις, ὡς Fελένη καὶ Fάναξ καὶ Fοῖκος καὶ Fανὴρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα· i. e. *multa eo in loco palustria fuere, quæ nunc ex vetusto Dialecti modo Velia nominantur. Græcis enim priscis usitatum fuit* ου *syllabam charactere uno pictam vocabulis anteponere quæ à vocali inciperent. Hic autem erat ut duplex Gamma, constans duabus lineis ad unam rectam obliquè applicitis.* Postea verò non Οὐέλια solùm, sed & Υέλια ex Fέλια factum est, ut constat ex Υελήτων nummis quos Goltzius aliique protulere. Latinè verò *oppidum Helia*, inquit Plinius, *quæ nunc Velia*, lib. 3, cap. 5. H enim aspirata Ionica F Æolicæ æquipollebat. Nota quoque Λεὺὶ, Δαυὶδ, &c. sic Græcè ex Hebræo versa, ut prodant Υ Græci ad Hebræum *vau*, adeoque ad digamma F, relationem.

rum acceptio non nisi sub Archonte Euclide fuit, quadringentis ante Christum annis: Archinoo, Athenæi filio, Atheniensibus id suadente, ne à cæteris ubique Ionibus in monumentis publicis abirent. At plusquam uno priùs seculo inventæ & ostensæ fuerant sub Hipparcho Pisistratide, Tyranno Atheniensi; & sub[32] Hegesistrato Hipparchi fratre, Sigei tunc temporis dominante. Nec sub his inventas tantùm, sed ab iisdem in pretio & honore habitas, ex Platone facilè colligimus. Eo enim autore, Hipparchus [33] Tyrannus, Poëseos Homericæ restitutor, & doctis undequaque viris impensè fautor, Simonidem ad se acciverat Athenas, atque illic inter charos habuit, donis multis magnisque cumulatum. Sic igitur se habentibus Simonideis literis, aut prima illa inventio aut serior earum legitima acceptio, redintegrandæ Inscriptioni nostræ occasionem præbere poterat. Tum enim, in Atheniensis ditionis urbe, non erat incongruum tentari novæ scriptionis specimen: seu fortè sic voluerint Phanodicæ familiæ posteri, seu Sigeis potiùs magistratibus sic visum fuerit, ex more & consuetudine magistræ urbis. Quicquid sit, primævam illam aspiratam hinc eliminatam cernimus; Vocalem utramque longam ex mente Simonidis depictam; Æolicam Mitylenæorum dialectum in magìs Atticam conversam; Συκεευσι pro Σιγειευσι erroneè & corruptè positum; posteriorem Inscriptionis partem à novatore penitùs recisam; literas enormi spatio alteram ab alterâ divulsas; & alia non pauca

(32) Hegesistratum Pisistrati Atheniensis filium, Hipparchi fratrem, Sigei Tyrannidem exercuisse autor est Herodotus; quamvis Anachronismo (ut Usserius monuit) deceptus, Sigeum non nisi sub Pisistrato redactum statuit; quod Soloni potius Archonti tribuendum. Ἱππίας δ᾽ ἀνεχώρεε ἐς Σίγειον, τὸ εἷλε Πεισίστρατος αἰχμῇ παρὰ Μιτυληναίων. Κρατήσας δὲ αὐτοῦ κατέστησε τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑαυτοῦ νόθον Ἡγησίστρατον. i. e. *Hippias verò ad Sigeum iterum concessit, quod Pisistratus à Mitylenæis vi ceperat. Ejus verò potitus Tyrannum illic constituit nothum ipsius filium Hegesistratum.* Herod. lib. 5. cap. XCIV.

(33) Hipparchus, ex omnibus Pisistrati filiis & ætate & sapientiâ primus, ἄλλά τε πολλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο (inquit Socrates apud Platonem in Hipparcho) καὶ τὰ Ὁμήρου πρῶτος ἐκόμισεν ἐς τὴν γῆν ταύτην· καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διϊέναι, ὥσπερ νῦν ἔτι οἵδε ποιοῦσι. καὶ ἐπ᾽ Ἀνακρέοντα τὸν Τήιον πεντηκόντορον στείλας ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε μεγάλοις μισθοῖς καὶ δώροις πείθων. i. e. *Multa ille Sapientiæ præclara exempla edidit; & Homeri etiam carmina primus in hanc urbem intulit, & recitatores compulit alternis illa vicibus in Panathenæorum festa percurrere; quod & iidem nunc quoque faciunt. Quinetiam Anacreonta Teium, missâ ad eum quinquaginta remorum navi, accivit huc in urbem. Simonidem verò Ceum circa se semper habuit, magnis eum præmiis & muneribus inducens.*

aut

aut omiſſa aut immutata, quæ, conlatis inter ſe invicem Inſcriptionibus, additiciæ præ primariâ novitatem certo certiùs loquuntur.

XII.

Sed hic nos locus admonet ſiſtendi iterum ante oculos priſci alphabeti Græci: ut perpenſis ejus ſingulis elementis, certius de his omnibus judicium & ſincerius haberi poſſit. *Vid. pag.* 3.

A igitur inæqualitate laterum notandum venit, lineam habens obliquam, à medio longiore latere ad pedem brevioris ductam. Par prope & veteribus Latinis forma, ut ex lamellâ illâ cupreâ Tiburtinâ inter Inſcriptiones Fabretti conſtat. *pagg.* 27, 28.

B illud antiquum, cum duabus ejus anſis acutiùs quàm nunc formatis, in noſtro quidem lapide ob vocum penuriam non occurrit.

Γ, ad inſtar *Lambda* recentioris, acutum in apice angulum effecit: neque deſunt nummi Siculi in quibus, adinſtar C Latini, rotundatum pingitur. Ubique interim C Latinum, nec minùs *Kappa* Græcum poteſtate retulit: unde, errore ex loquelâ orto, Συκεευσι in additiciâ Inſcriptione pro Σιγειευσι legitur.

Δ ab initio triangulum, non tamen ut nunc iſoſceles, ſed claudum ſeu ſcalenum fuit: rotundatis igitur duabus lineis brevioribus, converſum eſt in D Latinum.

E litera, ut apud Latinos, nunc brevis nunc longa audiebatur. Unica ei forma, eadem quæ & [43] tridenti obliquato fuit: & quoniam ει ſyllabam ſuo nomine expreſſit, cum eâdem non raró permutabatur.

F digamma Æolicum & nomine & figurâ *Gamma* geminum expreſſit, poteſtatem verò accepit à *Gamma* longè alienam. Planè enim, ut *Vau* Hebræum, nunc V Latinam (eamque aut conſonantem aut vocalem) ſonat; nunc vero ut idem *Vau* quieſcit, & hiatum inter duas vocales ſine ſono implet. Nota ejus primaria F, ſecundaria Υ: æquo etenim jure & hæc & illa nota, in initio & in medio vocum, ab Æolibus ſignari ſuetæ. *Vid. not.* 31. *& pag. ſeq.*

Z, litera Simonidea [34] falsò à multis credita, tametſi non comparet in Sigeo lapide, priſco tamen Græco alphabeto adſcribi poſtu-

(34) Sic ſcilicet apud Athenæum lib. 10. cap. 20. E literam in ΘΗΣΕΥΣ nomine Agathon Tragicus deſcripſit, Ἔπειτα τριόδους πλάγιον ἦν προκείμενος. i. e. *Deinde Tridens erat obliquè jacens.* Similiſque eodem in loco tum Euripidis tum Theodectis deſcriptio adhibetur.

(35) Latè ſe ſparſit vulgaris error, ab ipſo etiam Montfauconio in Palæographiæ ſuæ propylæo adoptatus, de inventione

8 literæ

poſtulat. Apertè id teſtatur Ariſtoteles, ipſo citante Plinio, lib. vii. cap. 56. Nec obſtat in eodem capite corruptiſſima Pliniana lectio, ex multis ſecum invicem pugnantibus elicita ab Hermolao Barbaro, quâ Z Simonidi Melico, & Palamedi Ξ, aſſeritur. Hoc enim non ex alio quàm inſcitiâ librariorum Latinorum profectum, qui Ξ loco Z, & Z contra loco Ξ, nullâ neque arte neque judicio ſuppoſuere. Sonum edidit hæc litera nobis hodie incognitum; medium inter *Zain* Phœnicium, à quo ortum duxit, & G Latinum, cui ortum, ſed ſerò, dedit. Vetus ejus figura Ɪ, paulatim in Z deflexa eſt.

H in Sigeo lapide, eandem quam apud Phœnices & figuram & poteſtatem ſervans, quatuor illis vocabulis, *Hermocratus*, *Hethmon*, *Haiſopos*, *Hadelphoi*, literam initialem præſtat. Fuit hæc propria Ionum, qui illam in medio, æquè ac initio vocum, non aliter atque Æoles digamma ſuum, adhibuêre. Exemplo ſint prioris ΗΟΔΟΣ, ΕΝΗΟΔΙΑ, ΤΑΗΩΣ: poſterioris FOINOΣ, OFIΣ, ΔAFION, ſeu ΔAYION. Primitùs quoque aut H, aut F, omnem Ῥῶ initialem comitata eſt; ita ut F eam anteiret, at H eandem ſemper ſequeretur. Id teſtatur aſper ille uncinulus hodie ſupra Ῥῶ initialem pictus; per quem aliquando ſubintelligitur F, ut ῥῖγος, *frigus*, ῥάγω *frango*, ῥάγος (i. e. ἐλεύθερος) *Francus*; ſæpius H, ut ῥόμβος *rhombus* &c.

Θ Palamedea dicta, & priſca certè, quamvis diu poſt Cadmeas inducta litera, non ut nunc punctum aut lineolam, ſed crucem in

literæ Z; quæ cùm veriùs Palamedis fuerit, à quamplurimis tamen Simonidi tribuitur. Errori occaſionem dedit depravata à Librariis Latinis tum in Hygino, tum in Plinio ſeniore, figura literarum. His verò, in Græcorum characterum ductu, quàm parum fidendum fuerit, indicio erit editio Pliniana, quæ prima omnium, Venetiis, operâ Joannis Spiræ, in folio peramplo prodiit A. D. MCCCCLXVIIII. ubi, pro inſcriptione Græcâ Ναυσικράτης Τισαμένου Ἀθηναῖος Κόρῃ καὶ Ἀθηνᾷ ἀνέθηκεν, monſtroſa iſta Latinis concepta literis inferciuntur; *xaxilipcui canece comai coekpturae trata una ciezica*, l. 7. c. 58. Servat exemplar hoc Spiranum, Harduino, ut videtur, inauditum, Magnus Britanniæ noſtræ Æſculapius, Ricardus Mead M. D. inter alia non pauca inſtructiſſimæ Bibliothecæ ornamenta. Notabile eſt Z literam in Suidæ Lexico inter Palamedeas primam numerari. Veritati interim nihil obſtat quòd cætera in eodem loco mendosè admodum ſcribantur. Vidit hoc Salmaſii nobile ingenium, & Salmaſio conſentiens Spanhemius in eruditiſſimâ diſſertatione ſecundâ, §. 3. *Litera Ξ non inter quatuor literas, prout hodie apud Plinium legitur, à Palamede repertas; ſed à Simonide veriùs, quod ei quoque tribuit Suidas, reponenda eſt: ac verè proinde apud Plinium Z pro Ξ, ubi de inventis à Palamede literis agitur, ab illuſtri Salmaſio emendatum: quâ de re autem nihil à poſtremo, erudito quanquam, Plinii editore monitum videas.* Erroris ſecurior Plutarchus, Παλαμήδης, inquit, πρότερος τέτταρα, καὶ Σιμωνίδης αὖθις ἄλλα τοσαῦτα προσέθηκε. Sympoſiacon IX Quæſt. 3.

circulo,

circulo, eamque interdum rectangulam, interdum decussatam gessit.

I & K literæ eandem ab initio formam sine ullâ, ut videtur, notabili mutatione servant.

Λ olim acuto ad calcem angulo, & formâ hodiernæ penè contrariâ, pingebatur. Quippe aliud non fuit quàm veterrima L Latina, qualis ea in antiquissimis ejus linguæ monumentis, Senatusconsulto nempe de [36] Bacchanalibus, & lamellâ cupreâ Fabretti conspicienda extat.

M & N literæ primam earum lineam longiusculam habuere, cæterasque à se invicem latiore angulo diductas.

O litera (adinstar E, nunc breve nunc longum, ut apud Latinos, sonans) quoniam ου syllabam suo nomine expressit, pro eâdem semper & proferebatur & scribebatur.

Γ nondum utroque latere æquali, at secundo breviore comparebat; apte sic B dimidiatum, ut potestate, ita & figurâ, referens.

P aliquando capite triangulari; aliquando, ut nunc, rotundo, & semicirculari fuit. Sed & virgula ipsius capiti subjecta, in antiquis nummis & lapidibus, Herodiano præcipuè & Baudelotiano, Latinum ad modum cernitur.

Σ literæ, apud antiquos, duæ olim figuræ competebant. Harum antiquior, [37] cincinnum referens, in Latinum alphabetum transiit: recentior, quæ Græcorum mansit propria, [38] arcum Scythicum expressit. Has duas in Sigeo lapide, cincinnatam dico, & arcuatam, quanquam rudes, ut in antiquo opere, non sine voluptate contemplamur.

T & nunc & olim patibulum famosè retulit. Palus tamen erectus in [39] Phœniciâ & Etruscâ literâ supra transversum paulò eminebat.

Υ sæpe

(36) Senatûs consultum de Bacchanalibus, Latinarum, quas novi, antiquitatum pulcherrima longè & nobilissima, videatur in editione Ciceronis Gronovianâ, ex ære autographo repræsentatum, Tabulâ post præfationem tertiâ.

(37) (38) Apud Athenæum, in loco superiùs memorato, ubi triplex ΘΗΣΕΥΣ nominis pictura, Autoribus Euripide, Agathone, Theodecte, exhibetur, Σ arcuati sic meminit Agathon, Σκυθικῷ τε τόξῳ τρίτον ἦν προσεμφερές. i. e. *arcui Scythico simile Elementum tertium:* cinninnati verò sic Euripides, Τρίτον ἦ βόστρυχός τις ὡς εἱλιγμένος. i. e. *Tertium capilli cinnus tanquam involutus:* quin & iisdem fere verbis Theodectes, Τρίτον δ' ἑλικτῷ βοστρύχῳ προσεμφερές. i. e. *Tertium capillo in cinnum retorto simile.*

(39) Quod T Phœnicium & Samaritanum crucis habuerit similitudinem, quæ in Christianorum frontibus pingitur, adeóque palo erecto consurrexerit supra transversum paulò eminente, autoribus Origene & Hieronymo, in Palæographiâ adstruit Montfauconius: congruentibus etiam Alphabetis Samaritanis & R. Azariæ, & Toinardi, lib. 2. cap. 1. T verò Etruscum simili modo pictum clarè exhibet Fabrettus in nummo

Υ ſæpe ad modum V Latini; ſæpe cornu uno recto, & proclivi altero ſurgebat. Poſterius monuit Voſſius ex Catalectis quidem Virgilianis. Fidemque rei autographi duo lapides, Delius & Sigeus, adſtruxere. Uterque enim literam hanc bicornem levi diſcrepantiâ exhibet [40]: hic nempe à dextro latere, ille à ſiniſtro procliviorem. Nec abludit à Sigeâ formâ ſingularis ille Regis Amyntæ nummus à Montfauconio in lucem datus. Similiorem tamen, eamque, more noſtro Æolico, ſiniſtrorſum verſam, [41] Rauci Cretenſes percuſſêre.

Supersunt denique Φ & X Palamedi adſcriptæ literæ. Φ diverſis temporibus diverſas figuras induit, quarum quæ primæva fuerat ab hodiernâ parùm diſcrepavit. X certè ab initio quatuor [42] rectis angulis coibat, teſtante id & noſtro, & Herodiano lapide. Sed diu jam exolevit rectangula ejus forma, & in decuſſatam mutata abiit.

XIII.

Perspecto nunc priſci alphabeti genio, palàm eſt quàm facilè hinc abeſſe poterant nova illa Simonidis inventa. Palàm etiam & Palamedeas, quæ vocantur, literas, primæ Cadmearum claſſi novas & [43] adventitias acceſſiſſe. Simonidearum nempe η & ω propriè non ſunt literæ, ſed ſigna quantitatis longæ. ξ itidem & ψ non aliud fuiſſe conſtat quàm [44] colligationes conſonantium, pari ratione ac dipthongi ſunt vocalium. Par ratio & duplicis elementi Z, quod

ΥΤΕΡΕ inversè ſcripto pag. 528. Fontaninius in ΤΥΤΕΔΕ pag. 139. quin & Gruterus pag. CXLV. & Bartolius in Etruſcis, quæ edidit, ſepulchris.

(40) Utramque Υ literæ figuram poſteris Phœnicibus uſitatam vide apud Begerum in Theſ. Brand. Vol. III pag. 72, 73.

(41) Vid. Theſaurum Britannicum Haymianum Vol. 2. in ΡΑΥΚΙΩΝ nummo priſcis literis Æolicis ſignato.

(42) Vide ita deſcriptam X literam ab Hippocrate de capitis vulneribus. p. m. 895.

(43) De adventiciis literis mirè confuſa habet Cedrenus, pag. editionis Xylandrinæ 103.

(44) Omnes ubique nôrunt ſub duplicibus iſtis & novitiis ξ & ψ latere κς & πς· adeò ut quæ priùs ſcripta fuerant ἄνακς & πέλοπς, poſt Simonidem ἄναξ & πέλοψ jam ſcribi cœperint. At ſub ξ etiam γς & χς, item ſub ψ etiam βς & φς, pari lege comprehendi, omnibus non æquè notum. Hanc tamen ſententiam, oborto de his ſermone, & obſervatâ nominum quorundam in Baudelotiano marmore ſcriptione, egregiè mihi confirmavit doctiſſimus R. Ainſworth, amicus meus & vicinus, ob ſingularem eruditionem & humanitatem, inter paucos æſtimandus. Quinetiam rationem rei allatis his exemplis luculenter illuſtravit. Ea eſt, inquiebat, in nominibus, quantum ad rectos & obliquos caſus, nec non in verbis, quantum ad præſens & futurum tempus, analogia, ut alterum facilè alterius primævam Orthographiam prodat. Ex Gr. rectos nominum caſus σὰρξ φλὸξ, σὶξ, antiquitùs fuiſſe σάρκς, φλὸγς, σὶχς, à genitivis σαρκὸς, φλογὸς, σιχὸς,

I extra

quod consonas Σ & Δ, & vicissim Δ & Σ, connectit; quodque si non ipse Palamedes, at aliquis post Cadmum autor, alphabeto intulit. His adde, quòd certiores illæ Palamedeæ, [45] Θ, Φ, X, à Cadmeis T, Π, K, non nisi aspiratæ adjectione differunt: id quod resoluta earundem scriptio in vocibus ATHENAION, ΠΗΙΛΟΣ, KHPONOΣ, apertè probat. Motis igitur his omnibus è genuino Græco alphabeto, duplicibusque Q & X, unà cum [46] novitio G, juxta invictas [47] Vossii rationes, è Latino pariter abjectis, manet in utrâque linguâ idem planè ordo atque numerus, eademque ferè & figura & potestas literarum. Percelebris proinde Plinii observatio, *Veteres Græcas literas fuisse easdem penè quæ Latinæ*, ex sequenti nostrâ tabellâ, æquè ac illâ Delphicâ, firmabitur. Constat ea literis octodecim; ita tamen ut earum ultima non tam sit nova litera, quam sextæ illius F, cum vocalis officio fungitur, repetitio. Hac ratione secundùm quosdam septendecim fuerunt; & secundum alios, aspiratam in literarum numero non habentes, sexdecim tantum literæ. Tot olim figuras Græca gens Ionica à Phœnicibus accepit; inversoque omnium situ, in meliores paulò transmutavit. Servavit enim, ut videtur, rationem purè Mathematicam, quoad recti-linearum, circularium, & angularium literarum formas. Æoles vero, vaga gens, & solum mutare sueta, ad easdem

extra omnem controversiam ponitur. Præterea ὂψ, φλὲψ, καλήλιψ, antiquitus fuisse ὂπς, φλὲβς, καλήλιφς, singuli ipsorum genitivi ὀπὸς, φλεβὸς, καλήλιφος indubitatè monstrant. Pari modo & in verbis, futura πλέξω, φεύξω, τεύξω, ante Simonidem fuisse πλέκσω, Φεύγσω, τεύχσω, arguunt præsentia eorum tempora πλέκω, φεύγω, τεύχω. Futura itidem tempora ἕρψω, τρίψω, γράψω, ante novam hanc Grammaticam alia non fuisse quàm ἕρπσω, τρίβσω, γράφσω, ex præsentibus ἕρπω, τρίβω, γράφω, apertè constat. Contrarium quidem, quantum ad χς & φς, docuit Theodorus Beza in Alphabeto Græco & Hebraico A. D. MDC. edito: Ibi enim (pag. 59.) aspiratas χς & φς sub literis ξ & ψ contineri fidenter pernegat. Hunc verò optimè refellit ipsa autographa antiqua scriptio in Sponianis occurrens monumentis. ΟΦΣΙΑΔΕΣ enim exhibent quod nunc Ὀψιάδης; ΑΛΕΧΣΙΜΑΧΟΣ quod nunc Ἀλεξίμαχος depingimus. Vid. Montf. Pal. Gr. p. 139, 140. & Sponii Miscell. p. 316. Elementum Z longo ante tempore ab autore diverso prodiit. Ei verò hæc propriè potestas competit, aliquando ΣΔ, aliquando ΔΣ vice versâ colligare: id quod, omissis aliis, ex Æolicâ scriptione τράπεσδα pro τράπεζα, σδυγὸς pro ζυγὸς, necnon Σδεὺς & Δσεὺς pro Ζεὺς, clarè satis evincitur. Rectè enim Theocriti Scholiastes ad Idyl. 1. vers. 3. διαλύουσι δὲ Δωριεῖς τὸ Ζ εἰς τὰ ἐξ ὧν ἦν συγκείμενον στοιχεῖα·

(45) Plutarchi Symposiacon lib. ix. Quæst. 3. τὸ γὰρ Φῖ καὶ τὸ Χῖ, τὸ μέν ἐστι Πῖ, τὸ δὲ Κάππα δασυνόμενον.

(46) Plutarchus de Quæst. Rom. p. m. 277. τὸ κ΄ πρὸς τὸ γ΄ συγγένειαν ἔχει παρ᾽ αὐτοῖς. ὀψὲ γὰρ ἐχρήσαντο τῷ Γάμμα, Καρβιλίου Σπορίου προσεξευρόντος. Columna igitur Duiliana, A. U. C. 494. G non habet. Habet verò senatûs consultum de Bacchanalibus, U. C. 566.

(47) Voss. de Arte Gram. l. 1. c. 15, 18, 21,

quaqua-

quaquaverſum diſſeminandas non infeliciter contulerunt. Tandem enim, optatiſſimo eventu, per diverſas Græcarum gentium ad diverſa Italiæ migrationes, Ionicæ quidem in Latinas, & Æolicæ in Etruſcas literæ, vix ullam paſſæ mutationem tranſiere. Genuinam harum omnium cognationem oculo hîc placuit ſubjicere: Sic quidem, ut omiſſis ſecundariis, & ſuperfluis quinque literis, primariarum præcipuè inſtituatur comparatio, quales è Phœniciâ in Græciam, è Græciâ in Italiam, utrumque ante Trojana tempora, ſunt deductæ. Quò verò res pleniùs innoteſcat;

Primò ponendæ ſunt Phœniciæ, hoc eſt, Hebraicæ antiquæ propriâ ſuâ formâ Hieroſolymitanâ, ad fidem numiſmatum, expreſſæ. Iisque, ad oſtendendum earum nomen, ordinem, ac poteſtatem præfigendæ ſunt Hebraicæ hodiernæ, ab Eſdrâ, poſt captivitatem Babylonicam, formis novis Aſſyriacis donatæ.

Secundò Græcæ, Phœniciarum filiæ, diverſo hinc illinc ſtatu, Ionico ad dextram, Æolico ad ſiniſtram, ſunt ſiſtendæ.

Tertiò Latinæ ſequentur & Etruſcæ. Quarum Latinæ facie planè Ionicâ dextrorsùm, Etruſcæ verò, Phœniciis ſimiliores & Æolicis, ſiniſtrorsùm ſunt ducendæ.

XIV.

Hoc modo facilè patebit, idque in brevi ex adverſo tabulâ, avita illa Literarum, primariarum ad primarias, ſecundariarum ad ſecundarias, quoad ordinem, figuram, atque numerum relatio: Res mire utilis, & jucunda obſervatu; nunc primum poſt Scaligerum, Bernardum, & Montfauconium, rectiùs ut videtur, indagata. Mirandum enim tot, & tales, & tantos viros, nullâ habitâ literarum quoad ætatem & poteſtatem ratione, ſecundarias cum primariis, recentiores cum antiquis, in eâdem ſerie permiſcuiſſe. Primarias voco literas, quæ propriam quandam habent & diſtinctam in ſuâ ſerie poteſtatem: Secundarias, quæ quam habent poteſtatem, eam non niſi ab alio in eâdem ſerie elemento mutuatam accepêre. Hâc lege è primariis Græcis exulabunt ſuperius notatæ Ζ, Θ, Ξ, ut jam olim exularunt ϡ, Ϙ, i. e. Epiſema *San-pi* & *Koppa*. Nec minore jure à primariis Hebraicis ſecernentur ז, ט, ס, צ, ק, ob alias in eâdem ſerie puriores, & ſimpliciores, pro ſecundariis meritò habendæ. Etenim dentales ז, ס, צ, non niſi primariam dentalem ש diverſimode ſibilantem referunt. Duæque illæ ט, ק, a duabus aliis ח, כ, quoad ſonum ſaltem, & poteſtatem, licèt

non

NATURÆ ATQUE ORBIS ALPHABETUM,

SIVE

Primariarum Literarum Tabula, cui adjuncta est et altera Secundariarum.

(48)


1	*Primariæ Septendecim Hebraicæ, Assyriacâ novâ formâ, & Phœniciâ Antiquâ.* (a)	א	ב	ג	ד	ה	ו	*	ח	*	י	כ	ל	מ	נ	*	ע	פ	*	*	ר	ש	ת	ו
		≠	9	1	Δ	∃	⊦	*	⊟	*	ℷ	Ψ	L	⊔	ʃ	*	O	⊐	*	*	9	W	†	†
2	*Ex Phœniciis, eodem ordine ac potestate, totidem Cadmeæ Græcæ, modo utroque Scriptæ.*	Δ	B	Λ	Δ	∃	⊦	*	H	*	I	K	V	M	M	*	O	Π	*	*	4	Σ	T	Y
		A	B	Λ	Δ	E	F	*	H	*	I	K	V	M	N	*	O	Π	*	*	P	Σ	T	Y
3	*Ex Græcis Latinæ ad dextram, Etruscæ ad lævam, versæ.*	A	B	C	D	E	F	*	H	*	I	K	L	M	N	*	O	P	*	*	R	S	T	V
		A	8	1	◁	∃	⊣	*	⊟	*	I	K	V	M	N	*	O	⊐	*	*	9	S	†	V
1	*Quinque Secundariæ Hebraicæ, Assyriacâ formâ, & Samaritanâ Biblicâ.*	*	*	*	*	*	*	ז	*	ט	*	*	*	*	*	ס	*	*	צ	ק	*	*	*	*
		*	*	*	*	*	*	ᗡ	*	∇	*	*	*	*	*	ℌ	*	*	㎡	P	*	*	*	*
2	*Ex iis, eodem ordine ac potestate, quinque Secundariæ Græcæ, Latinæ duæ.*	*	*	*	*	*	*	I	*	⊕	*	*	*	*	*	Ξ	*	*	Э	Ϙ	*	*	*	*
		*	*	*	*	*	*	G	*	*	*	*	*	*	*	*	*	*	*	Q	*	*	*	*

Sextæ literæ, vocalis factæ, repetitio.



3 *Etrusca Series sine Secundariis pura, ut Cadmea, mansit, et priscam Cadmearum formam persæpe propius expressit; ut in Tuscis Deûm nominibus,* ᗅ1ꟼ∃M∃M, *cum Æolico digamma, Latinè* Minerva, ᗅV)ꟼ∃⊟ Hercules, ꟼV†ƷᗅK Castor. (b)




Literæ Hebræo-Phœniciæ *in Siclo ante Capt. Babyl. è Waltoni introd. P. 31.*

Literæ Hebræo-Assyriacæ *in Siclo post reditum, è Waltoni introd. P. 33.*

Literæ Etruscæ *è ponderibus duobus inter Fabretti Inscript. P. 528.*

(a) *Hierosolymis Babyloniâ expugnatione deletis, omne instrumentum Judaicæ literaturæ per Esdram constat restauratum.* Tertull. de cultu fœm. l. 1. c. 3. (b) *v. Etruriæ Regalis Tabb. 5, 2, 7.*

J. Sturt sculp.

non quoad ſcribendi uſum, ſuperfluæ redduntur. Has tamen omnes æquali jure repræſentarunt, in ſuis literarum paradigmatis, Scaliger, Bernardus, & Montfauconius. At quinque illis ſecun-

(48) Hujuſce Tabulæ hæc eſt ratio; ut ſcilicet ſeriatim repræſententur puræ ſolummodò & primariæ orbis eruditi literæ, detruſis inferiùs ſecundariis, Cadmoque non notis, aut neglectis.

Primò, Antiquæ iſtæ, in jugatâ Hebraicarum ſerie, omnes, exceptâ *Pe*, ex paucis, quæ habentur, ſiclis eruuntur: Hieroſolymitanæ proinde rectius vocandæ, quanquam occaſione Phœnicum in Græciam eas inferentium, Græcis Phœniciæ ſint vocatæ. Earum quæ nonum nunc implet locum, vero *Kaph* nomine appellanda; non obſtante quod Waltono ipſi, aliiſque *Koph* olim audiverit. Idque ſiclus iſte Aſſyriacus, paris alterius Hebraicæ veteris certiſſimus interpres, docet.

Secundò, In Græcis præcipuè ſpectanda eſt omnimodo illa, quam præ ſe ferunt, hinc ad Phœnicias, illinc ad Latinas ſimilitudo. Hæc verò ſe plenius aperiet, ex diverſis aliquot formis quæ (pag. 3.) in priſco Græco Alphabeto, literis, Α, Γ, Δ, Λ, Ρ, Σ, Υ, ſupra infraque ſunt appictæ. Α ſcilicet in Deliacâ Tournefortii inſcriptione; Γ in nummis Siculis epigraphen ΓΕΛΑΣ & ΑΚΡΑΓΑΣ apud Paratam gerentibus; Δ & Λ in columnis Farneſianis; Ρ ſæpe in nummis & Baudelotiano lapide; Σ in inſcriptione Sigeâ additiciâ; Υ in ſingularibus quibuſdam, Raucorum, Tyriorum, & Regis Amyntæ nummis.

Tertiò, Latinæ ſequuntur & Etruſcæ in eâdem Tabulâ conjunctæ: Latinæ quidem, quales eas ante Simonidem, immò & ipſum ante Palamedem, (ut teſtis eſt Hyginus Bibliothecæ Palatinæ ſub Auguſto Cæſare præfectus) *Evandrus profugus ex Arcadiâ in Italiam tranſtulit*, eaſque *mater ejus Carmenta in Latinas commutavit num.* XV*. In hâc verò ſerie, tres iſtæ, A, L, P. quæ præ cæteris fortè ignotiores videbuntur, ſuis quæque in monumentis comparebunt. A nempe & L in Lamellâ cupreâ inter Fabretti inſcriptiones pagg. 27 & 28. L & P in Scipionis Barbati Inſcriptione poſt alios à Fabretto editâ pag. 461. quin & P non infrequenter in Gentis Pobliciæ, Pomponiæ, & Poſthumiæ, apud Vaillantium, nummis.

Etruſcæ Latinis longè eſſent cenſendæ recentiores, ſi fides autoribus, qui eas à Demarato Corinthio, Lucii Tarquinii Regis Romani Patre, in Etruriam advectas tradidere. Sed quoniam, præter aſpiratas duas, numero ſunt tantùm ſexdecim; Hebraicis primariis & numero, & ordine, & poteſtate omnino pares; firmiſſimo id erit argumento, Etruſcas quoque literas, non aliter ac Latinas, ante Palamedis tempora in Italiam demigrâſſe. Harum ego numerum & figuram ex nummis paſſim & inſcriptionibus apud Gruterum, Bartolium, Fabrettum, Fontaninium, ſummâ quâ potui fide & diligentiâ concinnavi. Sic quidem, ut ſecunda in hâc ſerie literula nunc primum ſuo loco reſtituatur; idque ope vocis Βϱοντας Etruſcè apud Fabrettum ſcriptæ. *Vide ejus Inſcriptiones, pag.* 696.

Memorabili demum Taciti teſtimonio quanquam vario quidem illo, & incerto, claudi hæc Nota poſtulat. *Ægyptii* (inquit ille Ann. XI. cap. 14.) *literarum ſemet inventores perhibent; inde Phœnicas, quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ; gloriamque adeptos tanquam repererint quæ acceperant. Quippe fama eſt Cadmum, claſſe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis ejus auctorem fuiſſe. Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant, ſexdecim literarum formas; mox alios, ac præcipuum Simonidem cæteras reperiſſe. At in Italiâ Etruſci ab Corinthio Demarato, Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt. Et forma literis Latinis, quæ veterrimis Græcorum. Sed nobis quoque paucæ primùm fuere: deinde additæ ſunt.*

H dariis

dariis ex utrâque ſerie retractis, emicabit ſtatim purum putum *Naturæ, atque Orbis Alphabetum*; ope nummorum & inſcriptiorum è penitiſſimâ antiquitate erutum; octodecim poteſtatibus inſtructum; nullâ ſimplici deficiens, neque ullâ compoſitâ redundans; voci atque eloquio humano articulatè adaptatum; facile illud rerum, idemque immortale teſtimonium; Facta, Dicta, Cogitata præſentibus ſono exprimens; abſentibus picturâ ſervans; felix vivorum cum mortuis, mundi hujus cum altero commercium; divinum plane opus & inventum; ſapientiſſimoque illo animi, oris, atque oculorum noſtrorum formatore, Deo omnipotente, non indignum.

At heus tu, inquiet Ariſtarchus, quâ tu audaciâ non Simonidi tantùm, ſed & Eſdræ, & Palamedi obſtrepis? Tu, qui, Samaritanis ipſis irreligioſior, Alphabeti numerum imminuis? De Græcis itaque reſpondeo; alias Simonidem ſub Hipparcho Athenarum tyranno, alias Palamedem, Trojani belli tempore, Cadmearum claſſi inſeruiſſe. Proinde Latina, non minus quàm Græca antiqua claſſis, ante Trojana tempora concinnata, locos eoſdem iis vacuos oſtendit. Quinque Hebraicas quod attinet, & (quia res eòdem recidit) Phœnicias; hæ quidem in Alphabeto ſuos tunc locos habuere, cum ob illata puncta vocalia, & inductas formas Aſſyriacas, a Maſoretis de novo deſcriberentur Pſalmi illi Alphabetici, xxxiv & cxix. At vero an Davidis, an Cadmi, an Moſis tempore habuerint, nihil eſt quod auſim affirmare. Immò animum in difficultate tantâ, (49) multa divinantem reprimo, & periculoſæ me ſubtraho conjecturæ. Si verò tum habuerint; nemo inficias ibit, quin Phœnicem exſulem, optimo uſum conſilio, primarias ſecreviſſe à ſecundariis, & de poſterioribus hiſce altùm ſi-

(49) *Animum* (inquam) *multa divinantem.* Qualia ſunt; fuiſſe Hebræis, ab omni retrò tempore ante tranſmigrationem Babylonis, duas & viginti literas: in eo numero א, ה, ו, י, ע, cum & conſonæ fuerint & vocales, pro decem habitas fuiſſe: verùm poſt reditum à Babylone illata fuiſſe puncta, & ablatum ab iis quinque literis vocalium officium: excidiſſe igitur priſco Hebræorum alphabeto quinque literarum numerum: proinde, ut ſacer ille & antiquior earum numerus in integrum iterum reſtitueretur, inductas fuiſſe quinque ſecundarias ז, ט, ס, צ, ק. Quo vero melius ſanciretur novum hocce, & magnum (ut appellatum fuit) Alphabetum, Maſoretas illud Pſalmis Alphabeticis, ob id ipſum paululum mutatis, intertexuiſſe: quod & Simonidem poſtea imitatum, ſuis viginti quatuor literis totidem Homeri Rhapſodias ſignaviſſe.

luiſſe,

luiſſe, cùm priores illas, tanti pretii theſaurum, in Græciam ſecum deportaret.

Lateat igitur hæc in puteo profundè demerſa veritas. Et tamen libet aliquid doceri a Siclis duobus Waltonianis, quorum unum Hebræo-Phœnicium, alterum Hebræo-Aſſyriacum, à doctiſſimis ad S. Biblia prolegomenis, huc adduximus. Hi inter ſe invicem collati veram *Kaph* Phœniciam (quanquam Waltono non illud advertente) detegunt; eodemque intuitu, vicariam ejus *Koph* manifeſtæ novitatis arguunt. Quid enim? quum ק in duabus vocibus, שקל & קדוש, Grammaticè nunc locum vendicet; utræque tamen iſtæ in nummo Hebræo-Aſſyriaco per כ ſcriptæ exhibentur. Erat quidem egregius tantæ novitatis uſus; præſertim ad diverſas ejuſdem vocis ſignificationes promptiſſimè ſignandas: unde omnis à voce שכל ablata eſt ambiguitas, quæ prius, non niſi per *Kaph* depicta, & *monetæ pondus* ſignificabat, & *intellectum.* Quòd ſi largior nunc ſuppeteret antiquæ ſcriptionis copia, idem & in multis aliis, quoad reliquas ſecundarias literas, credibile eſt potuiſſe demonſtrari. Nil interim mirandum, quòd Maſoretæ Hebraici tam facilè, datis novis legibus, Linguam ipſorum jam demortuam refinxerint; cùm vivas & vigentes duas, Tuſcanam dico & Gallicanam, noverimus mutationem tantam, ex Academiarum nuper juſſu, accepiſſe.

XV.

Sed revocat nunc calamum properantem, & neſcio quâ animum dulcedine perfundit, veneranda illa origo, & ſucceſſio literarum. Sexaginta ſcilicet [50] ante tempora Trojana annis, Latinæ à Pelaſgis & Arcadibus, utriſque gente Æolibus, domo patriâque profugis, ad Umbros, & Aborigines, alioſque tum Italiæ populos, ſunt deductæ. Græcas, centum & quinquaginta annis ante Pelaſgorum exitum, aut Cadmus, aut Cadmei certè Phœnices Græciæ tum indigenis Æolibus & Ionibus tradidêre. Cadmeis eo tempore

(50) Credibile eſt ſecundùm Plinium (lib. 7. cap. 56.) *Primos in Latium literas Pelaſgos attuliſſe*; artem verò earundem perfeciſſe Arcadas; quorum migratio, paulò pòſt, Pelaſgiam, celeberrimâ notâ temporis à Dionyſio Halicarnaſſenſi inſignitur: nempe ἑξηκοςῷ μάλιςα ἔτει πρότερον τῶ Τρωικῶν, i. e. *ſexageſimo ferè ante bellum Trojanum anno*, duce Evandro, filio Mercurii, & Nymphæ cujuſdam Arcadicæ, quam Themin Græci, Carmentam Romani appellavere. Antiq. Rom. lib. 1. cap. 31. Quibus verò autoribus eædem in Græciam literæ è Phœnice tranſiverint, clarè traditum ab Herodoto l. 5. c. 58. & à Diod. Sic. l. 3. Hinc Literæ Ionibus Φοινικήια vocatæ, & ἐκφοινίξαι *legere* ſignificans; de quo poſtea in *Teiorum Diris.*

pore Phœnicibus eædem fuêre literæ, quæ & Samaritis postea Israeliticis fuerunt: Samaritis [51] eædem quæ & Judæis ipsorum fratribus, ad asportationem usque Babylonicam: Judæis nondum asportatis eædem quæ & Pentateucho Moysis: Pentateucho, ut fas est credere, eædem quæ lapideis Legis tabulis, Dei ipsius digito inscriptis.—Pulchra ex his conclusio, & præclara admodum, lucescit;

(51) Agitata jamdudum fuit nobilis ac erudita Quæstio; an Samaritanæ literæ, &, quod eódem recidit, Phœniciæ, Græcæ, & Latinæ, eædem reipsâ fuerint cum veteribus Hebraicis. Negant longè pauciores; præeuntibus Buxtorfio & Lightfotio; at contrarium innumeri tuentur magni nominis Heroes; interque eos, post antesignanum Jos. Scaligerum, Casaubonus, Grotius, Vossius, Bochartus, Morinus, Breerwoodus, Waltonus, Huetius, Prideauxius; &, qui peculiari rem tractatu expedivit, Lud. Cappellus. Novam ansam Quæstioni præbuere observati sæpe à Viris doctis nummi Hierosolymitani, Sicli nempe & Hemisicli, *Hierusalem sancta* Samaritanis literis inscripti: quos quidem copiâ satis magnâ, unà cum Alphabeto Samaritano, in Appendice ad Breerwoodi pondera, Waltonus dedit. Hinc enim Samaritanas literas in usu fuisse Hierosolymis ante captivitatem Babylonicam, hodiernas verò Judaicas, formâ quadratâ & Assyriacâ, non nisi post reditum invaluisse, creditur. At veteres Rabbini, & Thalmudistæ, doctissimique Christianorum Patrum, Origines & Hieronymus, ne quidem advocatâ nummorum fide, characterum Hebraicorum mutationem pro certâ & indubitatâ habuere.

Descenderat olim in hanc arenam, & Cappelli se Diatribæ opposuerat juvenis tuncadmodum Spanhemius: [*Vide Waltoni introductionem p. 9.*] unde factum, ut in eandem ille sententiam, quanquam summâ quâ solebat modestiâ, animique valdè dubius, in eruditissiâ etiam senectute, propenderet. At consultus ab eo fortè Rev. Petr. Allixius subitaneam prorsus, & extemporaneam, ad Spanhemium dat Epistolam, quâ dubitantem animosè impellit ad convellendam Scaligeri de Samaritanis Literis sententiam; idque nullis nixus argumentis, nisi quæ jam olim profligaverat Waltonus: ita ut Waltonum in *tertio Proleg. à Sectione vicesimâ nonâ ad tricesimam octavam* perlegisse, satis superque fuerit ad castigandam Allixii temeritatem. Labefactatum quidem fuit à Spanhemio Eusebii testimonium; utpote in melioribus ejus codicibus non repertum. Stabit tamen Hieronymo immota fides, qui hæc habet, in Prologo Galeato, certam rei cognitionem, & veritatem præ se ferentia. *Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certumque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Hierosolymam, & instaurationem templi sub Zorababel, alias literas reperisse, quibus nunc utimur; cùm ad illud usque tempus iidem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint . . . . . & nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus usque hodiè antiquis expressum literis invenimus.* Hæc igitur, & alibi quoque plura, his consentanea, Hieronymus. Eusebii interim silentium validiore longè testimonio compensavit Montfauconius, qui, è MSS. quibusdam Hexaplis, Originem his ipsis verbis Hieronymo congruentem protulit. *Tetragrammaton* (inquit ille) ἐν τοῖς ἀκριβέσι τῶν Ἀντιγράφων Ἑβραϊκοῖς Ἀρχαίοις γράμμασι γέγραπται. ἀλλ' οὐχὶ τοῖς νῦν. φασὶ γὰρ τὸν Ἔσδραν ἑτέροις χρήσασθαι μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν. i. e. *in exemplaribus quæ accuratiora fuerint* ineffabile Dei nomen *scriptum est antiquis literis Hebraicis, non verò hodiernis. Aiunt enim Esdram aliis usum fuisse post captivitatem.* Vid. Palæogr. Græc. lib. 2. cap. 1. Collatis his invicem Testimoniis certum est per antiquas literas tum Hieronymum

ceſcit; ab iiſdem ſacris fontibus literaturam fluxiſſe & religionem. Neque mirum quòd, (52) ignoratis olim literis, Graiæ nunc origines ignorentur; cùm electus à Deo populus, primi illi literarum & cuſtodes & magiſtri, mundi ipſius initia, perpetuamque exinde hiſtoriam, manſuris vocum figuris conſignaverint.

XVI.

A Matre igitur Hebræâ venere literæ, ad agnatas, etiam & non agnatas linguas, per univerſum ferè orbem, derivatæ. Mos interim ſcribendi hinc & illinc (53) diverſus fuit; ad lævum alter, Aſiaticis & Ægyptiis; alter ad dextrum, Europæis uſitatus. Noſter ex utroque mixtus, quo primùm tempore, quâve ex causâ aut autore prodiit, nullâ certâ traditione noſcitur. Waltonus, certè *(in ſupplemento ad Prolegomena) de ſiclorum* agens *formis & inſcriptionibus*, nummum unum atque alterum obſervavit, ita literis Hebraicis in-

tum Origenem intellexiſſe Samaritanas. Certum etiam, tertio jam quartoque ſeculo Chriſtiano, Sacroſanctum Dei nomen, his ipſis literis deſcriptum, in accuratis quibuſdam Græcis voluminibus extitiſſe. Non poteſt igitur non in nihilum abire inanis iſta Rabbinorum recentiorum Hypotheſis, quâ duplicem apud Judæos characterem, ſacrum nempe & profanum, atque illum quidem Aſſyriacum, hunc verò Samaritanum confinxere. Profanum enim characterem quis ſanus dixerit, quo Dei nomen ineffabile depictum eſt à Judæis Helleniſtis; & qui in Græca etiam exemplaria eo fine eſt receptus, ut antiquam illam formam, *Tetragrammati*, primigeniam, & Moſaicam teſtaretur? Vide Bernardi notas ad Joſephum pag. 188. Charactere Biblico Samaritico hodie etiam utuntur Gentis ejus reliquiæ; eoque Cairi olim ad Scaligerum, Sichemi nuper ad Huntingdonum, ad Marſhallum, & Ludolfum epiſtolas dedêre.

(52) Eupolemus, citante Clem. Alexand. Strom lib. 1. τὸν Μωσῆ φησι γραμματικὴν πρῶτον τοῖς Ἰουδαίοις παραδοῦναι, καὶ παρ' Ἰουδαίων Φοίνικας παραλαβεῖν, Ἕλληνας δὲ παρὰ Φοινίκων. i. e. *Moſem, dicit, Grammaticam primum Judæis tradidiſſe; & à Judæis Phœnicas accepiſſe, Græcos verò à Phœnicibus.* Unde Joſephus contra Appionem lib. 1. §. 2. Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ἔγνωσαν φύσιν γραμμάτων i. e. *Sero ac vix novêre* Græci *naturam literarum.* Certiſſimè. Quippe non vox iis ulla fuerat quæ *ſcribere*; non ulla quæ *legere* ſignificaret. Nam, ut ſuperius annotavimus, rem novam, ſtatim atque appulit è Phœnice, per φοινικήιον, rei uſum per ἐκφοινίξαι, deſignabant. Poſtea ab iis γράφειν & ἀναγνῶσαι ad *ſcribendi* & *legendi* ſenſum ſunt tranſlata. Quorum γράφειν propriè & primitùs erat *Sculpere*, i. e. verbo ad nos Anglos derivato, *to grave:* ἀναγνῶσαι autem *recognoſcere*, à γνῶ, anglicè *know*. Γράμματα verò, quâ demum *literæ* ſignificari cœptæ, vox eſt recentior Homero. *Euſtath ad Iliad.* p. 490.

(53) Γράμματα γράφουσι καὶ λογίζονται ψήφοισι, Ἕλληνες μὲν ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ δεξιὰ φέροντες τὴν χεῖρα, Αἰγύπτιοι δὲ ἀπὸ τῶν δεξιῶν. Herodot. II. 36. *Literas ſcribunt, & calculis computant Græci, dextrorſum à ſiniſtrâ manum ferentes; Ægyptii verò à dextrâ ad ſiniſtram.* Nec pigebit his ſuperaddere veterem Indorum morem, qui, referente Diod. Sic. lib. 2. γράφουσι τοὺς στίχους, οὐκ εἰς τὸ πλάγιον ἐκτείνοντες ὡς ἡμεῖς, ἀλλ' ἄνωθεν κάτω καταγράφοντες εἰς ὄρθιον. i. e. *ſcribunt verſiculos, non obliquè illos pro more noſtro extendentes, ſed à supernâ parte deorſum rectà deſcribentes.*

ſcriptos, ut in anticâ quidem parte à dextrâ ad ſiniſtram, at in poſticâ à ſiniſtrâ ad dextram progrederentur. Atque hinc anſa aliqua Nauclero aliiſque fortaſſis data; ſecundùm quos Hebræi βȣςϱοφηδὸν progreſſi uſque ad tempora Eſdræ: *Eum primum instituiſſe, ut à dextrâ ſiniſtrorſum ſcriberetur.* Sic ſcilicet eorum ſententiam retulit, qui tamen eidem non ceſſit, Voſſius. Nec immeritò. Nam quo tum, cedò, inſtituente, & Phœnices poſteri, & Samaritarum reliquiæ ſic ſcripſere, quibus nihil commune cum Eſdrâ, præter odium, interceſſit? Rectiùs longè & veriſimiliùs opinari licet, allatis ex Aſiâ in Europam literis, Iones ab inconcinno illo ſiniſtrorſum ſcribendi genere omnino abhorruiſſe; quod tamen indigenæ in Græciâ Æoles, iidemque in Latio alienigenæ, patienter aliquamdiu pertulêre. Hinc orta videtur noſtra, ex Ionicâ Æolicâque mixta, ideoque & moleſta ſcriptio. Quid enim inter ſcribendum eſt moleſtius, quàm manum continuis vicibus βȣςϱοφηδὸν circumagi, [54] diverſoſque eidem literæ aſpectus, nunc hunc, nunc illum, dari? Fuere nihilominus qui alternatam hancce flexionem, utcunque moleſtam & inconcinnam, raro quidem, idque novitatis causâ, aut affectationis, non ex uſu communi, adhibuerint. Hoc igitur, & alia multa involutè ſcribendi ſchemata, myſticam quandam religionem præ ſe ferentia, Periandri arcam circuibant. Solon etiam, qui obſcurum aliquid & abſtruſum in ſuis legibus, Plutarcho teſte, adamavit, non aliâ videtur ratione ſcriptionem adeò intricatam, difficilemque lectu, prætuliſſe. Nihilominus ab his exemplis manare mos inſolitus, & ſingularia pauca monumenta occupare potuit; Sigei præcipuè, ubi mirum in modum increbreſcebat Periandri & Solonis fama; mixtimque habitabant cives, Attici ſimul & Æolici, hi quidem ſiniſtrorsùm, illi verò dextrorsùm exarare ſueti.

XVII.

Sic ſe demum habeat critica iſta commentatio ad elementa monumenti ſpectans. Supereſt nunc ipſa dictio, & materia Inſcrip-

(54) *Diverſos* (inquam) *eidem literæ aſpectus*; Quales ſunt D & ᗡ, E & Ǝ, difficilis non minus, quàm deformis in ſcribendo nævus. Is igitur ſtudioſè videtur evitatus à poſteris literarum Ξ, H, Θ, Ξ, Φ, X, Ψ, Ω, repertoribus. Planè enim has omnes literas de induſtriâ ſic formârunt, ut (quod paucis admodum acciderat in Cadmeâ claſſe) ſtatum ſuum ſervent immutatum, ſeu ſcriptio fortè ad dextram, ſive ad ſiniſtram ferat.

 tionis,

tionis, pro quatuor ejus periodis, in quatuor ultimis hujus opuſculi ſectionibus illuſtranda: Si tamen totam priùs Inſcriptionem, ut intra metri ſpacia coercitam, pauliſper ſecum expendet æquus & curioſus Lector. Veterrima certè quæ occurrunt apud Herodotum, Thucydidem, & Pauſaniam ſaxis inciſa epigrammata, omnia ferè metro concipiuntur. Unde & nomen *Epigrammati*, breviculo Poematii generi, remanſit. Noſtrum, fatemur, numeris lege ſolutis fertur: Non eſt tamen cur non & Antiſpaſticis Dimetris accenſeatur, quæ pedibus diſſyllabis compoſita, & nonnunquàm ſemipedem, nonnunquam tribrachum admittentia, impura Glyconia Anacreontica vocari poſſint.

Φανο|δικȣ | ειμι | τ' ȣρμο-
κρα]ȣς | τȣ Προ|κοννη|σιȣ·
Κᾳ|γω κρα|τηρα | καπι|ςα]ον
και ἡθ|μον ες | πρυ]α|νειον
δωκα | μνημα | Σιγει|ευσι·
Εαν | δε τι | πασχω | μελε-
*δαϊ|νεν * ε | ω Σι|γειεις.*
Και μ' ε|ποη|σεν ʽΑι|σωπος
και ἁ|δελφοι.

Sciendum interea veteres illos lapidum atque codicum exaratores, raro aut nunquam pro ratione pedum, ſed pro fortuitâ tabellæ latitudine concluſiſſe verſus. Hinc in quibuſdam metris rite ordinandis tanta oborta eſt difficultas, comicis præcipuè & id genus humili ſermone ſcriptis. Hæc enim tam multiplici varietate temporum, pedum quoque & ſemipedum tam incerto numero laborantia, diverſimodè pro tenore muſico, adeoque & pro lectoris libitu, ſecari & feriri poſſunt. Sed ſubit nunc primæ iſtius Periodi, & dictio, & materia expendenda.

XVIII.

ΦΑΝΟΔΙΚΟ: ΕΙΜΙ: ΤΟ ΗΕΡΜΟ ΚΡΑΤΟΣ: ΤΟ ΓΡΟΚΟΝΕΣΙΟ:	*Φανοδίκȣ ἐιμὶ τȣ͂ ʽΕρμο-κράτȣς τȣ͂ Προκοννησίȣ.*

Phanodici ſum Filii Hermocratis Proconeſii.

Hæc congruenter ſatìs & novator Inſcriptionis extulit: ΦΑΝΟΔΙΚΟ ΕΜΙ ΤΟΡΜΟΚΡΑΤΕΟΣ ΤΟ ΓΡΟΚΟΝΝΗΣΙΟ. Ἐμὶ enim pro *εἰμὶ*, primò ex loquelâ ortum, poſtea etiam in ſcriptionem ſatis rectam & probatam abiit. Idem & de *ἑρμοκρατεος* pro *ἑρμοκρατος*

dicendum

dicendum erit; necnon de ν litera in Προκοννησιο geminata: quod ultimum & ipſe obiter [ss] Strabo ut communiter receptum notat. Nemo inſuper miretur, ſi maneat ο longa, non ου ſyllaba, inſcripta; quia is quidem uſus duo aut tria deinceps ſecula pervaſit. Unde ΤΟΣ ΝΟΜΟΣ in Cretenſi apud Oxonienſes Marmore: ΤΟΣ ΝΟΜΟΣ quoque & ΤΟΣ ΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣ in Epictetæ apud Grut. Teſtamento. Atque hinc data Latinis terminatio hodie in caſu quarto plurali immutata manet.

Phanodicum quod attinet; id nominis (ut crediderim) rarò alibi obſervatum. Peropportunè tamen occurrit apud [ss] Scholiaſtem Apollonii Phanodicus Hiſtoricus, Deliacorum auctor: Idemque, ut videtur, à Laertio ſemel atque iterum laudatus, tanquam de Tripode, Sapientis dicto, deque Thalete & Biante ſcriptor. Noſter verò his æqualis ex patre Hermocrate, & patriâ Proconneſo inſulâ oriundus, ob ſua in Sigeos beneficia, videtur in eorum Prytaneo ſtatuæ honorem meritus. Conſtans enim & ſolenne per omnes ubique Græciæ civitates fuit, ſuo quemque ornari Prytaneo; hoc eſt, æde & penetrali Veſtæ; ubi, præter æternum ignem in ſacrario foveri ſolitum, ſimulachra Deorum popularium, heroum etiam, & virorum illuſtrium, cum titulis ſacrata locabantur. Hunc in Sigeâ urbe Phanodico honorem obtigiſſe, argumento eſt inſignis lapis, donaria ab eo in Prytaneum collata recitans. Quippe imagini, ut par eſt credere, ſubjectus fuit; quæ, inter alias, Hermarum more, dedicata, perſonam loquentis induit, & Phanodici ſe eſſe profitetur. Amabant enim hujuſmodi Proſopopœias veterrima per Græciam opera; ſuoſque ſæpe ſpectatores non inve-

(ss) Strab. Geogr. lib. 13. Καλοῦνται Ἑκατοννήσιοι συνθέτως ὡς Πελοπόννησος, κατὰ ἔθος τι τοῦ Ν γράμματος πλεονάζοντος ἐν τοῖς τοιούτοις. ὡς Μυόννησος, καὶ Προκόννησος λέγεται, καὶ Ἁλόννησος. *Hecatonneſii compoſitè vocantur, ut Peloponneſus; ob literam* Ν *conſuetudine quadam in talibus abundantem: quomodo & Myonneſus dicitur, & Proconneſus, & Halonneſus.*

(ss) Vid. Apollonii Scholiaſtem ad lib. 1. verſ. 419. περὶ τῆς Ὀρτυγίας Φανόδικος ἐν τοῖς Δηλιακοῖς ἱστόρηκεν. Et prius ad verſ. 211. Φανόδικος ἐν α΄ Δηλιακῶν. Laertius in Thaletis vitâ, Hiſtoricorum enumerans ſententias de invento Sapientis Tripode (quippe ΣΟΦΟΙ, i. e Σοφῷ inſcripto) hæc habet de Phanodico: Φανόδικος δὲ περὶ τὴν Ἀθηναίων θάλασσαν εὑρεθῆναι, καὶ ἀνενεχθέντα εἰς ἄστυ, γενομένης ἐκκλησίας, Βίαντι πεμφθῆναι. i. e. *Autor eſt Phanodicus inventum fuiſſe tripodem prope mare Athenienſium, & poſtquam in urbem inferretur, habitâ concione, Bianti fuiſſe miſſum.* Iterum verò in *Biante*, Φανόδικος δὲ κόρας αἰχμαλώτους λυτρωσάμενον Μεσσηνίας, θρέψαι τε ὡς θυγατέρας, καὶ προῖκας ἐπιδοῦναι, καὶ εἰς τὴν Μεσσήνην ἀποστεῖλαι τοῖς πατράσιν αὐτῶν. i. e. *Biantem tradit Phanodicus puellas quaſdam captivas Meſſenias redemiſſe, redemptaſque habuiſſe loco filiarum, datiſque dotibus, domum ad earum patres remiſiſſe.*

 nuſtè

nuftè alloquebantur. Sic Tripos ille antiquiffimus [56] Cadmeis literis infcriptus, & Thebis Apollini facratus;

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν ἐὼν ἐκ Τηλεβοάων. *Herod. lib.* 5. *c.* 58.

Sic & ftatua in vetufto illo Epigrammate Homeri credito;

Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδης ὅτι τῇδε τέθαπται. *Id in Hom. vitâ.*
Enarrabo Midam cunctis hîc effe fepultum.

Sic denique apud Paufaniam, Œnomai in Elide columna; quæ, phrafi noftræ quàm fimillimâ, i. e. καὶ ἐγώ, hæc orditur,

Καὶ γὰρ ἐγὼ κείνων εἰμ', ὦ ξένε, λείψανον οἴκων. *Lib.* 5. *c.* 20.
Hofpes, Ego illarum pars fum fervata domorum.

Hæc omnia ex ultimâ penitùs antiquitate, diu ante Sigeum lapidem, repetita funt exempla. Sed ad ea ufque tempora durâffe eundem ufum, teftis infignis Plato; qui in *Hipparcho*, de cippis ejus Mercurialibus hoc difertè memorat: ἐπιγέγραπται λέγων ὁ Ἑρμῆς ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος καὶ τοῦ δήμου ἕστηκεν, i. e. *infcripta eft ftatua Mercurialis, edifferens quòd in media urbe populoque fteterit.* Cui quidem addi poterit incifum antiquis Atticis Literis Epigramma in Cornucopiâ à Miltiade primo dedicatâ. *Paufan. lib.* 6. *cap.* 8.

Ζηνί μ' ἄγαλμ' ἀνέθηκαν——*Me ftatuam pofuere Jovi* &c.

XIX.

ΚΑΓΩ: ΚΡΑΤΕΡΑ: ΚΑΠΙΣΤΑΤΟΝ:	καγὼ κρατῆρα, καπίστατον,
ΚΑΙΗΕΘΜΟΝ: ΕΣΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ:	καὶ ἡθμὸν ἐς πρυτανεῖον,
[57] ΚΔΩΚΑ: ΜΝΕΜΑ: ΣΙΓΕΥΕΥΣΙ:	δῶκα μνῆμα Σιγειεῦσι.

i. e. *Et Ego Craterem*, & Crateris *bafin*, & *colum ad Prytaneum, memoriæ ergô dedi Sigeis.*

Quadrarent hæc longè meliùs fi autori fortè Infcriptionis fic eam

(56) Ἶδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν ἐπὶ τρίποσί τισι ἐγκεκολαμμένα, τὰ πολλὰ ὅμοια ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι. ὁ μὲν δὴ εἷς τῶν τριπόδων ἐπίγραμμα ἔχει·

ΑΜΠΗΙΤΡΥΟΝ: ΜΑΝΕΤΗΕΚΕΝ: ΕΟΝ: ΕΚ ΤΕΛΕΒΟΑΟΝ.

i. e. *Quin & ipfe vidi apud Thebas Bœotias in templo Apollinis Ifmenii Cadmeas literas in tripodibus quibufdam incifas, ut plurimum fimiles Ionicis: unus verò tripodum hanc habet infcriptionem:*

Me dedit Amphitryo, gente ortus Teleboarum.

(57) Aut Κ iftud in ΚΔΩΚΑ otiofum eft, aut erroneè pro Ε pofitum. Sic eodem manûs errore inter marmora Oxonienfia in decreto Smyrnæorum, verfu 103, ΤΡΚΙΣ pro ΤΡΕΙΣ.

ordiri placuisset, Φανόδικός εἰμι, &c. Nunc verò ambiguitatem & difficultatem non levem patitur: dum, more prorsus Æsopico, utramque statua personam, & loquentis & donantis, induit. Hoc ipsum, novatori Inscriptionis duriusculum & abnorme visum, in causâ fuit, cur, eliminatâ voce κἀγὼ, pro primâ personâ tertiam, hoc est, ἔδωκεν pro ἔδωκα, hunc ad modum reposuerit: ΚΡΗΤΗΡΑ ΔΕ: ΚΑΙ ΥΠΟΚΡΗΤΗΡΙΟΝ: ΚΑΙ ΗΘΜΟΝ: ΕΣ ΠΡΥΤΑΝΗΙΟΝ ΕΔΩΚΕΝ: ΣΥΚΕΕΥΣΙΝ. In quibus etiam κρητῆρα pro κρατῆρα, ὑποκρητήριον pro ἐπίστατον, πρυτανήιον pro πρυτανεῖον, omnia magis Atticè aut Ionicè dicuntur. Sed his omissis, donaria nunc recenseamus, monumenti loco à Phanodico Sigei in Prytaneum posita: κρατῆρα nempe, καὶ ἐπίστατον, καὶ ἠθμόν. Hæc quò meliùs intelligantur, sciendum est Græca illa Prytanea non igni solummodo Vestali, & collocationi statuarum, Prytanum itidem concilio, & concioni (58) populi sæpiuscule congregandæ destinata fuisse; sed & epulo publicè præbendo, si legatis fortè exteris, aut senatoribus urbis, aut viris illustribus, sic ex decreto meritis, is honos habendus esset. Hos in usus, suis semper cœnationibus, ornatis quidem & peramplis, ἑστιατόρια Græcè dictis, Prytanea instructa novimus. Cœnationibus istis suæ numerosæ mensæ, mensisque singulis suus integer apparatus, præcipuè potorius fuit. Neque defuere inter principes & illustres viros, qui mensam unam atque alteram, oblatis ultrò muneribus instruerent. Sic Perseus rex ille Macedonicus (quod Livii ipsius verbis testatum velim, *lib.* 41. *c.* 20.) *Cyzici in Prytaneum, id est penetrale urbis, ubi publicè, quibus is honos datus est, vescuntur, vasa aurea mensæ unius posuit.* Tarsenius item Rheginus similibus in Prytaneo donariis municipes suos demeruit, secundum Inscriptionem Gruterianam *pag.* CLXXIV. 7.

TI. TARSENIVS. TI. F. SABINVS. AED. POT
II. TESTAMENTO. LEGAV.+. MVNICIPIB
RHEGINIS. IVLI. IN. PRYTANEO. STATVAM
AEREAM. MERCVRI. TRVLLAM. ARGENTEAM
ANAGLYPTAM. P. II∽. LARES. ARGEN
TEOS. SEPTEM. P. II∽. L. PELBEM
AEREAM. CORINTHEAM. ITEM. IN. TEMPLO

(58) *Concioni populi*, unde, & teste Herodoto in Polymniâ cap. 197. Λήϊτον καλέουσι τὸ Πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοί. i. e. *Achæi linguâ suâ Prytaneum vocant* Λήϊτον.

APOLLINIS. MAIORIS. PVGILLARES
MEMBRANACIOS. OPERCVLIS. EBOREIS
PIXIDEM. EBOREAM. TABVLAS. PICTAS XVIIII.
HEREDES. EIVS. PONENDA
CVRAVERVNT

Pari igitur pro re ſuâ magnificentiâ & Phanodicus noſter Sigei ad Prytaneum (ſeu *in Prytaneum*, ut Livio transferre placuit) vaſa hæc potoria dedicavit: κρατῆρα dico, & ἐπίστατον, & ἠθμὸν.

1. Κρατὴρ, vas potorium, ad vina liberè miſcenda, fundenda, ebibenda factum, cùm nullam Latinam vocem ſibi propriè reſpondentem habeat, ideo *crater* etiam à Latinis, nonnunquam & *cratera* appellatur. Is ſæpiſſimè auro, gemmis, & cælaturâ pretioſus, non ſine pompâ & coronamento, in ſympoſiis proponi ſolitus: unde phraſis illa Homerica κρατῆρα στῆσαι, aut καθιστάναι, quod & Latinè *craterem ſtatuere*, à Virgilio dictum.

2. Hunc in uſum parabatur & ἐπίστατον, quod non niſi per periphraſin Latinè dicitur; ſed ad verbum Anglicè, *a Stand.* Fulcrum enim fuit, ſive ſuſtentaculum, crateri ſic in mensâ ſiſtendo adaptatum. Id clarè innuit Inſcriptio additicia, ὑποκρητήριον pro ἐπίστατον ſubſtituens: credo ſcilicet, quia vox primaria aut non ſatìs recepta uſu, aut vetuſtate abolita videbatur. Hactenus certè in Lexica non irrepſit; niſi quòd ſimile quiddam habeant in vocabulo ἐπίστημα pro στήλη, hoc eſt *columna*, poſito. Poſtea verò hujuſmodi ſuſtentacula *baſes* vocari cœpta: unde & nos ita ἐπίστατον redidimus, tum Juris Romani, tum antiquæ Latinæ Inſcriptionis autoritate fulti. In Jure ſcillicet Romano ſic loqui amant: *Cui Corinthia vaſa legata eſſent, & baſes quoque eorum vaſorum collocandorum cauſsâ paratas deberi, Trebatius reſpondit.* L. hæres meus D. de Legat. 3. Sed & noſtro penè par donarium, crateram ſcilicet cum baſi ſuâ, Inſcriptio Gruteriana recitat: *pag.* XLVIII.

SANCTISSIMO HERCVLI
INVICTO

CORPOR. CVSTODIARIOR.
L. CVRTIVS. ABASCANTVS. CVM
CVRTIO. GAVDENTE. FIL.
IMM. A. III
CRATERAM. ARGYROCORINTHAM

CVM.

CVM. BASI. SVA. ET. HYPOBASI
MARMOREA
SVA. PECVNIA. DONVM
DEDERVNT.
DEDICAT. VIIII. K. IVN.
SER. SCIPIONE. ORFITO. Q. NONIO. PRISCO. COS.

Cui affine aliquid pag. xvi. 12. idem corpus Gruterianum exhibet,

EX IUSSU. I. O. M. D.
L. TETTIUS. HERMES
CUM. CONIUGE. SUA ET FILI S
ET OMNIBUS. SUIS
CANTHARUM. CUM
* VASE. SVA POSUERUNT. * i. e. BASE

3. Reſtat adhuc ἠθμὸς, fundo vas ſubtiliter & creberrimè perforato; colum Latinè dictum; tertia illa, & legitima, ſupellectilis potoriæ pars. Sic enim ad quæſtionem Juris reſponſum à Pomponio: *In argento potorio eſſe, non id duntaxat, in quo bibi poſſit; ſed etiam quod ad præparationem bibendi comparatum eſt; ut colum .... & urceoli.* L. in argento D. de auro & argento Legat. Stato igitur ſupra baſin crateri & ſuum etiam ſuperimpoſitum inſiſtebat colum; talique modo inter ſe juncta & aptata in nundinis venalia proſtitêre. Teſtatur id Julius Pollux, lib. 10. c. 24. ubi ἠθμȣ̃ μαγειρικȣ̃, i. e. *coli coquinarii* mentione priùs factâ, ſubdit ſtatim, ἐν μὲν τοῖς δημιοπράτοις καὶ ἠθμός τις ἐπὶ κρατῆρος πέπραται· ὃς ἴσως τοῖς περὶ τὸν οἶνον μᾶλλον προσήκει. i. e. *Quinetiam in tabulis auctionariis aliud quoddam colum, crateri ſuperimpoſitum, venale eſt repertum: quod quidem ad rem vinariam veriùs fortaſſe pertinet.* Uſus ejus, frigidam ex nive redditam, ipſum etiam vinum, & aromata immixta vino, ſine fæce, ſine ſorde, in craterem (59) puriùs tranſmittere. Quamvis enim plebeiæ menſæ ſacco ad id linteo uterentur; at pretioſa nobiliorum vina, non ſine colo divite, aureo fortè aut argenteo, reſtinguebantur. Hinc, apud Martialem in Apophoretis, coli iſta nivarii cum ſacco nivario comparatio.

(59) Pherecrates apud Athenæum lib. 11. cap. 8. ἀπόνιζε τὴν κύλικα, δῶσων πιεῖν ἐγχύτα, ἐπιθεὶς τὸν ἠθμόν. i. e. *Bibere daturus, Pocillator, ablue calicem, imponens colum.*

2 Colum

Colum Nivarium. CIII.

Setinos moneo noſtrâ nive frange trientes:
Pauperiore mero tingere lina potes.

Saccus Nivarius. CIV.

Attenuare nives nôrunt & lintea noſtrâ:
Frigidior colo non ſalit undâ tuo.

Utrumque ſcilicet oſtentat utilitatem ſuam: Nec immeritò; cùm, pari utriuſque beneficio, ſordidum omne ſecerneretur; κώνωπες præcipuè, *culicum* infeſtum genus, quod è (60) fæce vini oriundum nativa ubique dolia, & crateras mirè appetebat. Hunc percolandi morem in proverbio notabis Evangelico (Mat. xxiii. 24.) Τὸν κώνωπα διυλίζοντες, τὴν δὲ κάμηλον καταπίνοντες. Ibi enim Heſychius διυλίζοντες rectè reddidit διηθμεύοντες, διηθȢντες· Latina pariter verſio *excolantes culicem:* & ſimili certè modo Anglicana reddere debuiſſet, *which ſtrain* out *a Gnat*, &c. Nunc verò maximè mirandum, phraſi planè alienâ ſacram hanc pericopam occupari; legique paſſim à popularibus, *which ſtrain* at *a Gnat:* unde conceptus non verus, ab Hagiographo longè alius ac diverſus, audientium animis ingeneratur.

Vaſa hæc potoria, ſolennem alicujus menſæ in Prytaneo apparatum, Phanodicus ſuâ pecuniâ ſacrata voluit: ut eſſent nempe μνῆμα Σιγειεῦσι, hoc eſt, *ſui apud Sigeos monumentum.* Σιγειεῦσι enim Dativus eſt pluralis à recto ſingulari Σιγειεὺς formatus; de quo ſic Stephanus *de Urbibus*, Σίγειον πόλις Τρῳάδος, ὁ πολίτης Σιγειεύς. Plenam autem & peculiarem vocis Μνῆμα in hujuſmodi ſtatuis ſignificationem, more ſuo, hoc eſt optimo, Maro Poeta extulit; *Quique ſui memores alios fecere merendo.* Æn. 6. 664.

XX.

ΕΑΝ ΔΕ ΤΙ ΠΑΣΧΟ: ΜΕΛΕ-	ἐὰν δέ τι πάσχω μελε-
ΔΑ ΙΝΕΝ: *ΕΟ ΣΙΓΕΙΕΣ:	δα · · ινεν * εω Σιγειεις.

i. e. *Si verò quid patiar*, *curare* me *jubebo Sigeos.*
aliter————————————*curare* me *oportet*, *O Sigei.*

Lectorem hìc deſtituit Inſcriptio additicia. At in primariâ ulteriùs procedit ſtatua; perſonâ in ſe receptâ, novâ ſanè, & mirum

(60) Ariſtot. Hiſt. Animal. lib 5. cap. 19. Οἱ δὲ κώνωπες ἐκ σκωλήκων, οἳ γίνονται ἐκ τῆς περὶ τὸ ὄξος ἰλύος. i. e. *Culices prodeunt è vermiculis qui ex aceti fæce oriuntur.*

in modum ſingulari; ægrotantis ſcilicet, atque medico egentis. Is namque conceptus & voci πάσχω, & μελεδαίνειν, non obſcurè ſubeſt. " Ego verò, ſi quid patiar (perſona inquit marmorea) " ſi aliquo me fortè incommodo laborare, ut frangi, aut imminui, " aut loco dimoveri accidat; accerſo mihi medicos, Sigeos a- " micos meos; hos me curare, & reficere; ab his mihi mede- " lam adhiberi, jubeo". *Jubebo* tamen, in priore hujus opuſculi editione, tanquam *in futuro* reddidi, quia, collatis tribus apographis, levis iſte in lapide defectus veſtigia vocis ἐρέω (i. e. ἐρῶ, λέξω, aut ἀπαγγελῶ) non obſcura retegebat. Sunt equidem quibus (61) nihil defeciſſe viſum, ſed pro integro oportere legi, μελεδαίνειν ἐῶ Σιγειεῖς. i. e. *Sigeis ut id curent permitto, ſino, commendo.* Me vero à diligentiſſimo B. Mould poſterius acceptæ ſchedæ tantum non impulere, ut, quod prius, in appendiculâ, conjectaveram, nunc certius reponendum putem, ΜΕΛΕΔΑ ΙΝΕΝ ΔΕ Ο ΣΙΓΕΙΕΣ, i. e. μελεδαίνειν δεῖ, ὦ Σιγειεῖς, *Curare oportet, ô Sigei.* Neque inaniter hoc ſibi promiſerit Phanodicus, cùm *apud omnes Græcos hic mos eſſet* (teſte 2. in Verrem Cicerone) *ut honorem hominibus habitum in monumentis ejuſmodi* (i. e. in ſtatuis) *nonnullâ religione Deorum conſecrari arbitrarentur.* Unde & Ariſtides in communi Apologiâ, εἴ τις μὲν εἰκόνας—τȣ̃ Δήμȣ ϛήσαντος, ἐκίνει, πᾶς ἂν τις ἔφη νεμέσητον εἶναι. i. e. *Quas Populus locârit ſtatuas ſiquis temerè moveret, nemo eſt qui non clamaverit, rem eſſe indignam; omni odio, irâ & vindictâ proſequendam.*

XXI.

ΚΑΙ ΜΕΓΟΕΙΣΕΝ: ΗΑΙΣΟΓΟΣ:	καὶ μ' ἐπόησεν Αἴσωπος
ΚΑΙ ΗΑΔΕΛΦΟΙ———	καὶ ἀδελφοί.———

i. e. *Et fecit me Æſopus atque Fratres.*

Antiquis pleriſque operibus, ut è Pauſaniâ abundè conſtat, adſcripta fuere Artificum celebriorum nomina. Servatâ igitur Proſopopœiâ, ſuos etiam artifices opus hoc noſtrum jactat: *Æſopum* quendam, *atque Fratres:* hoc eſt, Æſopum operis præfectum, collegaſque unà ſtatuarios, eâdem cum Æſopo operâ, officinâ & ſodalitate junctos. Et eſſet ſanè, quod non ſine ſummâ ratione jactari poterat, ſi ὁ Λογοποιὸς Æſopus, ſi clarus ille è Phrygiâ Fabu-

(61) Ita fert Epiſtola eruditi Viri S. Barker Armig. quam privatim ejus humanitati debeo, datam *Dec.* 11. 1722. Quod etiam in Bibliothecâ Literariâ Num. X. editum legatur.

lator,

lator, is fortè fuerit, qui Sigeo noſtro lapidi & verba, & vocem, cum figurâ accommodaverit. Quod ipſum ut non temerè nimis affirmari, ita nec obſtinatè negari vellem. Ætas enim Fabulatoris apprimè convenit, ut & vitæ ejus hiſtoria, ſæpe cum Solone, ſæpe cum Periandro actæ. Operam quod attinet lapidariam; nolim huc tortè trahere quod apud Plutarchum, in convivio Sapientûm, Æſopo objectum video. Σὺ δὲ τεκτόνων καὶ λιθοξόων ἔργα περινοςεῖς. i. e. *Tu verò* [inquit Anacharſis] *inter fabrorum & lapicidarum opera perpetuò verſaris.* Quanquam quid vetat pro more iſtius convivii, jocis & dicteriis pleni, veram illìc Æſopi hiſtoriam, & vitæ ejus rationem obliquè ſtringi? His adde, quòd homo ingenio promptus, conditione ſervus, artem ſubinde cum domino mutare poterat, & ſub uno piſtoriam, ſub altero ſtatuariam facere. Sed neque omnino negligendum fuerit, inter omnes qui ad nos pervenêre lapides, unum hunc βυςροφηδὸν inſcriptum, unum etiam præ cæteris inſigniter vocalem, & humanâ perſonâ loquutum innotuiſſe. Hoc igitur Æſopi quis non commentum dixerit? Ab arcâ nempe Periandri, & à Solonis legibus βυςροφηδὸν exarare doctus, vocem ipſe ſtatuæ tanquam de ſuo indidit; & qui bruta toties animalia induxerat loquentia, nunc etiam & ipſum lapidem de donariis ipſius publicis, & de curando corpore, clarè ſermocinantem protulit. Nec eſt cur quenquam moveat ſphalma, ſi quod fuerit, literarium, infra tanti viri famam, & indignum Æſopo viſum. Qui enim inventione, acumine, & judicio tantum præſtitit, at literaturâ Æſopus præſtitiſſe nullibi, quod ſciam, traditur. Sanè eum in conventibus ſolummodò dictaviſſe, non ſcriptas edidiſſe, Fabulas docta jamdudum fuit Varronum duorum Anglicorum, Gatakeri & Bentleii, obſervatio (62).

Dabit hìc veniam æquus bonuſque lector; & in re tam ſpiſſè abditâ huic uni forſan ignoſcet conjecturæ; cæteris, utì ſpero, certiore ubique fide, & ſolidiore fundamento nixis. Sed manum nunc de tabulâ; niſi quòd una ad extremum vocula ultro ſe offerat annotandum. Ea eſt εποεισεν, fallente ſoni ſimilitudine, (ut ſuperiùs obſervatum fuit) pro εποεσεν inducta. At ipſa interim εποεσεν non à ποιέω noto illo & Ionico, ſed ab antiquato du-

(62) Vid. Gatakerum de Stylo novi Inſtrumenti cap. 23. & doctiſſimi D. Bentleii, de Æſopiis Fabulis, ad clariſſ. Wottonum Diſſert. Anglican. p. 135.

dum *ποέω*, Æolum magis proprio, deflectitur. Ariſtophanes & [63] Theocritus poſtremam iſtius radicis memoriam ſervavêre; & nata ex eâ vocabula Latina, *Poëma*, *Poëſis*, *Poëta*, etiamnum ſervant.

(63) Quod linguâ Ionicâ ποιέω, id Doricâ & Æolicâ ποῶ fuiſſe, Poetæ veteres teſtantur: ex. gr.

Ἦ καλὰς ἄμμε ποῶν ἐλελήθει βῶκος ἀοιδάς.

Certè nos latuit faciens bona carmina meſſor.

Ἀλλ' ἀμύνε, καὶ δίωκε, καὶ τροπὴν αὐτοῦ ποῶ.

Quin propugna, & inſequere, & fac ut hinc vertatur. Vide Theocrit. Idyl. 10. 38. & Ariſtoph. Equit. Act. 1. Scen. 3. Non diſſimilis iſta vocum ἀγνοέω & ἀγνοίεω, βοηθέω & βοιηθέω *variatio.* Unde apud Hom. Il. N. ℣. 22. οὐδ' ἠγνοίησεν ἄνακτα, & in Smyrnæorum & Magnetum Fœdere inter Marm. Oxon. ℣ 69. τῷ Δήμῳ Σμυρναίων βοιηθήσω.

N. B. pag. 20. lin. 22. in quibuſdam exemplaribus pro [*Rhetor*, *Frater* ex Gr. Ῥέτορ, Ϝράτερ,] debere legi, *Rhetor*, *Frigus*, *Frango*, *Francus*, ex Græcis ῥήτωρ, ῥῖγος, ῥάγω, ῥάκος, i. e. ἐλεύθερος. Vide Heſychium, & annotata ad eundem, in voce mendosâ ῥαχός.



Notarum

Notarum ad Inſcriptionem

APPENDICULA.

UT brevis iſte, qui præceſſit, Commentarius ſimpliciore filo deduceretur, viſum eſt tum notas, tum Græca veterum Teſtimonia, ad imum cujuſque paginæ, quà commodè fieri potuit, rejicere. Hanc verò digneris hîc admittere, Benigne Lector, *Appendiculam*, novâ mihi, ſed & juſtâ nimis occaſione, lucubratam: maximè ob Honorem, qualem haud ſperaveram, à Viro Literatorum Principe, hiſce meis conatibus impenſum.

I.

PAG 2. lin. 16. *Ingenti cuidam ſaxo ſua ipſius moles, atque magnitudo ſaluti fuit.*] Ingenti dico, utpote quod novem pedum Anglicorum habeat longitudinem; paulo plus quàm cubiti latitudinem, digitorum ferè octo profunditatem. Marmor eſt candore admirabili, figurâ ubique quadratâ, foramen habens in parte ejus ſuperiore excavatum, idque ut alius ei lapis ſupernè immittatur, longum ſatis, latum, & profundum. Hæc verò & fabrica, & menſura, nunc demum verius & accuratius à Rev. B. Mould communicata, planiſſimè Hermem indicant, Phanodici olim ſtatuam, nunc, ut cum Luciano loquar, ϛήλην παλαιᾶ νεκρᾶ ὑπτίαν, i. e. *reſupinam mortui veteris columnam.* Huic enim funeſtè accidit, ut & aliis multis Hermis, ex Græciâ in Italiam comportatis, *capitis jactura revulſi.*

Pag. 4. l. 1. *Hermæa iſta ſtatuâ Phanodici ſpectâtores videtur alloqui Sigei in Prytaneo .... locata.* iterumque pag. 32. lin. 15. *ob ſua in Sigeos beneficia videtur in eorum Prytaneo ſtatuæ honorem meritus.*] Statuam hìc intelligo Mercurialem, hoc eſt, caput Phanodici ϛήλη ſive κίονι impoſitum, ut loquuntur Græci; ut Latini, *cippo* ſeu *columnæ.* Hoc nempe τετραγώνȣ ἐργασίας, i. e. *operis quadrati artificium* primò excultum Athenis, in ſacris ibi porticibus, & privatis, viſebatur: datoque inde exemplo ad alias civitates tranſiit. Neque Diis ſolum, ut ab initio, & Heroibus, ſed & viris illuſtribus, ob collata in ſuos beneficia, teſte Demoſthene, eſt tributum. Παρ' ἡμῶν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένοι τινὲς, ... ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς ἐτύγχανον. i. e. *Apud majores noſtros, qui eos bonis multis operibus demeruerant, Inſcriptionem in Hermis accepêre.* Orat. ad Leptinem. Talem nobis ſtatuam Iſocratis in Atticis Pauſanias deſcripſit; talem in Corinthiacis Teleſillæ Poëtriæ; talem in Phocicis Homeri. Quod ſi altiora libeat repetere, talem quoque Agamemnoni dicatam, in voce Ἑρμαῖ, teſtatur Harpocration, addens etiam inſcriptionem antiquis literis inciſam,

> Ἀντ' εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα ϛῆσαν Ἀχαιοί. i. e.
> *Sic meritum poſuit Agamemnona cœtus Achivûm.*

Hujuſmodi ſtatuam jam conſpeximus in aureo Tarentinorum nummo, è Goltzianis in Tabellam noſtram inter pagg. 4. & 5 relato: earumque meſſem non exiguam, ex Urſino, alibique conquiſitam, redonavere Orbi erudito Antiquitates Græcæ Gronovianæ, Vol. II. & III. E quibus integras quidem duas, Iſocratis nempe, & Ruſtici Philoſophi, duas item decollatas, Homeri ſcilicet & Menandri, atque has quidem cum trinis in fronte inſcriptionibus, Lectori conſiderandas ſiſto. Noſtram enim & o-

pere,

pere, & figurâ abundè referunt——Hæc ſunt quæ ſuffulciunt conjecturam noſtram de Statuâ Phanodici ſic factâ, ſic inſcriptâ, & in Prytaneo, ubi donaria ejus ſacrabantur, Sigei dedicatâ.

II.

Video tamen longè aliud cenſuiſſe virum verè magnum, & in eruditâ omni antiquitate felici ingenio exercitatiſſimum. Illo quippe Judice, " *aut nulli tunc temporis* " *fuere, aut pauci admodùm Statuarii. Sigei præſertim, parvo ignobilique oppido.* Quod verò ad Prytaneum attinet, " *locum* (inquit ille) *cibis atque epulis deſtinatum; mirè* " *eſſe incongruens, & ab omni longè fide alienum, ut Statuæ in eo collocarentur.*

Proh iniquum igitur Ciceronem, à quo Verri tam atrociter objecta eſt *Sappho ſublata de Prytaneo!* Proh iſtum vaferrimum, & itinerantium omnium mendaciſſimum, Pauſániam! Qui Prytanei ſæpe factâ mentione, non locum nobis exhibet cibationibus ſolummodò deſtinatum; ſed & curiam urbis; ſed & templum & penetrale Veſtæ; multa habens οἰκήματα, ſacra quædam, quædam & communia; atque inter communia, unum quidem cœnationem, Græcè ἑστιατόριον dictum. Athenis verò percurrens celebriora Urbis monumenta, Πλησίον (inquit) Πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι, καὶ Θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται καὶ Ἑστίας. Ἀνδριάντες δὲ ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ Παγκρατιαστής. Τὰς γὰρ Μιλτιάδου καὶ Θεμιστοκλέους εἰκόνας ἐς Ῥωμαῖόν τε ἄνδρα καὶ Θρᾷκα μετέγραψαν. *Prope eſt Prytaneum, in quo ſcriptæ Solonis leges; poſitæque ſunt Dearum Pacis & Veſtæ ſtatuæ. Sunt illic aliæ quoque ſtatuæ; quin & Autolycus Quinquertio victor. Miltiadis enim & Themiſtoclis imagines mutatis inſcriptionibus ad Romanum quendam & Thracem jam fuerant tranſlatæ.* Vid. Pauſan. Lib. 5. Cap. 15. lib. 1. cap. 18.

Sed neque oppidum fuit tam ignobile Sigeum. Illud quidem, jam direptum, oppidum vocant Mela & Plinius. At urbs fuit Herodoto primas in totâ Troade ante novum Ilium exortum ferens; diutini inter Athenienſes & Mitylenæos belli & cauſa, & præmium, propoſita; florens opibus literiſque, poſtquam illuc commigraverint Athenienſes; regnata mox Hegeſiſtrato Piſiſtratidæ; & Hippiæ ejus fratri optabile perfugium præſtans. Sed ut hæc omittam; Qui ſacro Prytanei honore, & magnificentiâ, præluxit, non potuit non eſſe opulentus & ornatus locus. Alere igitur potuit, aut ſaltem ad ſe arceſſere Statuarios. Nec erat (proh Dii) tam rara eo tempore Statuaria. Sat diu enim ante Euclidem Archontem, & publicè ab eo acceptum Samium Alphabetum, claruere Dipœnus & Scyllis, Solonis æquales, ſtatuarii; aliique, inquit Plinius, lib. 36. cap. 5, 6. à primâ uſque Olympiade fuere. Hinc Delphis leguntur poſiti Cleobis & Biton; Athenis Harmodius & Ariſtogiton; poſiti item in Prytaneo Miltiades & Themiſtocles; poſitæ etiam & Romæ (quæ à Græcis hoc didicerat) regnante Tarquinio Priſco, non paucæ ſtatuæ; poſitus & ipſe Romulus, anno U. C. XVI, à Victoriâ coronatus in Vulcani æde. Hæc vero quid commemorem? cùm millenis ante Euclidem annis viguerit Sculptura Statuarum; docente nos doctiſſimo Pauſaniâ, ſub Polycrate quidem Samio æs primò fuſum, at à Danai uſque temporibus Ξόανα, hoc eſt, ſculpta ligno, aut lapide, ſimulacra, ut infinito pene numero, ita ſummo fuiſſe in honore. Ad Statuarum formam quod attinet, eam antiquitùs fuiſſe Mercurialem, hoc eſt, columnarum modulo, quadratam, & prælongam, eruditè notat Clemens Alexdrinus Stromat. 1. adducens ſcilicet è deperdito Poetâ . . . κίονα μακρὸν ἀνάσσης, i. e. *prælongam Junonis ſtatuam.* Nam (ut inquit ille, Admonit. ad Gentes, pag. 29.) πρὶν ἀκριβωθῆναι τὰς τῶν ἀγαλμάτων σχέσεις, κίονας ἱστάντες οἱ παλαιοὶ ἔσεβον τούτους ὡς ἀφιδρύματα τοῦ Θεοῦ. i. e. *Cùm nondum exquiſito habitu perfecta fuere ſimulachra, columnas figebant veteres, eaſque ut collocatas Numini Statuas colebant.* Manſit autem Ἑρμογλυφικὴ nomen Arti ſtatuariæ, morem modumque veterum ſtatuarum apud ſeros uſque poſteros teſtata. *Vide ſomnium Luciani.*

III.

Pag. 7. lin. 6. *Hoc ipſum* (aſpirari nempe vocem Ἡθμὸς) *Græcus Apollonii Scholiaſtes diſertè monuit.*] Ἡθμὸς δασύνεται, i. e. *Vox ἠθμὸς aſpiratur* clamavit olim eruditiſ-

ſimus

ſimus Apollonii Scholiaſtes. Ἡθμὸς δασύνεται, vetuſtæ ſervator Orthographiæ, vetuſtus nunc clamat Lapis. His verò non auditis, verba Henrici Stephani recoxit Vir doctiſſimus, contrarium ab exemplaribus, & à compoſito ἀπηθέω, ſuadere tendens. Sed errâſſe potius Grammaticos, vetereſque exemplarium exſcriptores, tam fido nunc adjutus teſtimonio, Scholiaſtes vincet. Interim rectè non procedit à compoſitis ad ſimplicia Virorum doctiſſimorum argumentum. Nam, præter omnia Ionica, in communi etiam dialecto quædam ſimplicia aſpirata amittunt in compoſitione aſpirationem. Atque hoc quidem compoſita vocis Ἥλιος, ἀπηλιώτης, ἀπηλιαςὴς, ἀνθήλιον, & alia id genus luculentè monſtrant. Non equidem is ſum, qui, ob detectum ſerò nimis errorem, omnia ubique exemplaria protinus mutanda cupiam. Sed cùm plurima ſint ſimplicia nunc leni, nunc aſpiratâ inſignita; idque ob nullam aliam rationem niſi quiâ de verâ eorum aſpiratione dubitaverint Grammatici; in hac ſaltem claſſe à Lexicographis & ηθμος accenſum velim. Talia ſunt ἔρση & ἕρση, ἐσμὸς & ἑσμὸς, ὄλμος & ὅλμος, ἄλυσις & ἅλυσις, cum ſimilibus. Scholiaſtæ interim verba ſic ſe habent ad lib. 1. ℣. 1294. τὸ δὲ Ἡθμὸς δασύνεται, καίτοι τὸ η ἔχον πρὸ τοῦ θ', τῇ ἐννοίᾳ τοῦ ἥσω μέλλοντος δασυνομένου. i. e. *Vox ἡθμὸς aſpiratur, quamvis η habens ante θ, idque ratione futuri ἥσω aſpirati.*

IV.

Pag. 16. lin. 3. 9. ου αϝυτου λιθου ειμι ανδριας και το σφελας. *non ſum ejuſdem lapidis ſtatua & baſis.*] Arbitratur Vir doctiſſimus *Senario iſti à Delo inſulâ verſiculo præponi debere* Τ *literam*, bis mille & quod excurrit annorum ſpatio, injuriâ fortè aliquâ extritam. Ita ut contrario jam ſenſu legatur & intelligatur τοῦ αὐτοῦ λίθου εἰμὶ ἀνδριὰς καὶ τὸ σφέλας, i. e. *Ejuſdem ſum lapidis Statua & Baſis.* Hæc & me primâ ſtatim facie ſubibat cogitatio, eamque diſticho firmandam duxi, quod ad baſin Obeliſci Byzantini, ſub terræ aggere, adſcribitur,

Hic lapis eſt unus: dic nunc quâ eſt arte locatus.
Si nunc ſunt bini, dic ubi contigui.

Sed mutavi mox ſententiam, edoctus à Whelero Sponioque non ita pridem extitiſſe, in Delo inſulâ, & coloſſum & coloſſi baſin, utrumque à ſe invicem divulſum: quin & adhuc, teſte Tournefortio, illæſam manere baſin, ſic ut retulit inſcriptam, figurâ perfectè quadratâ, nulloque uſpiam fracturæ indicio; ita ut diviſo à Statuâ lapide fabrefactum fuiſſe conſtet. Fòrs quidem, ante æream Niciæ palmam, quæ gravi ruinâ lapſa evertit hoc opus coloſſeum, laus ei unius lapidis & oſtentatio jure competebat. At refectâ de novo Statuâ, iterúmque ſuper eandem baſin à Naxiis, qui eam olim dedicâſſent, erectâ, credibile eſt uni baſis lateri inſcriptum fuiſſe literis ætati iſti congruentibus, ΝΑΞΙΟΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ; ac in altero (poſcente tum ſic rei veritate) antiquum initiale Τ deletum. Superſedi tamen inani conjecturâ, & ab inſtituto ſuſcepti operis alienâ; contentus, quod mearum erat partium, ter in vetuſtâ inſcriptione ο loco ου legiſſe, & neglectum aliis Ϝ Æolicum inter duas vocales oſtendiſſe. Vid. Tournefortii Itinerarium. Epiſt. 7. & adductam illic è Plutarcho ſubverſæ ſtatuæ Hiſtoriam.

V.

Pag. 19. lin. 1. *Alia non pauca omiſſa aut immutata, quæ, conlatis inter ſe invicem inſcriptionibus, additiciæ, præ primariâ, novitatem certo certiùs loquuntur.*] Negat vir doctiſſimus *brevioris hujuſce inſcriptionis præ longiore illâ novitatem.* Sed præter interna tot *criteria*, (pag. 18, & 34 notata) provoco nunc pleniùs ad externam utriuſque faciem: Breviorem nempe Inſcriptionem, ad exemplum longioris, undecim verſiculis extenſam: Nec non (ex relatu Rev. B. Mould) juſtas illas quidem longioris Inſcriptionis lineas; brevioris autem vagas, enormes, graciles; leviſſiméque, in extimâ lapidis ſuperficie, ſuperinductas potius, quàm inciſas. His accedat conjectura, quam nunc demum, nec, ut ſpero, improbandam profero: inciſam nempe fuiſſe in ſuperiore, vacuâque lapidis parte, breviorem hanc inſcriptionem, cùm reficeretur fortè, & curaretur, ex Phanodici rogatu, proceſſu aliquo temporis paſſâ de-

trimentum Statua. Quâ quidem occafione, nec immeritò, tum vocem μνῆμα omiffam cernimus, tum ἐὰν δέ τι πάσχω, & quæ fequuntur ad finem ufque infcriptionis. Non eft interim cur miretur Vir doctiffimus, rogitetque, *cur in parte lapidis inferiore primaria incifa fit infcriptio, terræ mox aggeftu, fordibufque, & fentibus obfcuranda?* Cùm enim Stela, fine capite impofito, novem habeat pedum altitudinem, bafique trium minimùm pedum fub tecto fuperftructa fuerit; rectiffimè à Stelæ medio, aut paulo fupra medium, incipere debuere verfus; eâ nempè parte monumenti, quæ legentium ftaturam, & prætereuntium oculos æquaret.

VI.

Pag. 31. lin. 30. Φανοδίκȣ εἰμί] i. e. *Sum ego Statua, aut imago Phanodici*, intellectâ voce εἰκὼν, ξόανον, ἄγαλμα aut ἀνδριάς· non aliter ac vox Νόμισμα in Numifmatis ΑΜΥΝΤΑ, ΦΙΛΙΠΠΟΥ, ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ intelligitur. Dubitavit valdè Vir doctiffimus, *an nomen perfonæ, cui Statua honori obtigit, fecundo unquam cafu indicaretur.* Sed dubium hoc clara eximunt exempla, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΙΔΑΤΟΥ bafi antiquæ Statuæ in Delo infulâ infcripti: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΝΙΚΟΜΗΔΟΥ in eâdem infulâ: L. JUNII RUSTICI PHILOSOPHI STOICI, & ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ, inter antiquitates Græcas Gronovianas, Vol. III. ubi tamen dubium facit mancum initio nomen annon ΕΡΜΟΔΩΡΟΥ legendum fuerit: de quo Plinius lib 34. c. 5. *Fuit Hermodori Ephefii* [Statua] *in Comitio, legum, quas Decemviri fcribebant, interpretis, publicè dicata.*

VII.

Pag. 34. lin. 3. *Utramque ftatua Perfonam, & loquentis & donantis, induit.*] Hoc, uti dixi, duriufculum & abnorme vifum, fruftra emendare voluit Vir doctiffimus, dum *vocem* ΚΑΓΩ *ad primum infcriptionis membrum, præpoftero verborum ordine, nec ferendo, retulit.* Redit enim in fequente membro extrudi vifa perfona; & nolit, velit emendator, in voce ἔδωκα intelligetur. Hoc verò tam abnorme & duriufculum cùm graves plerique auctores in fe admiferint; quid mirum fi rudi fortè lapidis infcriptori accidiffe reperiatur? Perfacilè fanè imaginis, & perfonæ ab imagine expreffæ, notiones inter fe invicem permutantur. Atque hinc illud Paufaniæ, ftatuas in Prytaneo recitantis. Sunt illic, inquit, ἀνδριάντες ἄλλοι τε καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής· i. e. *tum aliæ imagines, tum Autolycus:* quod rectiùs Αὐτολύκȣ, cafu prorsùs fecundo, efferendum effet. At Hiftoricus ab imagine ad perfonam σχηματικῶς, ut ait Thucydidis Scholiaftes, ἀκαταλλήλως, & ἀνακολούθως tranfiit. Par quoque & ipfius Patris Ennii, à fuâ ipfius imagine inexpectata ad fe ipfum tranfitio. Sic enim antiquum epigramma.

Afpicite, O civeis, fenis Ennî imagini' formam:
Hic voftrûm panxit maxfuma facta patrum.
Nemo me lacrumeis decoret, nec funera fletu
Facfit. quur? volito vivu' per ora virûm.

Ubi NEMO ME &c. phrafi infperatâ, lectorem nil tale opinantem excipit.

VIII.

Ad Pag. 35. Dixeram fortè vocem ἐπίσταθον tanquam ignotiorem in longiore infcriptione per ὑποκρητήριον, tanquam per notiorem, in breviori explicatam effe. Sed hoc convellens Vir doctiffimus ἐπίσταθον in Libris incaffum quærit; & abeffe iifdem ὑποκρητήριον non rectè opinatur. " *Invenitur*, inquit, *in Ariftophane* ἐπίσταθος; at " ὑποκρητήριον *nullibi nifi in hoc lapide*". Jam verò ut moto fine causâ dubio fatisfaciam, contrarium, hoc brevi additamento, oftendendum duxi. Hactenus (aiebam) vox ἐπίσταθον in Lexica non irrepfit, nifi quod fimile quiddam habeant in ἐπίστημα pro στήλη pofito. Sed addo nunc, ὑπόσταθον à Polluce, idque fimili planè fenfu, recenferi: Lib. 10. cap. 22. Occurrit etiam λουτήριον ἐπὶ τῷ ὑποστάτῃ, i. e. *lavacrum fulcro impofitum,*

in Pausan. Phocicis. c. 26. Erravit verò Vir doctissimus dum, nescio cui fisus Scholiastæ, Aristophaneum istud τοὐπιστάτου à recto ἐπίστατος sustinuit deflectere, quod verè quidem ab Ἐπιστάτης, statuentibus sic Suidâ Stephanóque, deflectendum fuerit. Neque apud Comicum vox ista (quod pro certo habet Vir doctissimus) focarium instrumentum denotat; sed Larem familiarem, Deum ἴπνου Ἐπιστάτην, Foci *Penetralis* Præstitem, signo ibi parvulo sacratum. Græcis enim Δαίμονες ἐπιστάται, qui Romanis Dii Præstites & Præsides fuere. De quibus Ovidius in Fastorum quinto,

Præstitibus Maiæ Laribus videre Calendæ
Aram constitui, signaque parva Deûm.

Epops igitur, in Avibus Aristophanis, duos, qui advenere, fugitivos ad ξυνοικίαν, adeóque ad Focum Larium, quò familia convenit, admissurus, Age (inquit p. 561)

Ἄγε δὴ σὺ, καὶ σὺ, τὴν πανοπλίαν πάλιν
Ταύτην λαβόντε κρεμάσατον, Τύχῃ 'γαθῇ,
Εἰς τὸν ἴπνον εἴσω, πλησίον τοῦ 'πιστάτου. i. e.
Age tu, tuque alter, armaturam iterum (quam posuistis)
Hanc capientes, suspendite eam, Bonâ cum Fortunâ,
Interiùs in foco, prope (Larem) *Præstitem.*

Ἴπνος iste à cavitate Æolibus κοῖλον vocabatur, Laresque in eo positi *coillo* potentes, secundùm Inscriptionem à Tertulliano, in libello *de Spectaculis*, servatam. Arma verò, idque prope Lares, suspendere solenne semper fuit fugitivis, sospitatis tandem & periculo defunctis. Quæ res & ejusdem Ovidii carmine celebrata est,

Miles ut emeritis non est satis utilis annis,
Ponit ad antiquos quæ tulit arma Lares. Trist 4. El. 4.

Quod si alio teste, aut auctore, indigeat hæc nostra interpretatio, accedat Plautus, Aristophanis non raró imitator, qui, habito ob oculos ultimo illo versiculo, in suam eum transtulit *Aulularium*, Act. 2. Scen. 8.

Nunc tusculum emi, & hasce coronas floreas:
Hæc imponentur in foco nostro Lari.

Vox igitur ἐπίστατον, sive ἐπίστατος malit Vir doctissimus, non nisi manifesto errore Aristophani tribuitur. At, quam ille vocem aliàs ignotam statuit, ὑποκρητήριον clarè satis ab Herodoto, quanquam ὑποκοριστικῶς dicitur; ab Athenæo verò, & Plutarcho, explicatur. Ἀλυάττης ὁ Λυδὸς (Lib. 1. cap. 26.) ἀνέθηκεν ἐς Δελφοὺς κρητῆρά τε ἀργύρεον μέγαν, καὶ ὑποκρητηρίδιον σιδήρεον κολλητὸν, θέας ἄξιον, i. e. *Alyattes ille Lydus Craterem ingentem argenteum apud Delphos dedicavit, & Hypocraterium parvulum, ferreum, conglutinatum, contemplatu dignum.* Quæ quidem Herodotea respiciens fortè Athenæus (lib. 5. cap. 13.) ὑποκρητηρίδιον interpretatus est ἐγγυθήκην, ἐγγυθήκας verò λεβήτων ὑποθήματα, hoc est, *Fulcra lebetes sustentantia.* Addit ille ex Simonide, ἐγγυθήκη κ' ἐπ' αὐτῆς κύπελλον, i. e. *Incitega & incitegæ insistens poculum.* Pro ἐγγυθήκη verò (ut obiter id moneam) scribendum esse ἐγκειθήκη, detorta ex eo *incitega* vox Latina indicat. Interea rem totam conficit, quàm felicissimè, hoc ipsum Herodoti ὑποκρητηρίδιον. Nam ad Pausaniæ usque tempora servatum minutim ab eo *in Phocicis* cap XVI. describitur, vocaturque ὑπόθημα τοῦ Ἀλυάττου κρητῆρος, i. e. *Halyattis crateræ basis:* iterumque, ἕδρα τῷ κρητῆρι, i. e. *crateræ, sedis instar, inserviens*: à Plutarcho verò περιβόητος τοῦ κρητῆρος ἕδρα, ἣν Ἡρόδοτος ὑποκρητηρίδιον ὠνόμασεν, i. e. *celeberrima Crateris sedes, quam* Hypocrateriolum *Herodotus vocavit.* de Orac. def. p. m. 436.

IX.

Pag. 37. l. 39. ΜΕΛΕΔΑ. ΙΝΕΝ**ΕΟ ΣΙΓΕΙΕΣ: μελεδαΐνεν ἐρέω Σιϝειεῦς] Sequutus ſum religioſè trium Apographorum ductus: quorum unum habet ΙΝΕΝ Ε*ΕΟ, alterum ΙΝΕΝ*ΡΕΟ, tertium, omiſſis duabus literis, ΙΝΕΝ**ΕΟ. Quòd ſi conjecturæ indulgendum fuerit, legerem ſanè ΜΕΛΕΔΑ· ΙΝΕΝ: ΔΕΟΣΙΓΕΙΕΣ, i. e. ſervatâ vetuſtâ orthographiâ, μελεδαΐνειν δεῖ, ὦ Σιϝειεῖς. *curare* [*me*] *oportet*, *O Sigei.* Sed non eadem in antiquos lapides, ac in Auctores toties exſcriptos, Criticis permiſſa eſt poteſtas. Non veretur tamen Vir doctiſſimus renitentem etiam & reclamantem Sigeum lapidem conjectando ſic refingere .... Μελεδὰ ἵν' ἐνδέω Σιγειέσι, i. e. *cura erit*, *ubi opus habeam*, *Sigeenſibus.* Μελεδὴ enim (inquit Vir doctiſſ.) vox eſt Hippocrati eo ſenſu uſitata. Verùm non perplacet iſta lectio, quia voces ἵνα ἐνδέω nullum habent ſenſum niſi qui præceſſerit in iſtis ἐὰν δέ τι πάϰω. Adde quod, ex lege vetuſtæ Orthographiæ, iſtud ΙΝΑ ſine Η literâ initiali non eſſet depingendum: cujus tamen in Apographis nec vola nec veſtigium.

Omitto notare Σιϝειέσι à Viro doctiſſimo repoſitum, cùm Σιϝειεῦσι Dativus ſit pluralis paulò antè in hoc ipſo lapide adhibitus. Nequeo tamen non notare nothum iſtud Μελεδη pro Hippocratico hìc falsò venditatum. Μελέτη quidem & Μελεδαίνω, cum derivatis ab eâ μελεδὼν & μελεδώνη, voces ſunt Hippocraticæ, non rarò inter divina opera, ut propriæ, & genuinæ, agnitæ. At μελεδη iſtud Hippocrati primus adſcripſit Stephanus; poſt Stephanum Foëſius; & hâc demum occaſione, poſt eos Vir doctiſſimus. Sed nullus ei, inter voces Hippocraticas, apud Erotianum, Galenum, aut veterem aliquem Lexicographum eſt locus. Neque mirum; cùm μελεδη non niſi pro μελέτη, idque ſemel tantùm in exemplaria irrepſerit, Librariorum vitio, temerè nimis δ pro τ (ut fit ferè in cognatis literis) exarantium. Pravus ille, & magni quidem Stephani deceptor, locus, in Edit. Gen. 1657. pag. 616, 617. *de morbis mulierum*, ſic ſe habet; Ἢν μὴ μεγάλα ἕλκεα ἔχοι ... μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει· χρὴ δὲ μελεδην προσέχειν ἐν τάχει, ἢν ἕλκεα ἐν τῇ μήτρῃ ἔνι. i. e. *Ni magna habeat ulcera*, *Medicum citò nacta convaleſcit Mulier. At oportet curam citò adhibere*, *utero ſi inſint ulcera.* Hæc verò fortè fortuna ex eodem tractatu pag. 696. repetita ſunt, ubi μελέτην locum ſuum lectione non dubiâ tuetur. ἢν μὴ μεγάλα ᾖ τὰ ἕλκεα, μελεδαινομένη ἐν τάχει ὑγιαίνει. Χρὴ δὲ τὴν μελέτην ἀτρεκέως ποιέεσθαι ἑλκέων τῶν ἐν τῇσι μήτρῃσι. Cui quidem & aliud illud ſuffragatur pag. 591. ἔστι δ' ᾗσι καὶ ἕλκεα γίνεται ἐν τῇσι μήτρῃσι· ᾗ δεήσεται προσέχειν τῇ μελέτῃ. Faceſſat igitur vox Μελεδη, quam uno tantummodò loco exhibent exemplaria, eandem in alio corrigentia; quæque à nullo, ante Stephanum, Lexicographo, ſive ex Hippocrate, ſive ex alio aliquo auctore, adducitur. Faceſſat, inquam, ex Hippocrate vox Μελεδη, quanquam obliquè eam tuentibus & Stephano, & Foëſio: multoque ocyus faceſſat ex novo Aretæi Indice, in quem clanculum, poſt obortam hanc Falſi ſuſpicionem, præter omne librorum jus, & conſuetudinem, irrepſit. Quanto autem ſatius, ſine inauſpicato hoc tentamine, ΜΕΛΕΔΑ. ΙΝΕΝ interpretari μελεδαΐνεν, hoc eſt verum in Æolicâ inſcriptione agnoſcere Æoliſmum. Vulgo enim notum Æolum infinitivos in εν terminatos: unde σπείρεν & ἀναγινώσκεν in Cretenſi, apud Oxonienſes, marmore. Quin & vocalium α & ι alterius ab alterâ divulſionem, poſt Euſtathium & Priſcianum, quos adduxi in Commentario, Salmaſius ex arcanis prodidit. Epiſt. lib. I. Ep. XCVII. *Æoles qui dipthongos nullas agnoſcebant*, *aliorum dividebant: ut* πάϊς *pro* παῖς, κοΐλον *pro* κοῖλον. *Sic pro* ἄιρω *dixerunt* αΐρω. Nil interim refert quâ notâ ſignetur hæc diviſio, ſeu digamma hoc fiat interpoſito, ſeu relicto inter vocales hiatu, ſeu duobus in vocis capite apiculis.

X.

Pag. 38. lin. ult. *Si ὁ* λογοποιὸς *Æſopus* ...... *is fortè fuerit*, &c.] In dubium vocat Vir doctiſſimus an ſeriò hujus operis artificem Æſopum Fabulatorem ſtatuam. Ego verò nequaquam id ſtatuo: ſed verecundus, & ſuſpenſo calamo, veniamque ſincerè deprecans, & ne veriſimilia quædam huc facientia imprudens neglexiſſe videar, Lectori hanc injicio cogitatiunculam. Dixi tamen, iterúmque non vereor dicere, *Hoc ipſum ut non temerè nimis affirmari*, *ita nec obſtinatè negari vellem.* Quanquam enim

ex adytis profatur vir doctiſſimus Æſopo non fuiſſe fratres; at mihi nil opus hoc oraculo, qui fratres non intelligo uterinos, ſed Collegii fabrilis ſocios. Non mihi autem, ſed ipſi ſe lapidi opponit, dum tres numero artifices uni operi non patitur adſcribi. Æſopus enim, fratréſque, quicunque aut hic, aut illi fuerint, tres fuerint neceſſe eſt. Et quanquam non niſi durâ lege ad proferenda hujuſmodi exempla adigamur; duos tamen unius operis Artifices non ſemel memorat Pauſanias: quin & tres (ni fallor) in Epigrammate dulciſſima exhibet Anthologia; *in Append. ad Brodæi Epigram.* p. 13.

Ἀγχάσιος δ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Αγαμήδης. i. e.
Anchaſius fecitque Trophonius atque Agamedes.

XI.

Quidni autem plures uni ſe operi adſcriberent, quum, lege elegantioris Statuariæ, unum idemque opus à pluribus non rarò perficeretur; prima ſcilicet potiorque pars à primis & potioribus, inferior verò à ſecundæ, tertiæ, & quartæ aliquando claſſis operariis? Hoſce fabros ſecundarios, arte atque ordine inferiores, *imos* Horatius vocat: ſimulque vetus illud Statuariæ inſtitutum aptiſſimè ſic depingit;

Æmilium circa ludum faber imus *& ungues*
Exprimet, & molles imitabitur ære capillos,
Infelix operis ſummâ, quia ponere totum
Neſciet. de Arte Poet. verſ. 32.

Heus verò! hoc ipſum *faber imus* expulſum ex Horatio Bentleiano, & in ejus locum *faber unus* ſecurè receptum cernimus. At ignoſcet, ſpero, fortè & gaudebit, Vir doctiſſimus, *unus* Horatii amicus atque vindex, ſi, ope nunc Græcæ Inſcriptionis, revocetur illa conſtans & antiqua lectio, quæ in omnibus ubique apparuit, ante eum natum, exemplaribus. Binas ad rem noſtram facientes manu ipſe propriâ deſumpſi Thyatiris, quæ mox, inter ejus urbis inſcriptiones, edi atque explicari poſtulabunt. Interim earum unam, quanquam loco non ſuo, proferam: quoniam opportunè fert ſuppetias tum laboranti Horatio, tum præſenti, quod tractamus, argumento. Λικιννιον. Ρȣφινον. Συγκλητικον. υιον. Λικιννιȣ. Ρȣφινȣ. οι. περι. τον. ηρακλεα. πρωτων. γυμνασιων. νεανισκοι. και. κατα. το. αρχαιον. τȣ. τριτȣ. i. e. *Licinnium Rufinum ſenatorium Filium Licinnii Rufini* poſuere, *qui ſunt circa Herculaneum Ludum*, *primarum Scholarum Juvenes*, *quique ſecundùm vetus inſtitutum, ſunt tertiæ*, circa eundem, *Scholæ*. Qui maturè hæc perpendit videbit illud Horatianum, *Æmilium circa ludum faber*, aptiſſimè reſpondere Græco οἱ περὶ τὸν Ἡρακλέα νεανίσκοι, alterique illi, quod frequentius fuit, οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Simulque *imus* quem dixit *faber* reſpondet tertiæ iſti artificum, circa ludum Herculaneum, Scholæ. Porrò plures in hoc lapide artifices, ut in noſtro *Æſopus atque fratres*, unum idemque opus manifeſtò ſibi vendicant.

XII.

Hæc ſunt quæ notatu non indigna videbantur, poſt ſcriptas ad Illuſtriſſimum Amicum, &, ſcriptoris ipſius juſſu, mecum communicatas literas. Jamque pauca eſſent expendenda, quæ me publicè quidem, ſed & humaniſſimè commonefecit pereruditus ille Literaturæ elegantioris promus condus *Michael Maittaire.* Vide ab eo edita Miſcellanea Græcorum aliquot Scriptorum carmina, p. 180. & ſeqq. Verùm huic quoque, ex ſuperiùs notatis, de vocibus ἐπίσταλον & ὑποκρητήριον, deque notho iſto Μελεδα non in lapidem arceſſendo, abunde ſatisfactum ſpero. Interim unicè eſt orandus Vir rei Grammaticæ callentiſſimus, neu velit nobiliſſimæ Inſcriptioni & decus, & florem, & omne penè pretium deterere, *dum literas* ο & ε *breves pro longis hîc* aſſerit *uſitatas*; ο *ſcilicet pro* ω *ſubſtituentibus Æolicis, at* ε *pro* η *Doricis ſcriptoribus.* Quid enim? nullam hæc fatentur dialectum, ſed verum illum & antiquum Græcæ linguæ

Genium;

Genium; qualem Latina ab ipsâ accepit, hodieque ſervat; dum, quinque vocalibus contenta, quantitatem literarum O & E non ſignat picturæ diverſitate; ore tantùm & aure dimetitur. Sic igitur ante Euclidem Archontem, non ſolùm apud Æolas Doraſque, ſed mediis etiam Athenis exarari ſuetum. Monſtrat hoc lapidis Baudelotiani titulus, quem, hac quidem occaſione, ex Palæographiâ Montfauconii, oculis, quantum id typi patiantur, nunc ſubjiciam. ΗΟΙΔΕ ⁝ ΕΝΤΟΙ ⁝ ΠΟLΕΜΟΙ ⁝ ΑΠΕΘΑΝΟΝ ⁝ ΕΝΚΥΠRΟΙ ⁝ ΕΝΑΙΛΥΠΤΟΙ ⁝ ΕΝΦΟΙΝΙΚΕΙ ⁝ ΕΝΑLΙΕΥΣΙΝ ⁝ ΕΝΑΙΛΙΝΕΙ ⁝ i. e. οἵδε ἐν τῷ πολέμῳ ἀπέθανον, ἐν Κύπρῳ, ἐν Αἰγύπτῳ, ἐν Φοινίκῃ, ἐν Ἁλιεῦσιν, ἐν Αἰγίνῃ. Nemo in his dixerit aut ο pro ω, aut ε pro η, breves pro longis, ſubſtitutas. Sed nondum inventis, aut ſaltem nondum acceptis Simonideis longarum formis, una illa & perpetua E & O figura, ut hodiè in Latinâ Filiâ, ita tunc in Matre Græcâ, tum brevem tum longam deſignabat.

Eodem erravit tramite Vir aliàs certè Κριτικώτατος, dum non concedit voces Ηαίσωπος & Ηαδελφοὶ ex articulis ὁ & οἱ meditante ſynalœphâ eſſe enatas. *Reclamant* inquit *Synalœphæ & Craſeos leges: nam* ο α *in* ω, οι α *in* ῳ *coaleſcunt, ut* ὤρχων *&* ᾦνδρες. *Pari ratione voces ſupradictæ fierent* ὥσωπος *&* ᾡδελφοί. Rectè quidem iſta; ſi ageretur de inſcriptione & de Grammaticâ poſt Euclidem natâ. Nunc autem clament quantum poterint Craſeos & Synalœphæ leges: at fortiùs, credo, reclamabit Sigeus Lapis, " *natum ſe eo ſeculo in quo* ω *nondum natum fuit; proinde iis ſe non legibus teneri.*

Fruſtra ab eodem *M. M.* exagitata eſt vox ἐρέω tanquam ab Homero cum accuſativo ſolummodò, aut dativo, neque ſenſu *jùbendi*, uſurpata. Sed noſtro planè ſenſu, & Syntaxi non diſſimili, Patrocli jam defuncti imago ſic alloquitur Achillem, Il. ψ. ℣. 83.

Ἄλλο δέ τοι ἐρέω καὶ ἐφήσομαι, αἴκε πίθηαι,
Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀςέ', Ἀχιλλεῦ. i. e.

Juſſero præterea, mihi ſi concedis, Achille,
Oſſa tuis uno mea ponere juncta ſepulchro.

Sciet etiam ἐρέω (non aliter atque verbum εἰπεῖν apud Evang. Matt. IV. 3. & ſæpius apud Thucydidem, notante id clariſſ. Hudſono ad lib. 7. §. 29.) rectè pro *jubebo* poſitum: ut docet ejus contrarium ἀπερῶ, *vetabo* ſignificans. Interim hæc duo Græca, inter ſe contraria, à contrariis duobus Anglicanis *to bid* & *to forbid*, longè aptiùs reddentur. Ego enim neque Græcum ἐρέω, nec Latinum *jubebo* notione *imperandi* capio; ſed *hortandi, rogandi, volendi:* Quo ſenſu Lectorem demum ſalvere, valere, ſine livore eſſe *jubeo.*

ERRATA.

P. 18. col. 2. l. 3. ἀπολήψεως leg. ὑπολήψεως. 28. col. 1. l. 3. à fine *eruditiſſiâ* leg. *eruditiſſimâ.* 20. l. 20. ῥάγος leg. ῥάκος. 28. in notis *Origines* & *Originem* leg. *Origenes, Origenem.*



Pſephiſma

Pſephiſma *SIGEORUM*,

ad Regem Antiochum Soterem,

Et ſecundam ejus Uxorem,

Sororem Reginam, ſpectans.



Haym Thes. Britan. part. 1 p. 27. 31.

INſcriptionem Sigeam antiquiſſimam, non ſolùm βȣςϱοφηδὸν exaratam, ſed & Cadmeis literis inſignem, excipiat Sigea altera, quâ (ſi Teiam exceperim & Boſporanam, mox, Deo volente, ſecuturam) vix ulla, ut opinor, è Simonideo ducta Alphabeto, vetuſtior ad nos pervenit. Claræ enim Chronici marmorei Epochæ quatuordecim poſt annis, Archonte Athenis Diogneto, ſunt deſcriptæ. Et cùm Stela illa celeberrima Oxonienſis, Magnetum & Smyrnæorum fœderi dicata, non niſi Seleuci Callinici Majeſtatem ſpectet; hæc avo ejus Antiocho Seleuci Nicatoris Filio firmatum Imperium gratulatur; ſecundo, ut videtur, poſt occiſum Seleucum anno, æræ Seleucidarum 35, ante Chriſtum 278. Sciat interim Lector, permiſſam mihi humaniſſimè egregii lapidis deſcriptionem, ab illuſtriſſimo Armigero, *Edwardo Wortleio Montague*, à Regiâ nuper Majeſtate ad Portam Ottomanicam Legato. Is enim illum reperit Sigei, intra parietes iſtius Templi Chriſtiani, cujus fores Phanodicus noſter cuſtos immotus ſervat. Repertum Eruditiſſimus Legatus aureis aliquammultis redemit à Sacerdote Græco; redemtumque ſecum in Britanniam auro contra non carum reportavit. Sic igitur marmorea ſtela, parte ſui inferiore mutilata.

1. ΕΠΙΜΗΝΙΕΥΟΝΤΟΣΝΥΜΦΙΟΥΤΟΥΔΙΟΤΡΕΦΟΥΣΕΠΙΣΤΑΤΟΥΝΤΟΣΔΕΔΙΟ... ΙΟΥΤΟΥ
2. ΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΣΔΙΟΥΣΕΙΠΕΝΕΠΕΙΔΗΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΙΟΧΟΣΒΑΣΙΛΕΩΣ
3. ΣΕΛΕΥΚΟΥΕΝΑΡΧΗΙΤΕΠΑΡΑΛΑΒΩΝΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΚΑΙΠΡΟΣΤΑΣΕΝ
4. ΔΟΞΟΥΚΑΙΚΑΛΗΣΑΙΡΕΣΕΩΣΕΞΗΤΗΣΕΤΑΣΜΕΝΠΟΛΕΙΣΤΑΣΚΑΤΗΝΣΕ
5. ΛΕΥΚΙΔΑΠΕΡΙΕΧΟΜΕΝΑΣΥΠΟΚΑΙΡΩΝΔΥΣΧΕΡΩΝΔΙΑΤΟΥΣΑΠΟΣΤΑΝΤΑΣ
6. ΤΩΜΠΡΑΓΜΑΤΩΝΕΙΣΕΙΡΗΝΗΝΚΑΙΤΗΝΑΡΧΑΙΑΝΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑΝΚΑΤΑΣΤΗΣΑΙ
7. ΤΟΥΣΔΕΠΙΘΕΜΕΝΟΥΣΤΟΙΣΠΡΑΓΜΑΣΙΝΕΠΕΞΕΛΘΩΝΚΑΘΑΠΕΡΗΝΔΙΚΑΙΟΝΑΝΑ
8. ΚΤΗΣΑΣΘΑΙΤΗΜΠΑΤΡΩΙΑΝΑΡΧΗΝΔΙΟΚΑΙΧΡΗΣΑΜΕΝΟΣΣΠΟΥΔΗΙΚΑΛΗΙΚΑΙΔΙΚΑΙΑ
9. ΚΑΙΛΑΒΩΝΟΥΜΟΝΟΝΤΟΥΣΦΙΛΟΥΣΚΑΙΤΑΣΔΥΝΑΜΕΙΣΕΙΣΤΟΕΝΑΓΩΝΙΣΑΣΘΑΙΠΕΡΙ
10. ΤΩΜΠΡΑΓΜΑΤΩΝΑΥΤΩΙΠΡΟΘΥΜΩΣΑΛΛΑΚΑΙΤΟΔΑΙΜΟΝΙΟΝΕΥΝΟΥΝΚΑΙΣΥΝ
11. ΕΡΓΟΝΤΑΣΤΕΠΟΛΕΙΣΕΙΣΕΙΡΗΝΗΝΚΑΙΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΙΣΤΗΝΑΡΧΑΙΑΝΔΙΑΘΕΣΙΝ
12. ΚΑΤΕΣΤΗΣΕΝΝΥΝΔΕΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣΕΠΙΤΟΥΣΤΟΠΟΥΣΤΟΥΣΕΠΙΤΑΔΕΤΟΥΤΑΥΡΟΥ
13. ΜΕΤΑΠΑΣΗΣΣΠΟΥΔΗΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΑΜΑΚΑΙΤΑΙΣΠΟΛΕΣΙΝΤΗΝΕΙΡΗΝΗΝΚΑΤΕΣΚΕΥ
14. ΑΣΕΝΚΑΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΙΣΜΕΙΞΩΚΑΙ...... ΕΡΑΝΔΙΑΘΕΣΙΝ
15. ΑΓΗΓΟΧΕΜΑΛΙΣΤΑΜΕΝΔΙΑΤΗΝΙΔΙΑΝΑΡΕΤΗΝΕΙΤΑΚΑΙΔΙΑΤΗΝ......ΩΝΚΑΙΤΩΝ
16. ΔΥΝΑΜΕΩΝΕΥΝΟΙΑΝΟΠΩΣΟΥΝΟΔΗΜΟΣΕΠΕΙΔΗΚΑΙΠΡΟΣ....ΚΑΘΟΝΚΑΙΡΟΝ
17. ΠΑΡΕΛΑΒΕΝΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΕΥΧΑΣΚΑΙΘΥΣΙΑΣΥΠΕΡΑΥΤΟΥΠΑΣΙΤΟΙΣΘΕΟΙΣ
18. ΔΙΕΤΕΛΕΙΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣΚΑΙΝΥΝΕΥΝΟΥΣΩΝΚΑΙΤΗΝΑΥΤΗΝ.... ΕΣΙΝΕΧΩΝ
19. ΦΑΝΕΡΟΣΗΙΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΤΥΧΗΙΤΗΙΑΓΑΘΗΙΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙΒ.......ΤΩΙ
20. ΔΗΜΩΙΤΗΜΜΕΝΙΕΡΕΙΑΝΚΑΙΤΟΥΣΙΕΡΟΝΟΜΟΥΣΚΑΙΤΟΥΣ......ΕΙΣΕΥΞΑΣ
21. ΘΑΙΤΗΙΑΘΗΝΑΙΤΗΙΙΛΙΑΔΙΜΕΤΑΤΩΝΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝΤΗΝΤΕΠΑΡΟΥΣΙΑΝΓΕΓΟ
22. ΝΕΝΑΙΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΗΣΑΔΕΛΦΗΣΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΚΑΙΤΩΝΦΙΛΩΝ
23. ΚΑΙΤΩΝΔΥΝΑΜΕΩΝΚΑΙΓΙΝΕΣΘΑΙΤΑΤΕΑΛΛΑΑΓΑΘΑΤΩΙΒΑΣΙΛΕΙΚΑΙΤΗΙΒΑΣΙ
24 ΛΙΣΣΗΙΠΑΝΤΑΚΑΙΤΑΠΡΑΓΜΑΤΑΚΑΙΤΗΜΒΑΣΙΛΕΙΑΝΑΥΤΟΙΣΔΙΑΜΕΝΕΙΝΛΑΜΒΑΝΟΥ
25. ΣΑΝΕΠΙΔΟΣΙΝΚΑΘΑΠΕΡΑΥΤΟΙΠΡΟΑΙΡΟΥΝΤΑΙΕΥΞΑΣΘΑΙΔΕΚΑΙΤΟΥΣΑΛΛΟΥΣΙΕΡΕΙΣΚΑΙ
26. ΙΕΡΕΙΑΣΜΕΤΑΤΟΥΙΕΡΕΩΣΤΟΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΑΝΤΙΟΧΟΥΤΩΙΤΕΑΠΟΛΛΩΝΙΤΩΙΑΡΧΗΓ...
27. ΤΟΥΓΕΝΟΥΣΑΥΤΟΥΚΑΙΤΗΙΝΙΚΗΙΚΑΙΤΩΙΔΙΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΠΑΣΙΚΑΙΠΑΣΑΙΣ....
28. ΤΑΙΣΕΥΧΑΙΣΤΗΙΜΕΝΑΘΗΝΑΙΣΥΝΤΕΛΕΣΑΤΩΣΑΝΤΗΝΝΟΜΙΞΟΜΕΝΗΝΚΑΙΤΑΤ........
29. ΣΙΑΝΟΙΤΕΙΕΡΟΝΟΜΟΙΚΑΙΟΙΠΡΥΤΑΝΕΙΣΜΕΤΑΤΗΣΙΕΡΕΙΑΣΚΑΙΤΩΜΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ......
30. ΛΛΩΝΙΚΑΙΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣΘΕΟΙΣΟΙΣΤΡΑΤΗΓΟΙΜΕΤΑΤΩΝΑΛΛΩΝΙΕΡΕΙΩΝΟΤΑΝ.........
31. ΣΙΑΣΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕΙΤΩΣΑΝΟΙΤΕΠΟΛΙΤΑΙΚΑΙΟΙΠΑΡΟΙΚΟΙΠΑΝΤΕΣΚΑΙΣΥΝ..........
32. ΑΣΣΥΝΤΕΛΕΙΤΩΣΑΝΘΥΣΙΑΣΤΟΙΣΘΕΟΙΣΥΠΕΡΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣΚΑΙΤΟΥΔΗΜΟΥ.........
33. ΕΙΣΤΗΝΤΙΜΗΝΚΑΙΔΟΞΑΝΑΝΗΚΟΝΤΑΣΥΓΚΑΤΑΣΚΕΥΑΞΩΝΟΔ....................
34. ΝΕΣΑΙΜΕΝΑΥΤΟΝΕΠΙΤΗΙΑΡΕΤΗΙΚΑΙΤΗΙΑΝΔΡΑΓΑΘΙΑΙΤΗΙ...................
35. ΚΟΝΑΧΡΥΣΗΝΕΦΙΠΠΟΥΕΝΤΩΙΕΡΩΙΤΗΣΑΘΗΝΑΣΕΝΤΗΙΣ...............
36. ΕΠΙΒΗΜΑΤΟΣΤΟΥΛΕΥΚΟΛΙΘΟΥΚΑΙΕΠΙΓΡΑΨΑΙΟΔΗΜΟΣ..................
37. ΟΧΟΝΒΑΣΙΛΕΩΣΣΕΛΕΥΚΟΥΕΥΣΕΒΕΙΑΣΕΝΕΚΕΝΤΗΣΕΙΣΤΟΙΕΡΟ...............
38. ΤΗΡΑΓΕΓΟΝΟΤΑΤΟΥΔΗΜΟΥΑΓΟΡΕΥΣΑΙΔΕΚΑΙΕΜ.......................
39. ΓΥΜΝΙΚΩΙΑΓΩΝΙΤΟΝΑΓΟΝΩΘΕΤΗΝΚΑΙΤΟΥΣ. . . . .
40. ΛΙΣΚΑΙΑΙΛΟΙΠΑΙΠΟΛΕΙΣΣΤΕΦΑΝΩΣΙΝ. . . . .
41. ΙΛΙΑΔΑΤΗΝΑΓΓΕΛΙΑΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΥΣ. . . . .
42. ΕΛΕΣΘΑΙΔΕΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΕΚΠΑΝ. . . . .
43. ΑΣΠΑΣΑΜΕΝΟΙΕΑΥΤΟΝΠΑΡΑΤ. . . . .
44. ΠΙΑΙΝΕΙΝΑΥΤΟΝΤΕΚΑΙΤΗΝ. . . . .
45. ΚΑΙΤΟΥΣΦΙΛΟΥΣΚΑΙ. . . . .
46. ΜΗΝΚΑΙΑΠΟΛΟΓΙΣΑΜ. . . . .
47. .... ΑΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣ. . . . .

Idem Psephisma scriptione hodiernâ repræsentatum, Latineque redditum, restitutis usque ad versum 39. quibusdam, quæ fugêre, literis.

1. Ἐπιμηνιεύοντος Νυμφίου τοῦ Διοτρέφους, Ἐπιστατοῦντος δὲ Διονυσίου τοῦ	Epimenia procurante Nymphio, Diotrephis F. Epistatam verò agente Dionysio
2. Ἱππομέδοντος, Δημήτριος Δίους εἶπεν. Ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀντίοχος βασιλέως	Hippomedontis F. Demetrius Diis F. sententiam dixit. Quoniam Rex Antiochus Regis
3 Σελεύκου ἐν ἀρχῇ τε παραλαβὼν τὴμ βασιλείαν, καὶ προστὰς ἐν-	Seleuci F. & ab initio adeptus regnum, instansque
4. δόξου καὶ καλῆς αἱρέσεως ἐζήτησε τὰς μὲν πόλεις τὰς κα [τὰ] τὴν Σε-	bono & pleno gloriæ proposito, quæsivit quidem, quæ in

5. λευκίδα, περιεχομένας ὑπὸ καιρῶν δυσχερῶν, διὰ τοὺς ἀποστάντας	Seleucide ſunt urbes, difficultate temporum implicitas, culpâ quorundam qui ſe
6. τῶμ πραγμάτων, εἰς εἰρήνην καὶ τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν καταστῆσαι,	à rerum ſtatu alienos geſſerant, in pace & priſtinâ felicitate ſtabilire;
7. τοὺς δ' ἐπιθεμένους τοῖς πράγμασιν ἐπεξελθὼν, καθάπερ ἦν δίκαιον, ανα-	factoque in eos impetu qui rerum invaſerant adminiſtrationem, paternum, uti æquum fuit,
8. κτήσασθαι τὴμ πατρῴαν ἀρχήν· δι' ὃ καὶ χρησάμενος σπουδῇ καλῇ καὶ δικαίᾳ	imperium ſibi recuperare; quamobrem & bonâ & honeſtâ diligentiâ uſus,
9. καὶ λαβὼν οὐ μόνον τοὺς φίλους, καὶ τὰς δυνάμεις, εἰς τὸ ἐναγωνίσασθαι περὶ	& accipiens ſecum, non ſolùm amicos & copias militares, ut certatim &
10. τῶμ πραγμάτων αὐτῷ προθύμως, ἀλλὰ καὶ τὸ δαιμόνιον εὔνουν καὶ συν-	promptè ei pro Republicâ adeſſent, ſed & ipſum Deum fautorem ſociumque
11. εργὸν, τάς τε πόλεις εἰς εἰρήνην, καὶ τὴμ βασιλείαν εἰς τὴν ἀρχαίαν διάθεσιν	operis, & urbes in pace, & regnum in diſpoſitione priſtinâ
12. κατέστησεν· Νῦν δὲ παραγενόμενος εἰς τοὺς τόπους τοὺς ἐπίταδε τοῦ Ταύρου	ſtabilivit: Jamque veniens ad ea loca quæ ſunt intra montem Taurum,
13. μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας, ἅμα καὶ ταῖς πόλεσιν τὴν εἰρήνην κατεσκεύ-	omni curâ ſtudioque, ſimul urbibus pacem procuravit,
14. ασεν, καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴμ βασιλείαν εἰς μείζω καὶ [τελεωτ]έραν διάθεσιν	ſimul Rempublicam Regnumque ad ampliorem ſtatum, & meliorem diſpoſitionem
15. ἀγήγοχε, μάλιστα μὲν διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετὴν, εἶτα καὶ διὰ τὴν [τῶν φίλ]ων καὶ τῶν	perduxit; maximè quidem propriâ ſui ipſius virtute, deinde etiam amicorum &
16. δυνάμεων εὔνοιαν. Ὅπως οὖν ὁ δῆμος, ἐπειδὴ καὶ προσ[εχῶς] καθ' ὃν καιρὸν	poteſtatum benevolentiâ; *Ut ergo* Populus (quoniam quo tempore
17. παρέλαβεν τὴμ βασιλείαν, εὐχὰς καὶ θυσίας ὑπὲρ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς θεοῖς	Regnum capeſſivit, ſupplicationibus & victimis pro eo Diis omnibus
18. διετέλ[ει] ποιούμενος, καὶ νῦν εὔνους ὢν καὶ τὴν αὐτὴν [διάθ]εσιν ἔχων	attentè faciens perſeveravit) nunc etiam bonum animum & eandem erga Regem diſpoſitionem habentem
19. φανερὸς ᾖ τῷ βασιλεῖ, Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῇ β[ουλῇ καὶ] τῷ	clarè ſe demonſtret, *Bonâ Fortunâ* placere Senatui
20. δήμῳ, τὴμ μὲν ἱέρειαν καὶ ἱερονόμους, καὶ τοὺς [πρυτάν]εις εὔξασ-	Populoque, & Sacerdotem ipſam, & Sacrorum Magiſtros, & Prytanes ſupplicationem
21. θαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι, μετὰ τῶμ πρεσβευτῶν, τήν τε παρουσίαν γεγο-	MinervæAlienſi facere, unà cum Legatis, tum ob adventum
22. νέναι τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ βασιλίσσης, καὶ τῶν φίλων,	Regis, & ſororis ejus Reginæ, & Amicorum
23. καὶ τῶν δυνάμεων, καὶ γίνεσθαι τά τε ἄλλα ἀγαθὰ τῷ βασιλεῖ, καὶ τῇ βασι-	& Poteſtatum; tum quòd alia quoque bona & regi eveniant, &
24. λίσσῃ πάντα, καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴμ βασιλείαν αὐτοῖς διαμένειν λαμβάνου-	Reginæ omnia, quòdque Reſpublica & Regnum ipſis permaneat,

25. σαν

25. σαν ἐπίδοσιν, καθάπερ αὐτοὶ προαιροῦνται. Εὔξασθαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἱερεῖς καὶ	incrementum etiam accipiens, prout ipsi præoptant: Supplicationem item facere alios aliasque
26. ἱερείας, μετὰ τοῦ ἱερέως τοῦ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου, τῷ τε Ἀπόλλωνι τῷ ἀρχηγ[έτῃ	Sacerdotes, unà cum Sacerdote Regis Antiochi, & Apollini generis ejus auctori,
27. τοῦ γένους αὐτοῦ, καὶ τῇ Νίκῃ, καὶ τῷ Διῒ, καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις. [Ἅμα δὲ	& Victoriæ, & Jovi, & aliis Diis, & Deabus omnibus: Quinetiam una cum
28. ταῖς εὐχαῖς τῇ μὲν Ἀθηνᾷ συντελεσάτωσαν τὴν νομιζομένην καὶ τατ[τομένην θυ-	supplicationibus, Minervæ quidem legitimum & præscriptum sacrificium peragunto
29. σίαν οἵ τε Ἱερονόμοι, καὶ οἱ Πρυτάνεις, μετὰ τῆς Ἱερείας, καὶ τῶμ πρεσβευτῶν, [τῷ δὲ Ἀπό-	Sacrorum Magistri, & Prytanes, cum ipsâ Deæ Sacerdote & Legatis; Apollini verò
30. λλωνι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἱ στρατηγοὶ μετὰ τῶν ἄλλων * ἱερειων. Ὅταν [δὲ ποιῶσι θυ- (* Sic.)	cæterisque Diis Prætores, cum aliis Sacerdotibus. Cùm vero sacrificia peragunt,
31. σίας, στεφανηφορείτωσαν. Οἵ τε πολῖται, καὶ οἱ πάροικοι πάντες καὶ συν[οικοι δημοσί-	coronas gestanto. Cives quoque & Incolæ omnes, & contubernales,
32. ας συντελείτωσαν θυσίας τοῖς θεοῖς ὑπὲρ τοῦ βασιλέως καὶ τοῦ δήμου [Σιγειέων.· Τὰ δὲ	Diis publica sacrificia peragunto, pro Rege, & Populo *Sigeorum*. Quæ verò
33. εἰς τὴν τιμὴν καὶ δόξαν ἀνήκοντα συγκατασκευάζων ὁ δ[ῆμος παρέξει εἰς τὸ ἐπαι-	ad honorem & gloriam Regis pertinebunt populus apparata habeat *præbeatque*; tum ad
34. νέσαι μὲν αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῇ ἀνδραγαθίᾳ τῇ [τοσαύτῃ, στῆσαί τε αὐτοῦ εἰ-	laudandum eum, ob Virtutem Fortitudinemque tantam; tum ad ponendam ejus
35. κόνα χρυσῆν ἐφ' ἵππου ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ Σ[ιγειέων πόλει,	statuam Equestrem auream, in Templo Minervæ, quod est in Urbe Sigeorum,
36. ἐπὶ βήματος τοῦ λευκολίθου· καὶ ἐπιγράψαι, Ὁ δῆμος [Σιγειέων βασιλέα Ἀντί	supra Basin candidi Marmoris: eique sic inscribunto, *Populus Sigeorum* hoc honore prosecutus est
37. οχον βασιλέως Σελεύκου εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τὸ ἱερὸ[ν, Εὐεργέτην καὶ Σω-	*Regem Antiochum Regis Seleuci F. ob suam erga Minervæ Templum Pietatem, Benefactorem & Soterem Populi.* Hunc verò Honorem
38. τῆρα γεγονότα τοῦ Δήμου. Ἀγορεῦσαι δὲ καὶ ἐμ [πανηγύρει καὶ ἐν τῷ ἐνεστῶτι	& in *Panegyri*, & in *proximo*
39. γυμνικῷ ἀγῶνι τὸν ἀγωνοθέτην καὶ τοὺς [κήρυκας τὴν τιμὴν	Gymnico certamine, ab Agonothetâ & *præconibus* proclamatum iri ....

AD
ANTIOCHI SOTERIS
Inſcriptionem NOTÆ.

ỷ. 1. Ἐπιμηνιεύοντος Νυμφίου.] i. e. Epimenia agente, celebrante, procurante, ſacrificante Nymphio. Fuere verò Epimenia ſacrificium quoddam epulare, à Collegis Sacerdotibus per vices procurari ſuetum. Liba in eo & mellitæ placentæ epulonibus & convivis, magno numero vocatis, diſtribuebantur: Primò quidem noviluniis (unde & vocis notatio) adſtringebatur. Poſtea, pro re natâ, & celebriori quâvis occaſione, aliis etiam menſis diebus indici cœpit. Singulis verò Diei Epimeniæ actis adſcribebatur Sacerdotis, ſacrum procurantis, nomen: Qui nunc honos indictâ die Epimeniâ, & convocato ſenatu, ut de honorando Rege Antiocho conſuleretur, Nymphio cuidam obtigit. Verus hic & germanus Epimeniorum ſenſus non ex Heſychio aut Harpocratione, vim vocis ſolummodo notantibus, eruendus erat, ſed ex Epictetæ apud Gruterum Teſtamento pag. ccxvi. maturè nimirum obſervatis & perpenſis in eo vocibus, ἐπιμήνια, ἐπιμήνεια, ἐπιμήνιοι, ἐπιμηνιεύειν, item phraſibus, ἐγγραφέτω τός τε ἐπιμηνίος, i. e. *ſacerdotes Epimenios deſcribito*; οἱ ἐπιμήνιοι θύοντες τὰς θυσίας, i. e. *Epimenii ſacrificia peragentes*, ἐμ Μηνὶ Δελφινίωι ἁμέρας τρεῖς ἀποδείξας ἐπιμηνίος, i. e. *in menſe Delphinio, tres dies indicens Epimenios*; θύεν τὰν μὲν τὰν πρώταν ἐπιμηνιεύοντα ταῖς Μώσαις, κ. λ. i. e. *primo die Epimenia procurantem ſacrificare Muſis*, &c. Adde ex vetuſto apud Athenæum Pſephiſmate, τάδε ἐπιμήνια θυέτω ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. i. e. *Epimenia peragat Sacerdos una cum collegis epulonibus.* lib. 6. cap. 6.

Ibid ἐπιστατοῦντος . . Διονυσίου.] *Epiſtatam agente Dionyſio.* Apud Sigeos, compoſito ad exemplum Athenienſium ſtatu, duplex fuit Epiſtatæ Magiſtratus. Alter annuus; cui in partem officii ceſſit cuſtodia ærarii, & ſigilli publici, ſortitò ex Prytanibus creatus; diurnus alter, electus è Collegio Proëdrorum quotieſcunque Populi aut Senatûs concilium cogeretur. Præſidebat igitur actis curiæ; ejuſque decretis, unà cum Sacerdote Epimenio, & ſenatore qui ſententiam dixerit, nomen ſuum adſcribebat. Nobili hâc occaſione ad decernendum Regi Antiocho honorem ſenatus populuſque uno & eodem cœtu congregabantur. Separatim tamen leguntur in Magnetum & Smyrnæorum fœdere Ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς, & in Sherardiano Stratonicenſi marmore Ἐπιστάται τοῦ βουλευτηρίου, at in Lege apud Æſchinem Ἐπιστάτης τῶν Προέδρων.

ỷ. 2. ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀντίοχος βασιλέως Σελεύκου ἐν ἀρχῇ τε παραλαβὼν τὴμ βασιλείαν, κ. λ.] Annus jam agebatur à Seleuco Rege Syriæ nuncupato, hoc eſt ab initio æræ Seleucidarum, triceſimus tertius, ante Chriſtum ducenteſimus octogeſimus; cùm, nunciatâ è Macedoniâ Seleuci nece, Antiochum ejus filium, Stratonices novercæ conjugem, turbulentæ res in Syriâ, & in Aſiâ ultra montem Taurum, excepere. Signatur hic rerum ſtatus in exordio Pſephiſmatis, nec non in hiſtoriâ Memnonis, quam excerpſit & ſervavit Photius; Cod. ccxxiv. cap. 16. ὁ δὲ Σελεύκου Ἀντίοχος πολλοῖς πολέμοις, εἰ καὶ μόλις, καὶ οὐδὲ πᾶσαν ὅμως, ἀνασωσάμενος τὴν πατρῴαν ἀρχὴν πέμπει στρατηγὸν Πατροκλέα σὺν ἐκστρατεύματι εἰς τὴν ἐπίταδε τοῦ Ταύρου. i. e. *Antiochus Seleuci F. cùm multis jam bellis, idque ægrè quidem, neque univerſum tamen, conſervâſſet paternum imperium, Patroclem ducem, cum delectu, mittit in regionem citra montem Taurum.* Hæc ad Antiochi annum primum, eundemque ante Chriſtum 280mum, omnino referenda; quia Patrocles ab iſtâ expeditione redux, à Zipæte ſeniore, Bithynorum Rege, jam vivente, eſt occiſus; qui moriens eo ipſo aut proximo ſaltem anno Bithyniæ regnum Nicomedi filio reliquit.

ỷ. 3. τὴμ βασιλείαν. ỷ. 6. τῶμ πραγμάτων. ỷ. 20. τὴμ μὲν ἱέρειαν.] Propofitis his exemplis lectorem ne notare pigeat, literam lingualem ν in μ labialem toties hìc converfam, quoties vocem præcefferit à labiali β, aut π, aut μ incipientem: id quod in aliis ejufdem ævi lapidibus, in compofitis Græcis ἐμβάλλω, ἐμπίπτω, ἐμμένω, in Latinis *imbibo*, *impono*, *immuto*, fimilibufque obfervandum venit. Nimirum hunc induxit ufum foni facilior prolatio, dum duæ cognatæ literæ uno oris nifu exprimuntur. Hinc autem vera illa & antiqua Elementi β, compreffis labellis, pronunciatio, hoc faltem loco atque tempore, demonftratur; quicquid in contrarium olim edixerit Gardinerus Cancellarius Cantabrigienfis, aut Bafileæ nuper peroraverit doctiffimus Wetftenius.

ỷ. 3, & 4. Προστὰς καλῆς αἱρέσεως] *Bonum fibi præfigens inftitutum*, aut *bono adhærens propofito:* fenfu quidem non admodum vulgari; quem tamen D. Paulus in capite ad Titum tertio bis admifit: verfibus nempe 8, & 14, καλῶν ἔργων προΐστασθαι. Non diffimile è Thucydide adducit Stephanus, προειστήκεισαν τῆς μεταβολῆς, & è Themiftio Budæus, οἱ προϊστάμενοι τῆς δόξης. Anglicè igitur προστὰς feliciùs quàm Latinè redditur, *ftanding to*, *infifting upon*, &c. Hæc verò omnia comparentur cum oppofito ἀποστάντας τῶν πραγμάτων in feq. verfu 5.

ỷ. 5. κατὰ τὴν Σελευκίδα] Errore credo marmorarii pro κατὰ τὴν Σελευκίδα. Erat verò Seleucis Syriæ Regio quarta, ad mare vergens: ubi Antiochus opportunè compefcendis motibus intentus miffos fibi à Philetæro Pergameno Patris Seleuci cineres recepit, eofque Seleuciæ maritimæ in Templo, Nicatorio dicto, Appiano tefte, tumulavit.

ỷ. 5. & 7. ἀποστάντας τῶν πραγμάτων & ἐπιθεμένους τοῖς πράγμασιν.] Vox πράγματα apud optimos quofque auctores, idem quod nunc apud noftrates, *Affaires* & *Things* fignificat; res nempe, Rempublicam, rerum fummam, negotia, potentiam, & majeftatem Regni: familiariùs tamen de Regum Syriacorum rebus dicebatur; ut conftat ex noftro marmore; ex Magnetum & Smyrnæorum fœdere; nec non ex Machabæorum fcriptore; apud quem notandæ phrafes, πραγμάτων ἐπίβουλος, 2 Mach. iii. 38. ἀλλότριον γεγονέναι τῶν πραγμάτων, iv. 21. ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων, xiv. 26.

ỷ. 8. πατρῴαν ἀρχήν.] Syriam intelligit intra Euphratem & Mare Mediterraneum fitam, Afiamque intra montem Taurum: Tranfeuphratenfem enim Regionem jam olim, ferè tredecim retro annis, unà cum uxore Stratonice, Antiocho, dilecto fuo Filio, conceff-erat Seleucus.

ỷ. 9, 10. λαβὼν.... Δαιμόνιον εὔνουν καὶ συνεργόν.] Sententia verè pia & magnæ erga Deum fiduciæ plena. Accedit enim ad illud Marci Evangeliftæ xvi. 20. τοῦ κυρίου συνεργοῦντος, Pauli item 1 ad Cor. iii. 9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί· nifi quod verear hìc per Δαιμόνιον intelligi Genium Alexandri M. cui devotus Antiochus nofter, & infomniis per eum monitus, pofthàc triennio, præclaram illam de Gallis victoriam reportavit. Vid. Lucian. Vol. 1. p. 499. Nummumque excellentiff. Devoniæ Ducis, pag. fequ. 58.

ỷ. 9. τοὺς φίλους καὶ τὰς δυνάμεις.] Ita fcilicet in Oriente de fubjectis Regi Satrapis & Dynaftis amabant loqui. Verfio enim LXX. huic lapidi coæva, fic habet Eftheræ cap. ii. 18. *fecit Rex convivium magnum*, τοῖς φίλοις αὐτοῦ καὶ ταῖς δυνάμεσιν, cùm in Hebræo fit *Principibus fuis & fervis fuis.* Et poftea Maccabæorum fcriptor 1 Macc. xii 43. ἐπέταξε τοῖς φίλοις καὶ ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ. Cùm verò Δυνάμεις fecundùm vulgarem vocis notationem reddiderim *copias militares*; eafdem fcilicet quas & Anglicè *Forces* dicimus; meritò tamen dubitandum, annon hìc Δυνάμεις fignificet Δυνάστας; non aliter ac ἐξουσία apud Divum Paulo pro ἐξουσίαν gerente, & *Poteftas*, apud Varronem & Juvenalem, pro poteftatem habente ponitur. Ex eâ certe *Poteftatis* notatione, & Italicum *Podeftà*, & Turcicum *Podefchá* enatum.

ỷ. 9. εἰς τὸ ἐναγωνίσασθαι αὐτῷ i. e. *ut certatim eum adjuvent.* Sic in Smyrn. & Magn. fœdere, p. 12. τῷ δήμῳ βοηθήσω ἀγωνιζόμενος, & Joan. xviii. 36. οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο.

ỷ. 12. νῦν δὲ παραγενόμενος εἰς τόπους τοὺς ἐπίταδε τοῦ Ταύρου, κ. λ.] Pergit nunc Pfephifma ad expeditionem cis montem Taurum, quam, anno Regni fecundo, præfens ipfe Antiochus contra Nicomedem fufceperat; mortem fcilicet Patroclis, & exerci-

tûs excidium, ulturus. De eâ ſic idem Memnon, cap. xvi. Διὰ ταῦτα δὴ ἐπιστρατεύειν ἐγνωκότος Ἀντιόχου κατὰ Βιθυνῶν, ὁ τούτων Βασιλεὺς Νικομήδης διαπρεσβεύεται πρὸς Ἡράκλειαν ξυμμαχίαν αἰτῶν. i. e. *Hanc ob rem Antiocho contra Bithynos bellum decernente Rex eorum Nicomedes Legatos ad Heraclienſes mittit, auxilium ab iis petens.* Iterumque cap. 19. οὔπω συῤῥαγεὶς Ἀντίοχος Ἀντιγόνῳ τὸν πρὸς Νικομήδην χειρίζεται πόλεμον· ὁ δὲ Νικομήδης. . . . τριήρεις τρισκαίδεκα συμμάχους λαμβάνει, καὶ λοιπὸν ἀντικαθίσταται τῷ τοῦ Ἀντιόχου στόλῳ· ἐπὶ χρόνον δέ τινα ἀντικαθιστάντες ἀλλήλοις, οὐδέτεροι μάχης ἦρξαν, ἀλλ' * ἀπράκτοι διελύθησαν. i. e. *Nondum Antigono colliſus Antiochus contra Nicomedem Bellum ſuſcipit: Nicomedes autem triremes tredecim auxiliares accipit, & claſſem tum demum Antiochi opponit claſſi. Aliquamdiu verò alter alteri oppoſitus neutrâ ex parte fecere initium pugnæ, ſed manibus non concertis receſſere.* Apprimè hæc conſonant Pſephiſmati. Claſſe ſcilicet Antiochi Helleſponti fauces occupante; præſens ipſe, & ad omnem eventum paratus, Sigei ſubſtitit, unà cum Reginâ & Dynaſtis & univerſo comitatu Regio. Idque gratè nunc recolens Sigeorum Populus, nullâ pugnæ factâ mentione, ſolo Regis adventu ſtabilitum imperium, & ſervatas intra montem Taurum civitates, gloriatur.

ψ. 12. ἐπίταδε τοῦ Ταύρου.] Non hîc lego cum vulgaribus ἐπὶ τάδε, ſed ἐπίταδε, ad normam adverbii ἐπέκεινα· contraria verò ſignificat, nempe *cis*, *citra*, *intra*, *ultra*, pro loci & loquentis ratione; ſicut & עבר apud Hebræos, & πέραν apud Evangeliſtas Græcos.

ψ. 14. τὰ πράγματα καὶ τὴμ βασιλείαν εἰς μείζω και . . . . . ἑραν διάθεσιν ἀγήγοχε.] Non incongruè in lacunâ τελεωτέραν leges, ut 3 Macc. iii. 26. διειλήφαμεν . . . τελείως ἡμῖν τὰ πράγματα ἐν εὐσταθείᾳ καὶ τῇ βελτίστῃ διαθέσει κατασταθήσεσθαι. Quæ libentiùs hîc allego, ut ſcilicet notetur phraſeologiæ per totam hanc Inſcriptionem cum Phraſeologiâ Maccabaicâ conſpiratio: nimirum Hellenicâ puritate jam tum apud Syros in Helleniſticam degenerante. Obſervanda etiam in lapide vox ἀγήγοχα, pro quâ ἀγήοχα in libris.


ψ. 20. τὴμ μὲν Ἱέρειαν, καὶ Ἱερονόμους, καὶ τοὺς Πρυτάνεις εὔξασθαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἰλιάδι, κ. λ.] Luceſcit hîc Minervæ Ilienſis Religio, per ſacerdotem fœminam & Ἱερονόμους, hoc eſt, ſacrorum ſub eâ magiſtros, & Prytanes adminiſtrata. Nimirum, vaſtato quanquam Ilio, & portato in Italiam Palladio, revixit tamen in Troade Minervæ Ilienſis cultus. Huic (inquit Herodotus) mille boves Xerxes immolavit, ex Aſiâ in Europam trajecturus: Huic etiam, teſte Arriano, litavit Alexander magnus, factâ jam ex Europâ in Aſiam exſcenſione. Eâdem nunc Antiochus religione motus ſupplex adiit τὸ Ἀθηναῖον τὸ ἐν Σιγείῳ, i. e. *Minervæ apud Sigeos templum*, ſic ſcilicet ab Herodoto in Terpſichore cap. 95. appellatum: inferiùs verò verſu 35. τὸ Ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ Σιγειέων πόλει, i. e. *Minervæ in Sigeorum civitate templum.*

Notetur in eodem verſu vis vocis εὔξασθαι, ubi, ut *ſupplicatio* apud Latinos, non tam precationem, quam gratiarum actionem denotat.

ψ. 22. τοῦ βασιλέως καὶ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ βασιλίσσης.] Nonnihil hinc accedit lucis ad ſtemma Regum Syriæ plenius evolvendum. Huic ſcilicet Antiocho, Soteri appellato, aliam fuiſſe uxorem, præter Stratonicen Novercam, ex Polyæno viri docti collegere; at eandem fuiſſe ipſius ſororem nunc primum ex hoc lapide compertum eſt. Polyæni verba, lib. 8. c. 50. ſic ſe habent. Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς Θεὸς, ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον ἀδελφὴν [non utique ὁμομήτριον] ἐξ ἧς, κ. τ. λ. i. e. *Antiochus cognomine Theus Laodicen uxorem duxit ex eodem, quo ipſe, patre* (Antiocho Sotere, at matre non eâdem) *natam*, &c. Ut igitur Antiocho Theo dicto, parentes fuere Antiochus Soter & Stratonice, ita & Laodice ejus uxori idem pater fuit Antiochus Soter; at mater, quæ, in noſtro lapide, Regina, Soteris ſoror, appellatur. Nomen ejus vix ullibi ſervatur: at credibile eſt fuiſſe germanam mariti ſororem, ex iiſdem queîs ipſe parentibus, Seleuco Nicatore, & Apame Perſicâ matre genitam. Non diu igitur poſt patris Seleuci obitum Stratonicen novercam & uxorem amiſerat Antiochus: tantum abeſt à vero quod contra omnem Hiſtoriæ fidem Julianus in Miſopogone tradidit, recuſatam eam vivente patre, & demum, eo mortuo, acceptam. Tutius longè, tum aliis, tum Plutarcho, in Demetrii vitâ, creditur, nuptam Antiocho Stratonicen, & in novum Regnum

Tran-

Tranſeuphratenſe ductam, ſtatim poſtquam pater ejus Demetrius Macedoniæ ſibi Regnum uſurpaverat; decimo nono videlicet, aut viceſimo æræ Seleucidarum anno. Eâ mortuâ, inducta eſt ſecunda uxor, in Inſcriptione noſtrâ *Soror Regina* appellata. Ejuſque, ut videtur, eſt caput illud muliebre, quod, in nummo Regis Antiochi Soteris, Inſcriptionis titulo ſubjeci. Præfert enim iſte nummus Elephantum, notum illud Victoriæ de Gallis reportatæ ſymbolum; quo tempore Antiochus Sororem hanc Reginam Matrimonio ſibi junctam habuit, mortuâ jam, aliquot annis, novercâ uxore Stratonice. *vide notam ad verſ.* 8, 9, 10, 38. *cum ſtemmate ſequenti.*



℣. 26. τȣ̃ ἱερέως τȣ̃ τȣ̃ βασιλέως Ἀντιόχȣ.] Gliſcit in his verbis non ſerva tantùm, ſed & profana Græcorum adulatio, quâ Alexandri ſucceſſores Σωτῆρας Θεȣ̀ς ſolenni reſcripto appellavere. Perpulchrè hanc Athenienſibus in *Demetrio* exprobrat Plutarchus. Μόνοι, inquit, [Ἀθηναῖοι Δημήτριον καὶ Ἀντίγονον] Σωτῆρας ἀνέγραψαν θεȣ̀ς, καὶ τὸν ἐπώνυμον καὶ πάτριον Ἄρχοντα καταπαύσαντες ἱερέα Σωτήρων ἐχειροτόνȣν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. i. e. *Demetrium & Antigonum ſoli omnium Athenienſes Servatorum Deorum titulo in acta retulerunt; abrogatoque patrio Archonte, urbis nomen ferente, Sacerdotem Servatorum ſingulis annis creaverunt.* Pari titulo ὁ ἱερεὺς ὁ τȣ̃ βασιλέως, i. e. Sacerdos Regis Antiochi Soteris, hîc Sigei conſtitutus, ejus adhuc viventis ἀποθέωσιν teſtatur. Huic, & Seleuco patri, idem Lemni quoque attributum Athenæus, l. 6. c. 16. aſſentatione ibi graphicè deſcripta, prodidit. Οἱ Λημνόθεν, inquit, Ἀθηναῖοι ȣ̓ μόνον ναȣ̀ς κατεσκεύασαν τȣ̃ Σελεύκȣ, ἀλλὰ καὶ τȣ̃ υἱȣ̃ Ἀντιόχȣ, i.e. *Qui Lemnum incolebant Athenienſes Templa extruxere non Seleuci ſolùm, ſed & filii ejus Antiochi.* Facilè ex his patebit, cur in Magnetum & Smyrnæorum marmore, verſu 101, Ὁ Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἀντίοχος, pater nempe Antiochi Thei, & Seleuci Callinici avus, geminato ſic titulo deſignetur: paratumque jam reſponſum clariſſ. Joanni Harduino; qui in Chronologiâ Vet. Teſtam p. 173. verborum hâc ſtructurâ deceptus, Antiochum primum & ſecundum, patrem ſcilicet & filium, Soterem & Theum, in unum temerè confinxit; & Antiochum Theum ex canone Regum Syriæ expunxit. Obiter enim patrem Antiochum, ut & ſolenniùs ejus ex Stratonice novercâ filium, Θεὸν appellatum novimus. Sed & ipſe præſtantiſſimus Spanhemius verba iſta Θεὸς καὶ Σωτὴρ Ἀντίοχος de Antiocho Theo filio (patris ſcilicet Soteris ἀποθέωσιν non advertens) malè videtur accepiſſe, *de uſu numiſm.* p. 415.

℣. 26 & 27. Τῷ . . Ἀπόλλωνι τῷ Ἀρχηγέτῃ τȣ̃ γένȣς αὐτȣ̃] Nota, ex Juſtino, malè glorioſa fabula, quâ Apollinem auctorem generis Seleucidæ præ ſe ferebant. *Seleuci mater Laudice, cùm nupta eſſet Antiocho, claro inter Philippi duces viro, viſa eſt ſibi per quietem ex concubitu Apollinis concepiſſe; gravidamque factam, munus concubitûs annulum à Deo accepiſſe, in cujus gemmâ anchora ſculpta eſſet; juſſaque donum filio, quem peperiſſet, dare. Admirabilem fecit hunc viſum & annulus, qui poſterâ die, ejuſdem ſculpturæ, in lecto inventus eſt, & figura anchoræ quæ in femore Seleuci nata cum ipſo parvulo fuit. Quamobrem Laudice annulum Seleuco, eunti cum Alexandro magno ad Perſicam militiam, edocto de origine ſuâ dedit. Ubi poſt mortem Alexandri, occupato regno orientis, urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam conſecravit. Nam & urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam vocavit, & campos vicinos urbi Apollini dicavit. Originis ejus argumentum etiam in poſteris manſit: ſiquidem filii nepoteſque ejus anchoram in femore veluti notam generis naturalem habuere.* Juſtin. lib. 15. cap. 4. At quid verius, aut quid clarius, ex hoc tanto hiatu colliges, amice Lector, quàm inceſtam hanc familiam, ex nothâ prorſus origine, & congreſſu adultero prognatam?

℣. 28.
S

ỳ. 28. νομιζομένην καὶ ταττομένην θυσίαν] à voce νόμος, & *legem* ſignificante & *legitimam conſuetudinem*, νομιζομένην θυσίαν interpretabere *juſtum*, *legitimum*, *ſolenne*, *ordinarium*, ex præſcriptâ nimirum lege, & recepto more, non ex novâ aliquâ ſuperſtitione aut privatâ religione introductum, *ſacrificium*. Jubebat ſcilicet Lex Athenienſium Θεοὺς τιμᾷν καὶ Ἥρωας ἐγχωρίους ἐν κοινῷ, ἑπομένοις πατρίοις νόμοις. i. e. *Ritu communi venerari Deos & Heroas indigetas*, *ſecundùm patrias*, *eaſque ſub pœnâ indictas*, *leges*. Unde & in XII Tabulas Romæ quoque illatum; *ſeparatim nemo habeſſit Deos*. Hoc igitur ſenſu & Epicteta, in ſupra laudato ipſius Teſtamento, νομιζόμενα dixit & νενομισμένα ἱερά. Maccabæorum auctor (2 Macc. xiv. 14.) τῶν νομιζομένων θαλλῶν. Joſephus quoque in Antiq. lib. 4. c. 4. τετράποδα εἰς τὰς θυσίας νενομισμένα. Thucydides lib. 6. c 69. σφάγια τὰ νομιζόμενα, & alicubi, tametſi non ſuccurrit locus, εὐχὰς νομιζομένας. Hinc igitur explicandus, ſimul & reddendus, D. Lucas, Act. xvi. 13. οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι, pro quo peſſimè Latina Verſio (ut & citato Maccabæorum loco) *ubi videbatur oratio eſſe*. Rectè Anglicana aliæque, *where Prayer was wont to be made*. Paulò tamen meliùs, *where Prayer was appointed to be made*.

ỳ. 33. εἰς τὴν τιμὴν καὶ δόξαν ἀνήκοντα.] Ita & de Antigono Macedoniæ Rege Polybius l. 2. c. 70. ἐπ' αὐτὴν ἦλθε τῶν Νεμεῶν πανήγυριν . . . τυχὼν πάντων τῶν πρὸς ἀθάνατον δόξαν καὶ τιμὴν ἀνηκόντων. Notanda quoque τιμὴ καὶ δόξα in Nov. Teſt. ſæpiſſime conjuncta.

ỳ. 32, 35, 36.] Ter excidit, ab extremo horum verſuum, Populi Sigeorum nomen: quaſi de induſtriâ, ad hanc præcipuè partem, deſtituente lectorem lapide. Illud verò in honorario hoc Pſephiſmate, in æde Minervæ poſito, non tam malâ fortunâ factum reor, quàm invidiâ Ilienſium, qui, Strabone teſte, Sigeum urbem delevere. Cùm verò diſertè in Herodoto legatur τὸ Ἀθηναῖον ἐν τῷ Σιγείῳ, paritérque in verſu lapidis 35[to] τῷ ἱερῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ Σ . . . non potui non illic legere Σιγειέων πόλει. Quo dato, & in fine verſuum 32, & 36, idem Σιγειέων nomen reponendum fuit.

ỳ. 34, & 35. Lego in lacunâ [στῆσαί τε αὐτοῦ εἰ]κόνα χρυσῆν ἐφ' ἵππου; & adduco ex Diodoro Siculo conſimile quoque Athenienſium eodem ferè tempore de Demetrio & Antigono Pſephiſma, lib. nempe 20. ubi Archonte Anaxicrate ἐψηφίσαντο χρυσᾶς μὲν εἰκόνας ἐφ' ἅρματος στῆσαι τοῦ τε Ἀντιγόνου καὶ τοῦ Δημητρίου. i. e. *ſtatuas curules aureas Antigoni & Demetrii ponendas decrevere*.

ỳ. 37. εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τὸ ἱερόν.] Pari honore Delii in Arundeliano marmore Reginam Laodicem Seleuci Philopatoris uxorem proſequuntur; nempe ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας τῆς περὶ τὸ ἱερόν. pag. 142.


ỳ. 37, & 38. Supplendum, probabili conjecturâ, ob ubique ferè conjunctos *Evergetis* & *Soteris* titulos, Εὐεργέτην καὶ Σω]τῆρα γεγονότα τοῦ δήμου. Σωτῆρα enim quin hîc in marmore ſcribatur, nullum eſſe ſtatuo, ne vel minimum dubitandi locum. Itaque, ex hoc ipſo tempore, Antiocho id cognominis adhæſit. Et quod nummi non hactenus fecere, unus hic ab ipsâ felici expeditione ſervatus lapis hiſtoricis adſtruxit fidem. Unus, inquam, niſi quod in oppido Turcico *Siverhizar*, prope Teum & Iſthmum Erythræum ſito, ſubter portam, limen nunc jacet marmoreum, cui inſcribitur. . . . . . . ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗΣ . . . iterumque ΚΑΙ ΑΝΤΙΟΧΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΟΣ. Memoratur quidem, ab Appiano in Syriacis, Ἀντίοχος Σελεύκου . . ὁ τῆς μητρυιᾶς ἐρασθεὶς, ὃς καὶ Σωτὴρ ἐπεκλήθη, Γαλάτας ἐκ τῆς Εὐρώπης ἐς Ἀσίαν ἐμβαλόντας ἐξελάσας. Fallitur tamen, aut non rectè intelligitur Appianus, qui verbis ſic conſtructis, *Sotera* eum tum primum cognominatum innuit, cùm Gallos ex Europâ in Aſiam irrumpentes repulerat. Priùs enim repreſſus Nicomedes, & firmatum paternum imperium, & ſalus data tot intra Taurum montem civitatibus manſurum hunc nominis honorem Antiocho peperere. Cæterùm Appianum non malè lapidi conciliandum reor, ſi de Gallis quibuſdam intelligatur, jam tum, ut auxilio Nicomedi eſſent, in Aſiam transfretantibus. Nam juſtus ille Gallorum exercitus, a Luciano in Zeuxide deſcriptus, uno alterove poſthac anno, elephantorum ope debellatus eſt. Neque poſt eam, utcunque claram & memorabilem, victoriam, Σωτῆρος hocce cognomentum, ſed Καλλινίκου acclamatum fuit. Ipſe etiam Antiochus, Σωτῆρος à ſe titulum longè

alienum ratus, partam sibi & suis per sedecim belluas Σωτηρίαν cum pudore & lacrymis est professus: ideoque & erecto post prœlium trophæo nil nisi elephantum inscribi jussit. *vid. Luciani Zeuxida sive Antiochum. p. ed. Var.* 583.

Sotera verò inscribi, si vel unius solummodò populi aut civitatis fuerit, *hoc quantum est? Ita magnum*, inquit Cicero, (in Verrem. 2.) *ut Latino uno verbo exprimi non possit. Is est nimirum* Soter *qui salutem dedit.* Sed auxit titulum Nero, Σωτὴρ inscriptus τῆς οἰκουμένης. Quibus commotus Divus Paulus, & terrenum Soteris honorem præ cœlesti indignè ferens, non sine honestâ æmulatione quosdam monet è Philippensibus; coloniæ nimirum jure, & civitate Romanâ, & Sotere Cæsare gloriantibus; Ἡμῶν ... τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. i. e. *Nobis est in cœlis civitatis jus* (non ut habet Latina, aliæque multæ versiones *nostra conversatio in cœlis est*, sed) *nobis est in cœlis civitatis jus: unde etiam* Sotera *exspectamus Dominum Jesum Christum.* Phil. iii. 20. Ita igitur Chrysostomus in locum, πάντα ἡμῖν ἐν οὐρανοῖς ἐστι· καὶ Σωτὴρ, καὶ πόλις, καὶ ὅ τι ἂν εἴποι τις. i. e, *Omnia nobis sunt in cœlis: &* Soter, *& civitas, & quodcunque quis optaverit.* Præterea, aut ego egregiè fallor, aut idem ille D. Paulus, & κήρυξ, & ἀπόστολος, & διδάσκαλος ἐθνῶν, falsos Σωτῆρας Θεοὺς toties à Græcorum Præconibus annunciatos, toties in nummis & lapidibus inscriptos detestatus, veram idcircò appellationem Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, non semel, ad Timotheum & Titum scribens, unico mundi *Salvatori*, Deo atque homini asseruit. vid. 1. Tim. i. 1. ii. 3, 7. 2 Tim. ii. 10. 11. Tit. i. 3, 4. ii. 10, 13. iii. 4. Quo intuitu & Eusebius piè gloriatus est jam tandem Romanos Imperatores Χριστόν τε τοῦ Θεοῦ παῖδα, παμβασιλέα τῶν ὅλων ὁμολογεῖν, Σωτῆρά τε αὐτὸν ἐν στήλαις ἀναγορεύειν. i. e. *Christum Dei Filium Universi Regem profiteri, quin &* Sotera *eum in columnis renuntiare.* Euseb. Eccl. Hist. l. x. c. 4.

ΔΑΙΜΟΝΙΟΝ ΕΥΝΟΥΝ ΚΑΙ ΣΥΝΕΡΓΟΝ

hoc est, ut videtur, Genius Alexandri magni, cujus in inscriptione ℣. 9. mentio; quemque in prœliis socium & adjutorem habuisse crediti Seleucus & Antiochus, qui primi post Alexandrum in Syriâ regnaverunt. vide notam ad ℣. 9, 10. Porrò in nummis ex Thesauro Haymiano part. 1. pagg. 21, 28, huc adductis, recognosce uni appictum Σ, alteri ⚹, quæ tanquam initialia vocis ΣΥΝΕΡΓΟΣ, alias ΞΥΝΕΡΓΟΣ, non incommodè interpretabere. Alii Seleuci nummi caput habent Apollinis, cum Victoriâ, appictisque literis Ε Υ, quæ nescio annon etiam ΕΥΝΟΥΝ, ut in inscriptione nostrâ, indigitent.



STATUA

STATUA
Jovis Urii Boſporani.

A Sigeo nos vocat ad fauces freti Boſporani non indignum obſervatu monumentum. Chalcedona fortè inviſentes, nobile viatorum par, Whelerus noſtras Sponiuſque, in privatis prope Eccleſiam ædibus offendêre marmoream baſin; & deſcriptum ex eâdem Epigramma in ſuos uterque codices retulêre. Verùm cùm non levis ſit apographorum, ut in re obſcurâ, diſcrepantia; oportebit uno ea intuitu inter ſe committere, quò meliùs alteri ab altero aliquid veri luminis accendatur.

1. *Wheleri, in Itinerario Anglicano, pag.* 209.

ΟΥΡΙΟΝΕΠΙΠΡΙΜΝΗΣΤΙΣΟΔΗΓΗΤΗΡΑΚΑΛΕΙΤΩ
ΖΗΝΑΚΑΤΑΠΡΩΤΟΝΩΝΙΣΤΙΟΝΕΚΠΕΤΑΣΑΣ
ΕΠΙΚΥΑΝΕΑΣΔΙΝΑΣΔΡΟΜΟΥΣΕΝΘΑΠΟΣΕΙΔΩΝ
ΚΑΜΠΥΛΟΝΕΙΛΙΣΣΕΙΚΥΜΑΠΑΡΑΨΑΜΑΘΟΙΣ
ΕΙΤΑΚΑΤΑΙΓΑΙΑΝΠΟΝΤΟΥΠΛΑΚΑΝΑΣΕΡΕΥΝΩΝ
ΝΕΙΣΘΩΤΩΙΔΕΒΑΛΛΩΝΨΑΙΣΤΑΠΑΡΑΤΩΖΩΑΝΩΙ
ΟΔΕΤΟΝΕΥΑΝΤΗΤΟΝΑΕΙΘΕΟΝΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥΠΑΙΣ
ΣΤΗΣΕΦΙΛΩΝΑΓΑΘΗΣΣΥΜΒΟΛΟΝΕΥΠΛΟΙΗΣ

2. *Sponii, inter Miſcellanea Eruditæ Antiquitatis, p.* 332.

ΟΥΡΙΟΝΕΚΠΡΥΜΝΗΣΤΙΣΟΔΗΓΗΤΗΡΑΚΑΛΕΙΤΟ
ΖΗΝΑΚΑΤΑΠΡΟΤΟΝΩΝΙΣΤΙΟΝΕΚΠΕΤΑΣΑΣ
ΕΣΤΕΠΙΚΥΑΝΕΑΣΔΙΝΑΣΔΡΟΜΟΣΕΝΘΑΠΟΣΕΙΔΩΝ
ΚΑΜΠΥΛΟΝΕΙΛΙΣΣΕΙΚΥΜΑΠΑΡΑΨΑΜΑΘΟΙΣ
ΕΠΕΚΑΤΑΙΓΑΙΗΝΠΟΝΤΟΥΠΛΑΚΑΝΟΣΤΟΝΕΡΕΥΝΑΙ
ΝΕΙΣΘΩΤΩΙΔΕΒΑΛΩΝΨΑΙΣΤΑΠΑΡΑΤΩΑΝΩΙ
ΟΔΕΤΟΝΕΥΑΝΤΗΤΟΝΑΕΙΘΕΟΝΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥΠΑΙΣ
ΣΤΗΣΕΦΙΛΩΝΑΓΑΘΗΣΣΥΜΒΟΛΟΝΕΥΠΛΟΙΗΣ

Exſcripſi, inquit Sponius; ſubnectitque iſtis non bene exſcriptis Græcis non bonam hanc Latinam Verſionem.

Ventum ſecundum quis ex puppi moderatorem vocabit
Jovem rudentibus velum expandens.
Eſt ſuper Cyaneis vorticibus, curſus ubi Neptunus
Curvos fluctus volvit prope arenoſa littora.
Tunc dixit (Neptunus) per Ægæum nunc reditum paret,
Huic appoſitis libamentis ſupernè
Ideo propitio ſemper Deo Antipatri filius
Collocavit libens felicis ſymbolum navigationis.

" Hæc uterque vidit, exſcripſit, & explicuit (inquit reveren-
" dus admodum *Fleetwoodus* in Inſcriptionum antiquarum ſylloge
" pag. 53.) ſed non iiſdem oculis eodemve animo & ſenſu.
" Quis clarius, quis felicius non dico. Hoc certum eſt ex di-
" verſâ utriuſque lectione Inſcriptionem correctiorem fieri, ſen-
" ſum clariorem elici poſſe.

Conatus igitur hæc tam corrupta & luxata ad priſtinam ſuam formam reſtituere deprehendi ſtatim Antiquitatis non contemnendæ monumentum, *Statuam Jovis Urii Boſporani*, quam ſacratiſſimam M. Tullius memoravit, quamque veteres Geographi Dionyſius Byzantius, Arrianus, & Menippus non intactam reliquerunt. *Oratione* utique *in L. Piſonem* hunc ad modum Cicero invehitur; " A te Jovis Urii Fanum antiquiſſimum Bar-
" barorum ſanctiſſimumque direptum eſt. Idemque *in Verrina* quæ eſt de ſignis, *Verri* ſic aurem vellicat, " ex æde Jovis religio-
" ſiſſimum [1] ſimulacrum Jovis *Imperatoris*, quem Græci *Urion*
" nominant, pulcherrimè factum nonne abſtuliſti?————
" Jovem autem Imperatorem quanto honore in ſuo templo fuiſſe
" arbitramini? Hinc colligere poteſtis, ſi recordari volueritis quantâ
" religione fuerit eâdem ſpecie atque formâ ſignum illud quod ex
" Macedoniâ captum in Capitolio poſuerat Flamininus. Etenim
" tria ferebantur in orbe terrarum ſigna Jovis Imperatoris, uno
" in genere pulcherrimè facta: Unum illud Macedonicum quod in
" Capitolio videmus; alterum in Ponti ore & anguſtiis; tertium
" quod Syracuſis ante Verrem prætorem fuit. Illud Flamininus ita
" ex æde ſuâ ſuſtulit, ut in Capitolio, hoc eſt, in terreſtri domicilio
" Jovis poneret. Quod autem eſt ad introitum Ponti, id cùm tam

" multa ex illo mari bella emerſerint, tam multa porrò in Pon-
" tum invecta ſint, uſque ad hunc diem integrum inviolatum-
" que ſervatur.

Sat clarè igitur & fanum & cultum Jovis Urii Romanâ eloquentia tradidit. Fani locum in Aſiano litore ſignant Peutingerianæ tabulæ. (2) Arrianus verò in Ponti Euxini periplo ejuſdem diſtantiam, hinc a Byzantio centum & viginti ſtadiis, illinc à Cyaneis petris quadraginta, quà anguſtiſſimæ ſunt Ponti, quæ vocantur, fauces, accuratè admodum metitur. Hìc poſt multos annos certa ſtatuæ pernicies à pretio metalli fuit: quo direpto, Chalcedona, in propinquo litore, tranſlata eſt marmorea inſcripta baſis. At Dionyſius Byzantius, (quem auctorem ſolus ſibi habuit Petrus Gyllius) integri, ſuumque jam fanum exornantis, ſigni ſtatum, atque habitum, ſic deſcribit. " *In Fano* (Jovis Urii) *ſtatua ærea eſt antiquæ artis,* " *ætatem puerilem præ ſe ferens, tendens manus . . . . Quidam aiunt audaciæ ſignum eſſe navigantium, deterrens temeritatem navigationis periculis plenam, atque oſtendens redeuntium ſalutis felicitatem & pietatem.* Vide Gyllium de Boſphoro Thracio, lib. 3. cap. 5.

His ordine prænotatis, tempus nunc proponi Epigramma, veræ, ut ſpero, lectioni, ſenſuique, & acumini reſtitutum; maximè, ſi tu calculum adjeceris, amice lector.

In ſtatua Jovis Urii epigramma.

(3) Οὔριον ἐκ πρύμνης τὶς ὁδηγητῆρα καλείτω
(3) Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας.
(4) Εἴτ᾽ ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος, ἔνθα Ποσειδῶν
Κάμπυλον εἱλίσσει κῦμα παρὰ ψαμάθοις.
(4) Εἴτα κατ᾽ Αἰγαίαν πόντου πλάκα νόστον ἐρεύνων
Νείσθω, τῷδε βαλὼν ψαιστὰ (5) παρὰ ξοάνῳ·
Ὧδε (3) τὸν εὐάντητον ἀεὶ θεὸν, Ἀντιπάτρου παῖς,
Στῆσε Φίλων, (3) ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης.

Idem epigramma latinè redditum.

Nauta, Jovem celsâ ductorem è puppe vocato
Urion, extenso vela rudente parans.
Sic bene Cyaneo curret tibi vortice pinus,
Quà rotat incurvas Ennosigæus aquas.
Tum, reditum Ægæi meditans super æquora ponti,
Fac redi, at huic statuæ solvere liba memor:
Quâ posuit nautis dextrum & lætabile numen
Ritè Philo, salvos ire redire jubens.

Ad statuam Jovis Urii Bosporani notæ.

(1) S*Imulacrum Jovis Imperatoris, quem Græci Urion nominant.* Διὸς Οὖρος. i. e. immissus à Jove ventus secundus, toties ab Homero decantatus, & cultum & titulum fecit *Jovi Urio*, vela facientibus propitio. Eum igitur, ut inferiùs notabitur, Latini à formâ PUERUM, ab effectu SERENUM, coluêre. Ast unde idem Latinis *Imperator*, non est adeò facilè investigatu. Ὁδηγητῆρα enim, quod *Jovi Urio* in epigrammate tribuitur, *Imperatorem* vix crediderim sonare. Fuere equidem, quibus mendum hoc in loco subodorantibus, Cicero *Imbricitoris* scripsisse visus: quo sensu ab Homero ἴκμενος οὖρος, ab Ennio *spiritus austri imbricitor* celebratur. At mihi, fateor, altera illa suspicio altè defixa insidet: Oratorem, in hâc Verrinâ, decurtatâ voce exarâsse Jovis IMP. quod in *Imperatoris* conversum à librariis, cùm *Impuberis* efferendum esset. Certè Jupiter *Impuber* cum notis ejusdem titulis apprimè congruit, Jove nempe Axure, Jove nondum barbato, Jove puero, eodemque Vejove, in Capitolio inter arcem & ædem Capitolinam prope Asylum posito; de quo Ovidius in Fastorum 3.

Juppiter est juvenis, juveniles aspice vultus.

Idemque non minus congruit cum his ipsis Jovis Urii simulacris, quorum Macedonicum in Capitolio eâdem ac Bosporanum & specie & formâ fuit; Bosporanum verò, à Dionysio Byzantio, *puerilem ætatem præ se ferens* perhibetur. Erat quidem Romæ, idque in Capitolio, hoc est in ipsâ æde Capitolinâ, signum Jovis Imperatoris Præneste devectum, à P. Victore inter Capitolina monumenta recensitum. Ejusque in Livio historia est, *lib. 6. cap. 29. T. Quintius signum Præneste devectum Jovis Imperatoris in Capitolium tulit. Dedicatumque est inter cellam Jovis ac Minervæ, tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum.* Sed aliud erat signum T. Quintii Cincinnati Prænestinum, anni U. C. 375. à Livio, aliud T. Quinti Flaminini Macedonicum, anni U. C. 558, à Cicerone memoratum. Quid ergo? exorta vides quatuor hujus generis signa, Prænestinum, Macedonicum, Bosporanum, Syracusanum; è quibus primum illud Prænestinum, inter Jovem & Minervam in ipsâ æde Capitolinâ positum, & inscriptum, Ciceroni non potuit non esse notissimum. At ille: *Tria ferebantur in orbe terrarum signa Jovis* IMP. *uno in genere pulcherrimè facta: Macedonicum*, inquit, *quod in Capitolio videmus, Bosporanum, & Syracusanum.* Omnino igitur, in

hâc Verrinâ, de fignis Jovis Imperatoris non egit Cicero, fed aut utrobique, compendio vocum, IMP. folummodo exaravit; aut integris fortaffe vocibus *Impuberis* fcripfit & *Impuberem*; Jovem Puerum in Capitolio prope Afylum, defignans: quæ tamen (occafione *Jovis Imperatoris* Liviani in eodem Capitolio pofiti) in *Imperatoris* & *Imperatorem*, errore nimis facili, transfierunt. Sed hujus rei penes criticos, humanarum artium magiftros, fupremum judicium efto.

(2) *Arrianus in Ponti Euxini periplo, pag.* 12. *edit Oxon.* Τὸ ἱερὸν τȣ̃ Διὸς τȣ̃ Οὐρίȣ διέχει ἀπὸ Βυζαντίȣ ςαδίȣς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, καὶ ἔςιν ςενότατον ταύτῃ τὸ ςόμα τȣ̃ Πόντȣ καλȣ́μενον. Idem pag. 25. Ἐκ δὲ Κυανέων ἐπὶ τὸ ἱερὸν τȣ̃ Διὸς τȣ̃ Οὐρίȣ, ἵνα περ τὸ ςόμα τȣ̃ Πόντȣ, ςάδιοι τεσσαράκοντα. i. e. *Fanum Jovis Urii diftat à Byzantio ftadia centum & viginti, atque hìc eft anguftiffimum quod vocatur, Ponti os.*—— *à Cyaneis verò petris ad fanum Jovis Urii, ubi os eft Ponti, ftadia funt quadraginta.*

(3) Οὔριον Ζῆνα——τὸν εὐάντητον ἀεὶ θεὸν——ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης. i. e. *Jovem Urium,* ——*fortunatum femper* Deum—— *bonæ fymbolum navigationis:* Quà Urium, Latinis aliquando PUERUM, aliquando SERENUM nominatum; quà fortunatum, & profperas præftantem navigationes, Fortunæ tum PRIMIGENIAE, tum REDUCI fociatum. Horum prius in duabus infcriptionibus Præneftinis legitur, apud Grut. LXXVI. 6. 7. FORTUNAE. PRIMIGENIAE. IOVI. PUERO. iterumque FORTUNAE. IOVIS. PUERI. PRIMIGENIAE. Pofterius in totidem Romanis LXXVII. 6. FORTUNAE. REDUCI. ET IOVI. SERENO. iterumque, MIX. 9.

IOVI. SERENO
ET
FORTVNAE. REDVCI
IMP. L. SEPTIMI. SEVERI
PII. PERTINACIS. AVG. ARAB
ADIAB. P. P.
STATVAM. HANC
VOTO. SVSCEPTO
L. FORTVNATVS. QVINT
SOD. HADRIANAL
D. S. I. S. L. M.

Quid plenius, quid melius exprimere potuit Græcorum Jovem Urium, fortunatum Deum, puerilem faciem, tefte Dionyfio, præ fe ferentem; oftendentem, protenfis manibus, redeuntium poft navigationem felicitatem; quàm Jovis *Pueri* cum Fortunâ *Primigeniâ*, Jovis *Sereni* cum Fortunâ *Reduce*, apud Latinos fociatio? Ab eodem quid magis alienum, quàm *Imperator?*

(4) Εἴτ' ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος—— Εἴτα κατ' Αἰγαίαν πόντȣ πλάκα——nautis Jovem Urium invocantibus profperam utrinque navigationem promittit auctor epigrammatis, feu curfus eis Cyaneas versùs & Euxinum pontum, five retrò versùs Hellefpontum & Ægæum fuerit. Cui monito obfecutus eft Menippus, *peripli duorum pontorum auctor*, tefte, qui ejus geographiam defloravit, Marciano Heracleotâ. edit. Oxon. pag. 68. περιέπλευσεν πρότερον μὲν τὸν Πόντον, μετ' ἐκεῖνον δὲ τὸν Θράκιον Βόσπορον καὶ τὴν Προποντίδα, ἅμα τῷ Ἑλλησπόντῳ, ἀπὸ τȣ̃ ἱερȣ̃ καλȣμένȣ Διὸς Οὐρίȣ τȣ̃ περίπλȣ τὴν ἀρχὴν ἑκατέρων ἠπείρων ποιησάμενος. i. e. *circumnavigavit (Menippus) primo quidem Pontum Euxinum, deinde verò Propontidem unà cum Hellefponto, à fano Jovis Urii utriufque continentis peripli capiens initium.* Sed & ipfum Menippum audi pag. 69. κατὰ τὸν Θράκιον Βόσπορον καὶ τὸ ςόμα τȣ̃ Εὐξείνȣ πόντȣ ἐν δεξίοις τῆς Ἀσίας μέρεσιν . . . . κεῖται χωρίον Ἱερὸν καλȣ́μενον, ἐν ᾧ νεώς ἐςι Διὸς Οὐρίȣ προσαγορευόμενος. Τȣ̃το δὲ τὸ χωρίον ἀφετήριόν ἐςι τῶν εἰς Πόντον πλεόντων. i. e. *Juxta Thracium Bofporum & os Euxini Ponti, dextrâ Afiæ parte, fitum eft caftellum, quod* Ἱερὸν *appella-*

appellatur: in quo templum est Jovis Urii nominatum. Hoc autem castellum initium est unde in Pontum solvunt navigantes. Notabile est hunc ipsum locum, castello hodie Turcico in angustiis Bospori obsessum, & nunc & olim, uno eodemque Ἱερȣ͂, hoc est *Fani* nomine vocatum; ultra bis mille & ducentos, ut ex Herodoto probatur, annos. lib. 4. cap. 84, 85.

(5) Παρὰ ξοάνῳ, ὧδε τὸν εὐάνλητον ἀεὶ θεὸν Ἀντιπάτρȣ παῖς ςῆσε Φίλων. En verba quæ mirè ludificarunt Sponium, sed in quibus bene lectis & intellectis, & opus habemus, & opificem, & in his ætatem monumenti: opus quidem, statuam antiquæ artis, quâ repræsentatus est Jupiter Urius, dexter semper & navigantibus fortunatus deus: opificem verò Philonem, Antipatri F. statuarium, à Plinio (lib. 34. c. 8.) mentionem inter præstantes meritum: eundemque posito Hephæstione, Alexandri M. amico, celebratum. Unde Tatianus in oratione adversùs Græcos cap. 55. τὴν Ἡφαιςίωνος ȣ̓κ αἰδεῖσθε πορνείαν, καὶ εἰ πάνυ Φίλων αὐτὸν εὐτέχνως ἐποίει; i. e. *Impudici illius Hephæstionis non vos pudet, utcunque eum Philo affabrè admodum posuerit?*

Eadem igitur inscriptionis, quæ & Alexandri M. & Macedonum jam per Asiam volitantium, ætas. Et signi sanè, si Ciceronem audias & Dionysium, minor esse non potuit: dum fani ipsius originem ad Phryxum, ad Argonautas, & fabulosa usque tempora varii apud Gyllium auctores retulerint. Sed ab initio duodecim deorum fuit. Postea titulus cultusque ad Jovem Urium restrictus, è Macedoniâ, ut videtur, huc delatus.




Monu-

Monumentum Milesium,

E T

Adulitanum.



Vaillant Reg. Syr. p. 62. Hist. Ptol. pag. 52.

CONjuncti nunc legantur hostes olim infensissimi, qui, circa annum ante Christum 246, eodem ferè tempore capessivere regnum; Syriæ nempe, Asiæque cis & citra Taurum, Seleucus Callinicus, Ægypti verò & Arabiæ, Ptolemæus Euergetes. Hos ipsos, etiam & à sancto Dei spiritu, in propheticâ Danielis visione, conjungi placuit; alterum ut regem Aquilonis, ut regem Austri alterum adumbratum; vicinam utramque Judæis, & molestam admodum futuram, hinc & hinc, potentiam. A Daniele verò (quod omnino nolim inobservatum) Seleucus, Aquilonis Rex, ut vasis aureis & argenteis in sacorum usum ditissimus, Austri rex Ptolemæus, ut eorundem spoliator & reportator, debellato Aquilonis regno, est prædictus. Id quod citatum dabo & è vulgatâ, & è LXX-virali etiam versione: quoniam recens factam in Ægypto facilè eam crediderim notam fuisse Ptolemæo, saltem ei ostensam fuisse, in Templo Hierosolymitano, cùm sacrum ibi faceret ob res prosperè in Syriâ contra Seleucum gestas. *Vid. Joseph. contra Ap. l. 2. c. 5.*

Visio Danielis ultima cap. XI. *anno ante Christum* 534.

Gr. LXX.

7 ... ἥξει πρὸς τὴν δύναμιν, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὑποστηρίγματα τοῦ βασιλέως τοῦ Βορρᾶ, καὶ ποιήσει ἐν αὐτοῖς, καὶ κατισχύσει.

Vulgat. Lat.

7 ... Veniet [Rex Austri] cum exercitu, & ingredietur provinciam Regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit.

8. Καί γε τοὺς θεοὺς αὐτῶν μετὰ τῶν χωνευτῶν αὐτῶν, πᾶν σκεῦος ἐπιθυμητὸν αὐτῶν, ἀργυρίου καὶ χρυσίου, μετ᾽ αἰχμαλωσίας οἴσει εἰς Αἴγυπτον, καὶ αὐτὸς στήσεται ὑπὲρ βασιλέα τοῦ Βοῤῥᾶ.

8. *Insuper & Deos eorum & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri captiva ducet in Ægyptum. Ipse prævalebit adversus Regem Aquilonis.*

9. Καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ βασιλέως τοῦ Νότου, καὶ ἀναστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ.

9. *Et intrabit in regnum Rex Austri, & revertetur ad terram suam.*

Ecce rem videmus tot ante annis prænuntiatam, quâcum optimè conspirant nobilissima duo monumenta: unum, si Judæam respicias, in aquilonari mundi plagâ, alterum in australi positum; *Milesium* dico, & *Adulitanum*. Illud enim ad Seleucum Callinicum spectans, etiam nunc prope Miletum, in Ioniæ confiniis, extat: Hoc verò, ad Ptolemæum pertinens Euergeten, apud Adulen, Sinûs Arabici emporium, intra Æthiopiæ olim fines est repertum.

Monumentum Milesium Seleuci Callinici.

Locus est, è regione Sami Insulæ, *Joran* nunc Turcis dictus, in quo multæ humi confractæ jacent, multæ recta stant columnæ, spectabiles adhuc reliquiæ prægrandis istius Templi, Oraculique, quod primò Branchidæ Apollinis, postea Didymæi fuit. Conditum illud à Milesiis, mediâ inter urbem & Posideum promontorium viâ, multis, (ut inquit Strabo) antiquarum artium donariis, à regibus & principibus ditatum fuit. Quos * inter Seleucus Callinicus, fraterque ejus Antiochus Hierax, jam tum Rex Asiæ appellatus, amplissimam hanc, quæ sequitur, Dedicationem fecere: piâ scilicet in Apollinem & Servatores Deos gratitudine, ob Seleucum insperatò salvum & incolumem, & ob pacem eodem tempore cum Ptolemæo Euergete in decem annos factam. Hæc relata à Justino, & Plutarcho, pertinent ad annum ante Christum 243, æræ Seleucidarum septuagesimum, Regis Seleuci quartum. Ipsius verò ad Milesios epistola, & indictum Apollini sacrificium, vasorum quoque, unguentorum, & aromatum recensio; cum ad-

* Vid. Not. 1.

scripto

ſcripto ſingulorum pondere, inciſa ſunt marmoreo quadrato lapidi, quem ſubter tuguriolum, à boreali Templi latere, bis vidit, & exſcripſit illuſtriſſimus Coſ. Sherardus: Annis 1709, & 1716.

ΕΠΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ
ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΩΝΤΩΝΙΕΡΩΝΧΡΗΜΑ
ΤΩΝΤΙΜΕΑΤΟΥΦΥΡΣΩΝΟΣΑΡΙΣΤΑΓΟΡΑ
ΤΟΥΝΑΗΜΟΝΟΣΚΛΕΟΜΗΔΟΥΣΤΟΥΚΡΕΙ
ΣΟΝΟΣΦΙΛΙΠΠΟΥΤΟΥΣΩΣΙΣΤΡΑΤΟΥΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΟΥΤΟΥΛΟΧΗΓΟΥΠΟΛΥΞΕΝΟΥΤΟΥΒΑΒΩΝΟΣ
ΤΑΔΕΑΝΕΘΗΚΑΝΒΑΣΙΛΕΙΣΣΕΛΕΥΚΟΣΚΑΙ
ΑΝΤΙΟΧΟΣΤΑΕΝΤΗΙΕΠΙΣΤΟΛΗΙΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΑ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΣΕΛΕΥΚΟΣΜΙΛΗΣΙΩΝΤΗΙΒΟΥΛΗΙ
ΚΑΙΤΩΙΔΗΜΩΙΧΑΙΡΕΙΝΑΦΕΣΤΑΛΚΑΜΕΝΕΙΣ
ΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΤΟΥΕΝΔΙΔΥΜΟΙΣ
ΤΗΝΤΕΛΥΧΝΙΑΝΤΗΝΜΕΓΑΛΗΝΚΑΙΠΟΤΗΡΙΑ
ΧΡΥΣΑΚΑΙΑΡΓΥΡΑΕΙΣΑΝΑΘΕΣΙΝΤΟΙΣΘΕΟΙΣ
ΤΟΙΣΣΩΤΗΡΣΙΚΟΜΙΞΟΝΤΑΠΟΛΙΑΝΘΗΝΕΠΙ
ΓΡΑΦΑΣΕΧΟΝΤΑΥΜΕΙΣΟΥΝΟΤΑΝΠΑΡΑΓΙ
ΝΗΤΑΙΛΑΒΟΝΤΕΣΑΥΤΑΑΓΑΘΗΙΤΥΧΗΙ
ΑΠΟΔΟΤΕΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΙΝΑΕΧΗΤΕΣΠΕΝΔΕΙΝ
ΚΑΙ ΧΡΙΕΣΘΑΙ ΥΓΙΑΙΝΟΝΤΩΝΗΜΩΝΚΑΙΕΥΤΥΧΟΥΝ
ΤΩΝΚΑΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣΔΙΑΜΕΝΟΥΣΗΣΩΣΕΓΩ
ΒΟΥΛΟΜΑΙΚΑΙΥΜΕΙΣΧΡΙΕΣΘΕΕΝΤΕΤΑΛΜΕΝΗΙΤΗΙ
ΔΕΠΟΛΙΑΝΘΗΙΚΑΙΤΗΝΑΝΑΘΕΣΙΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΙ
ΤΩΝΑΦΕΣΤΑΛΜΕΝΩΝΣΥΝΤΕΛΕΣΑΤΕΤΗΝΘΥΣΙΑΝ
ΗΝΣΥΝΤΕΤΑΧΑΜΕΝΑΥΤΟΙΣ.ΥΝΕΠΙΜΕΛΗΘΗΤΕ
ΟΥΝΙΝΑΓΕΝΗΤΑΙΚΑΤΑΤΡΟΠΟΝΤΩΝΔΕΑΦΕΣ
ΤΑΛΜΕΝΩΝΧΡΥΣΩΜΑΤΩΝΚΑΙΑΡΓΥΡΩΜΑΤ
ΩΝΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΥΠΟΓΕΓΡΑΦΑΥΜΙΝΤΗΝΓΡΑΦΗΝ
ΙΝΑΕΙΔΗΤΕΚΑΙΤΑΓΕΝΗΚΑΙΤΟΝΣΤΑΘΜΟΝ
ΕΚΑΣΤΟΥΕΡΡΩΣΣΘΕ

ΓΡΑΦΗΧΡΥΣΩΜΑΤΩΝΤΩΝΑΦΕΣΤΑΛΜΕΝΩΝ.

ΦΙΑΛΗΚΑΡΥΩΤΗΑΓΑΘΗΣΤΥΧΗΣΜΙΑΟΛΚΗ
ΔΡΑΧΜΑΙΔΙΑΚΟΣΙΑΙΤΕΣΣΕΡΑΚΟΝΤΑΕΠΤΑ
ΑΛΛΗΚΑΡΥΩΤΗΘΕΜΙΔΟΣΜΙΑΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙ
ΕΚΑΤΟΝΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑΑΛΛΗΚΑΡΥΩΤΗΛΗΤΟΥΣ
ΜΙΑΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΕΚΑΤΟΝΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑΟΚΤΩ
ΤΡΕΙΣΟΒΟΛΟΙΑΛΛΗΚΑΡΥΩΤΗΕΚΑΤΗΣΜΙΑΟΛΚΗ

ΔΡΑΧΜΑΙΕΚΑΤΟΝΔΕΚΑΤΡΕΙΣΠΑΛΙΜΠΟΤΩΝ
ΤΡΑΓΕΛΑΦΩΝΠΡΟΤΟΜΩΝΕΣΓΕΓΡΑΜΜΕΝΩΝ
ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΞΕΥΓΟΣΕΝΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΤΡΙΑ
ΚΟΣΙΑΙΔΕΚΑΟΚΤΩΤΡΕΙΣΟΒΟΛΟΙΑΛΛΟΠΑΛΙΜΠΟ
ΤΟΝΕΛΑΦΟΥΠΡΟΤΟΜΗΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝ
ΑΡΤΕΜΙΔΟΣΕΝΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΕΚΑΤΟΝΕΞΗΚΟΝ
ΤΑΜΙΑΚΕΡΑΣΕΠΙΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΝΔΙΙΣΩΤΗΡΙΕΝ
ΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΕΚΑΤΟΝΕΒΔΟΜΗΚΟΝΤΑΤΡΕΙΣ
ΤΡΕΙΣΟΒΟΛΟΙΟΙΝΟΧΟΑΘΕΩΝΣΩΤΗΡΩΝΜΙΑ
ΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΤΡΙΑΚΟΣΙΑΙΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ [ΕΞΞ]
ΨΥΚΤΗΡΒΑΡΒΑΡΙΚΟΣΛΙΘΟΚΟΛΛΟΣΕΠΙΓΕΓΡΑΜ
ΜΕΝΟΣΣΩΤΕΙΡΑΣΕΙΣΕΧΩΝΑΠΟΠΕΠΤΩΚΟΤΑ
ΚΑΡΥΑΕΠΤΑΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΤΡΙΑΚΟΣΙΑΙΕΒΔΟ
ΜΗΚΟΝΤΑΔΥΟΜΑΞΟΝΟΜΟΝΧΡΥΣΟΥΝΟΛΚΗ
ΔΡΑΧΜΑΙΧΙΛΙΑΙΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΟΚΤΩΕΙΣΤΟΠ
ΑΝΧΡΥΣΩΜΑΤΩΝΔΡΑΧΜΑΙΤΡΙΣΧΙΛΙΑΙΔΙΑ
ΚΟΣΙΑΙΤΕΣΣΕΡΑΚΟΝΤΑΟΚΤΩΟΒΟΛΟΙΤΡΕΙΣ
ΣΚΥΦΟΣΑΡΓΥΡΟΥΣΤΟΡΕΥΤΟΣΞΩΩΤΟΣ
ΕΧΩΝΣΧΟΙΝΙΔΑΕΙΣΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΤΡΙΑΚΟΣΙΑΙ
ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑΨΥΚΤΗΡΑΡΓΥΡΟΥΣΜΕΓΑΣ
ΔΙΩΤΟΣΟΛΚΗΔΡΑΧΜΑΙΕΝΑΚΙΣΧΙΛΙΑΙ
ΛΙΒΑΝΩΤΟΥΤΑΛΑΝΤΑΔΕΚΑΣΜΥΡΝΗΣ
ΤΑΛΑΝΤΟΝΕΝΚΑΣΙΑΣΜΝΑΙΔΥΟΚΙΝΝΑΜΩ
ΜΟΥΜΝΑΙΔΥΟΚΟΣΤΟΥΜΝΑΙΔΥΟΛΥΧΝΙΑ
ΧΑΛΚΗΜΕΓΑΛΗΕΠΡΟΣΤΕΤΑΓΕΝΔΕΚΑΙΘΥΣΙΑΝ
ΤΩΙΘΕΩΙΙΕΡΕΙΑΧΙΛΙΑΚΑΙΒΩ.ΔΩΔΕΚΑ

Idem Græcè & Latinè.

Ἐπὶ Στεφανηφόρου Ποσειδίππου, ταμιευόντων τῶν ἱερῶν χρημάτων Τιμέα τοῦ Φυρσῶνος, Ἀρισταγόρα τοῦ Ναήμονος, Κλεομήδους τοῦ Κρείσονος, Φιλίππου τοῦ Σωσιστράτου, Ἀλεξάνδρου τοῦ Λοχήγου, Πολυξένου τοῦ Βαβῶνος, τά δε ἀνέθηκαν (1) Βασιλεῖς Σέλευκος καὶ Ἀντίοχος τὰ ἐν τῇ ἐπιστολῇ γεγραμμένα.

Sub Stephanephoro Posidippo, Præfectisque Sacri Ærarii Timea F. Phyrsonis, Aristagora F. Naëmonis, Cleomede F. Creisonis, Philippo F. Sosistrati, Alexandro F. Lochegi, Polyxeno F. Babonis, (1) Reges Seleucus & Antiochus hæc quæ in Epistolâ sunt scripta dedicavêre.

Βασιλεὺς Σέλευκος Μιλησίων τῇ Βουλῇ καὶ τῷ Δήμῳ χαίρειν. Ἀφεστάλκαμεν εἰς τὸ Ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Διδύμοις τήν τε λυχνίαν τὴν μεγάλην, καὶ ποτήρια χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, εἰς ἀνάθεσιν τοῖς Θεοῖς τοῖς Σωτῆρσι, κομίζοντα [2] Πολιάνθην, ἐπιγραφὰς ἔχοντα. Ὑμεῖς οὖν ὅταν παραγίνηται λαβόντες αὐτὰ ἀγαθῇ τυχῇ ἀπόδοτε εἰς τὸ Ἱερὸν, ἵνα ἔχητε σπένδειν καὶ [2] χρέεσθαι, ὑγιαινόντων [3] ἡμῶν, καὶ [3] εὐτυχέντων, καὶ τῆς πόλεως [3] διαμενούσης, ὡς ἐγὼ βούλομαι καὶ ὑμεῖς. [2] Χρέεσθε ἐντεταλμένῃ τῇδε Πολιάνθῃ, καὶ τὴν ἀνάθεσιν ποιούμενοι τῶν ἀφεσταλμένων συντελέσατε τὴν θυσίαν, ἣν συντετάχαμεν αὐτοῖς. Συνεπιμελήθητε οὖν ἵνα γένηται κατὰ τρόπον. Τῶν δὲ ἀφεσταλμένων χρυσωμάτων καὶ ἀργυρωμάτων εἰς τὸ Ἱερὸν ὑπογέγραφα ὑμῖν τὴν γραφὴν, ἵνα εἰδῆτε καὶ τὰ γένη καὶ τὸν σταθμὸν ἑκάστου. Ἔρρωσθε.

Rex Seleucus Milesiorum Concilio & Populo Salutem. Misimus ad Templum Apollinis Didymei tum grande illud Candelabrum, tum Pocula aurea & argentea, in dedicationem Diis Servatoribus, deferentia [2] *Poliantham, Inscriptiones habentia. Vos igitur, cùm pervenerint, eadem bonâ cum fortunâ recipientes, recondite in Templo, ut habeatis & libare, &* [2] *perungi, occasione* [3] *salutis, &* [3] *prosperitatis nostræ, &* [3] *Civitatis in suo statu permanentis, prout ego & vos optamus.* [2] *Perungimini hâc quam mandavimus Polianthâ, missorumque facientes dedicationem, peragite sacrificium quod cum iis unà ordinavimus. Communi igitur curâ id agite ut hæc rite fiant. Vasorum verò Auri & Argenti, quæ missa sunt ad Templum, scriptum vobis Catalogum subjunxi, ut noscatis tum genera, tum pondus singulorum. Valete.*

Γραφὴ χρυσωμάτων τῶν ἀφεσταλμένων.

Aureorum quæ missa sunt Catalogus.

1. Φιάλη [4] Καρυώτη Ἀγαθῆς Τυχῆς μία. Ὁλκὴ δραχμαὶ διακόσιαι τεσσεράκοντα ἑπτά.

2. Ἄλλη Καρυώτη Θέμιδος

1. *Phiala* [4] *Caryota Bonæ Fortunæ una. Pondus drachmæ ducentæ quadraginta septem.*

2. *Alia Caryota Themidis una.*

μία. Ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἐνενήκοντα.

3. Ἄλλη Καρυώτη Λητοῦς μία. Ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἐνενήκοντα ὀκτὼ, τρεῖς ὀβολοί.

4. Ἄλλη Καρυώτη Ἑκάτης μία. Ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν δεκατρεῖς.

5. Παλιμπότων [s] Τραγελάφων προτομῶν, ἐγγεγραμμένων ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ, ζεῦγος ἕν. Ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι δεκαόκτω, τρεῖς ὀβολοί.

6. Ἄλλο παλίμποτον ἐλάφου προτομὴ, ἐπιγεγραμμένον ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ, ἕν. Ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἑξήκοντα μία.

7. Κέρας ἐπιγεγραμμένον ΔΙΙ ΣΩΤΗΡΙ ἕν. Ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τρεῖς, τρεῖς ὀβολοί.

8. Οἰνοχόα Θεῶν Σωτήρων μία. Ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι ὀγδοήκοντα ἑπτά.

9. Ψυκτὴρ Βαρβαρικὸς λιθόκολλος, ἐπιγεγραμμένος ΣΩΤΕΙΡΑΣ, εἷς, [6] ἔχων ἀποπεπτωκότα κάρυα ἑπτά. Ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι ἑβδομήκοντα δύο.

10. Μαζονόμον χρυσοῦν. Ὁλκὴ δραχμαὶ χίλιαι ὀγδοήκοντα ὀκτώ.

Εἰς [7] τὸ πᾶν Χρυσωμάτων δραχμαὶ τριχίλιαι διακόσιαι

Pondus drachmæ centum nonaginta.

3. *Alia Caryota Latonæ una. Pondus drachmæ centum nonaginta octo, tres oboli.*

4. *Alia Caryota Hecates una. Pondus drachmæ centum & tredecim.*

5. *Par unum gemini haustûs poculorum,* [s] *Tragelaphorum effigie, inscriptorum* APOLLINIS. *Pondus drachmæ trecentæ octodecim, tres oboli.*

6. *Aliud gemini haustûs poculum, cervi effigie, unum, inscriptum* DIANAE. *Pondus drachmæ centum sexaginta una.*

7. *Cornu unum, inscriptum* IOVI SERVATORI. *Pondus drachmæ centum septuaginta tres, & tres oboli.*

8. *Trulla Deorum Servatorum una. Pondus drachmæ trecentæ octoginta septem.*

9. *Crater unus refrigeratorius, Barbaricus, gemmatus, inscriptus* SERVATRICIS, *carya* [6] *habens decidua septem. Pondus drachmæ trecentæ septuaginta duo.*

10. *Mazonomum aureum. Pondus drachmæ mille octoginta octo.*

Summâ [7] *totali Vasorum auri drachmæ ter mille, ducentæ*

τεσσεράκοντα ὀκτὼ, ὀβολοὶ τρεῖς. *quadraginta octo, tres oboli.*

1. Σκύφος ἀργυροῦς τορευτὸς ζωωτὸς, ἔχων χοινίδα, εἷς. Ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι ὀγδοήκοντα.

1. *Scyphus unus argenteus, cælatus, figuris animalium distinctus, junci odorati unguentum habens. Pondus drachmæ trecentæ octoginta.*

2. Ψυκτὴρ ἀργυροῦς μέγας δίωτος. Ὁλκὴ δραχμαὶ ἐνακισχίλιαι.

2. *Crater refrigeratorius, prægrandis argenteus, ansas habens duas. Pondus drachmæ novies millenæ.*

1. Λιβανωτοῦ τάλαντα δέκα.
2. Σμύρνης τάλαντον ἕν.
3. Κασίας μναὶ δύο.
4. Κινναμώμου μναὶ δύο.
5. Κόστου μναὶ δύο.

1. *Thuris talenta decem.*
2. *Myrrhæ talentum unum.*
3. *Casiæ libræ duæ.*
4. *Cinnamomi libræ duæ.*
5. *Costi libræ duæ.*

Λυχνία χαλκῆ μεγάλη.

Candelabrum grande æreum.

Ἐπροσέταξεν δὲ καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ Ἱερεῖα χίλια καὶ Βω. δώδεκα.

Simul etiam Deo [*Apollini*] *sacrificium ordinavit, Victimas mille, & Aras duodecim.*

Ad Monumentum Milesium Notæ.

(1) *SEleucus Callinicus Fraterque ejus Antiochus Hierax.* Hi sunt qui in monumento Βασιλεῖς Σέλευκος ᾗ Ἀντίοχος nominantur. De iis verò sic Justinus lib. 27. cap. 2. Seleucus à Ptolemæo victus *Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem literas facit, quibus auxilium ejus implorat, oblatâ ei Asiâ intra fines Tauri montis. Antiochus autem cùm esset annos* xiv *natus, supra ætatem regni avidus occasionem non tam pio animo quàm offerebatur arripuit; unde Hierax est cognominatus. Interea Ptolemæus Euergetes cùm Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset, ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit. Sed pax ab hoste data interpellatur à fratre.* Et tamen hac ipsâ occasione Antiochus fraterni in Seleucum animi nobile exemplum edidit; eo nomine à Plutarcho non semel in bonorum Fratrum numerum relatus; tractatu nempe *de fraterno amore, p. m.* 489. & *in Apophthegmatis, pag.* 184. Ἀντίοχος ὁ ἐπικληθεὶς Ἱέραξ ἐπολέμει περὶ βασιλείαν πρὸς τὸν ἀδελφὸν Σέλευκον. ἐπεὶ δὲ ὁ Σέλευκος ἡττηθεὶς ὑπὸ Γαλατῶν οὐδαμοῦ φανερὸς ἦν, ἀλλ' ἐδόκει κατακεκόφθαι, θεὶς τὴν πορφύραν ὁ Ἀντίοχος φαιὸν ἱμάτιον ἀνέλαβε· μετ' ὀλίγον δὲ πυθόμενος τὸν ἀδελφὸν σώζεσθαι, εὐαγγέλια τοῖς Θεοῖς ἔθυσε, καὶ τὰς πόλεις τὰς ὑφ' ἑαυτὸν στεφανηφορεῖν ἐποίησεν. i. e. *Antiochus cognomento Hierax bellum de regno adversus fratrem Seleucum gerebat. Cùm verò Seleucus à Gallis victus nusquam appareret, at in pugnâ occisus putaretur, deponens purpuram Antiochus pullam vestem induit. Paulo pòst audito fratrem incolumem vivere, evangelia Diis sacrificavit, & civitatibus*

sibi

ſibi ſubditis Stephanephorium indixit. Habes, lector, occaſionem & indicti ſolennis ſacrificii, & inſcripti lapidis, & ſuſcepti in eodem volvendo hujus ſtudii & laboris.

(2) Κομίζοντα Πολιάνθην——ἵνα ἔχητε——χρίεσθαι. Iterumque χρίεσθε ἐντεταλμένη τῇδε Πολιάνθῃ. i. e. *Pocula Poliantham deferentia, ut habeatis perungi.* Iterumque *Perungimini hac quam mandavimus Polianthâ.* Vox Polianthа unguentum hîc ſignificat Polianthinum, ut Œnantha ſæpius Œnanthinum, & Schœnis hîc inferius Schœnanthinum. Huic verò Polianthino hac occaſione oblato myſterium & ſuperſtitio non levis inerat. Etenim id tradit Plinius lib. 21. cap. 7. apud Græcos Polium herbam, odorato flore, foliis canis, interponi veſtibus gratiſſimum; *inclytam Muſæi & Heſiodi laudibus, ad omnia utilem prædicantium, ſuperque cætera ad famam & dignitates.* Iterumque cap. 20. *Polio Muſæus & Heſiodus perungi jubent, dignationis gratiâ, gloriæque avidos polium tractare, colere.*——Lectione igitur certiſſimâ, repoſui literis minuſculis ΧΡΙΕΣΘΑΙ, pro ΧΡΑΣΘΑΙ, quod in Apographo clarè quidem ſed mendosè legitur. Nimirum ad tam ſolennis Stephanephorii, ſacrificii, atque epuli lautitiam id unicè pertinebat, ut libantes & epulantes omnes olei & unguenti copiâ diffluerent.

(3) Ὑγιαινόντων ἡμῶν, i. e. *occaſione ſalutis noſtræ:* poſt acceptam ſcilicet ab Antiocho & Gallis cladem. Καὶ εὐτυχούντων, i. e. *proſperitatis,* ob pacem cum teterrimo hoſte Ptolemæo Euergete pactam. Καὶ πόλεως διαμενούσης, i. e. *& civitatis in ſtatu priſtino manentis.* Nuper enim Dominum mutaverat, accepto Ptolemæi jugo, qui Ioniam, & Cariam, & Helleſpontum, & vicinas ubique Provincias longè latéque ſpoliaverat; hoc verò anno, ſecundùm prophetiam & inſcriptionem ſequentem, reverſus eſt in terram ſuam.

(4) Φιάλη καρυώτη *Phiala Caryota* i. e. Poculum aureum, intercurrente palmæ fructu cum ſpathis ſuis, ſeu palmitibus, cælatum: unde lucem accipit Martialis iſtud Epigramma (l. 13. 27.) *Spathalion Caryotarum* inſcriptum. *Aurea porrigitur Jani Caryota Calendis.*

(5) Παλιμπότων Τραγελάφων πρoτομῶν, *Poculorum gemini hauſtus, Tragelaphorum effigie.* Παλίμποτον affectata erat poculi ſpecies, ut etiam ἀμφίθετον, διπύθμενον, ἀμφικύπελλον, aliaque ita callido ſecretoque artificio elaborata, ut ſemel epota compotatorem deciperent, iterum potari poſtulantia. Huic poculorum pari data eſt Tragelaphi, i. e. Hirco-cervi effigies, animalis ad proverbium uſque rari. Vidimus tamen ex Aſia huc allatum: alteriuſque à ſe viſi imaginem Petrus Bellonius inter rariſſimè obſervata retulit; *libro Obſervationum* 1. *cap.* 54.

Cætera in hoc lapide memorata pocula (ne nimii ſimus in ſingulis enarrandis) habes Lector, exhauſta à Sophiſtis, in elegantiſſimo apud Athenæum convivio, *lib.* xi. Obtinebit autem, in his reddendis, optima Macrobii regula, Virgilii auctoritate tradita. *Nomina poculorum Vergilius plerumque Græca ponit; ut Carcheſia, ut Cymbia, ut Cantharos, ut Scyphos. Ea autem cujus figuræ ſint, quiſve eorum fecerit mentionem, nemo quærit; contenti ſcire cujuſcemodi eſſe pocula.* Macrob. Saturn. l. 5. c. 21.

(6) Ἔχων ἀποπεπτωκότα κάρυα ἑπτά, i. e. *Carya habens decidua ſeptem.* Aut ſubeſt hîc aliquid myſterii, aut nuces intelligit aut caryotidas, ab artifice tam mirâ arte repræſentatas; ut jam nunc à ramuſculo videare delapſas cernere, recenſque ab involucris ſuis, ſeu calycibus excluſas.

(7) Εἰς τὸ πᾶν. Quod Latinè *ſummâ totali* dixeris, ſed ad verbum Anglicè, *in all.* Totum verò partibus æquandum demonſtrat pro imperfecto iſto [ΕΞΞ] ΕΠΤΑ, i. e. *Septem* debere legi. Singula enim ſic collecta pondera ſummam reddunt drachmarum 3248, cum obolis inſuper tribus. Notum verò ſex obolos unam conficere drachmam; drachmamque auream, docentibus id Suidâ & Heſychio, decuplam fuiſſe argenteæ; adeóque eam valuiſſe monetæ hodiernæ Anglicanæ 0 *l.* 6 *s.* 5 *d.* $\frac{1}{2}$ i. e. ſex ſolidos, quinque denarios, cum dimidio. Exſurgit igitur (præter unguenta & aromata) donariorum *Auri* noſtrâ monetâ valor; libræ ſterlingæ 1048. ſolidi 19. denarii 10. *Argenti*; lib. ſt. 302. ſol. 18. den. 6. cum dimidio.

Monumentum Adulitanum Ptolemæi Euergetis.

POST pacem in decem annos cum Seleuco pactam, eamque ulterius in alios decem propagatam, nihil egiſſe viſus Ptolemæus vix fando quidem audiit in Hiſtoriâ. Cùm ecce! Juſtino rerum potiente, pluſquam ſeptingentis poſt Regem Ptolemæum annis, bonus vir Coſmas Indicopleuſtes, cognomen à navigatione Indicâ adeptus, nova multa, eaque non incerta ex orbe Auſtrali retulit. Inſcriptum intelligo monumentum; in quo non illa tantum Imperii Seleuciani devaſtatio, ſed & res ad Auſtrum geſtæ contra Arabicas Æthiopicaſque gentes, ad finem uſque regni recitantur. Hoc Coſmas, ad demerendam, quà egregiè potuit, poſteritatem, Topographiæ Chriſtianæ, ſcripto à ſe operi inſeruit. Ejuſque Topographiæ vetuſtum admodùm exemplar unciale, noni ut putatur ſeculi, Romæ extat in Bibliothecâ Vaticanâ; alterum uno ſeculo recentius Florentiæ in Laurentianâ. Monumentum igitur è MS. Vaticano A. D. 1632. Leo Allatius in folio ſeparato edidit. Idem A. D. 1672 è folio expreſſum Allatiano, & Hannonis periplo conjunctum, Berkelius ſervare voluit; iterumque A. D. 1685. inter Miſcellanea eruditæ Antiquitatis, Joannes Sponius. Interea Thevenotius nactus exemplar Bigotianum, è Laurentiano Codice deſcriptum, in ſuo illud Itinerario Gallicè ſcripto dederat. Omnes verò nuper ſuperavit Rev. B. Montfauconii induſtrius & ingenuus labor, editâ ex eodem codice integrâ Topographiâ Chriſtianâ A. D. 1706. Ubi *perinſigne*, inquit, *monumentum antiquitatis ſtudioſis offert Coſmas, dum Inſcriptionem nobis Ptolemæi, tertii Regis Ægyptii cognomine Euergetis, in extremis Æthiopiæ quà Ægyptum reſpicit partibus, exſcriptam à ſe literis conſignavit. Illa verò omnes ejuſdem Ptolemæi tam in Oriente* (Aquilone rectiùs dixiſſet) *quàm in Æthiopiæ, & Arabiæ partibus, expeditiones minutatim enarrat; ut pulchrior, & ad Hiſtoriam opportunior, altera nuſquam compareat.* Eadem de Monumento honorifica ſenſere Iſ. Voſſius, Spanhemius, & Vaillantius, alique Inſcriptione uſi Principes in Literaturâ Viri. Unus de eo dubitavit Clariſſ. Dulodorus Berolinenſis, Begerus is eſt, in Theſ. Brand. Vol. iii. pag. 32. Huic autem mox in notis reſponſuri, Coſmam nunc ipſum audiamus, rem plenè quidem, ſine arte, ſine

fuco enarrantem; probum mercatorem qui non voluit, simplicem & semidoctum monachum, qui hæc non potuit confingere. Ut taceam nullum tunc fuisse Annium Viterbensem, nullum tunc Cyriacum Anconitanum, quibus figmenta inscriptionum fuere cordi.

E Cosmæ Topographiâ Christianâ A. D. 545. scriptâ, pag. 140.

(a) Ἐν τῇ Ἀδέλῃ (1) τῇ καλεμένῃ τῶν Αἰθιόπων πόλει, παραλίῳ τυγχανέσῃ ὡς ἀπὸ μιλίων δύο, λιμένι ὑπαρχέσῃ (2) Ἀξιωμιτῶν ἔθνες, ἔνθα καὶ τὴν ἐμπορείαν ποιέμεθα, οἷον ἀπὸ Ἀλεξανδρείας καὶ ἀπὸ Ἐλὰ ἐμπορευόμενοι, δίφρος ἐςὶ κείμενος ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς πόλεως, κατὰ τὸ δυτικὸν μέρος, προσέχων ἐπὶ τὴν ὁδὸν Ἀξιώμεως, μαρμάρινος, ἑνὸς τῶν βασιλευσάντων ἐνταῦθα Πτολεμαίε, ἀπὸ δοκιμασίε μαρμάρε λευκε οἷά εἰσι τὰ τραπέζια τὰ λευκὰ, ἐ μέντοι Προκοννήσιος· ἔχων βάσιν τετράγωνον, καὶ τέσσαρα κιόνια λεπτὰ, μικρὰ, εἰς τὰς τέσσαρας γωνίας, καὶ ἕνα παχύτερον μέσον γεγλυμμένον χοινωτὸν, καὶ ἐπάνω τῶν κιονίων τὸ κάθισμα, καὶ τὸ ἀνακλιτὸν τὸ ὄπισθεν τε θρόνε, καὶ τὰ παρ' ἑκάτερα πλευρὰ, δεξιὰ καὶ ἀριςερά. Ὅλος ὁ δίφρος, καὶ ἡ βάσις, καὶ τὰ πέντε κιόνια, καὶ τὸ κάθισμα, καὶ τὸ ἀνακλιτὸν τὸ ὄπισθεν τε θρόνε, καὶ τὰ παρ' ἑκάτερα πλευρὰ, ὅλα εἷς λίθος γεγλυμμένος, ἔχων ὅλος ὡς πήχεις δύο ἥμισυ, ὡς αἱ παρ' ἡμῖν καλέμεναι

(a) *In maritimâ Æthiopum, Adule* (1) *vocatâ, urbe, quasi duobus à mari milliaribus, Axiomitarum portu, ubi mercaturam ab Alexandriâ scilicet & ab Elâ negotiantes exercemus, Sella est lapidea, sita ad ingressum urbis occidentalem, contigua viæ quâ Axomen itur, ad Ptolemæorum unum qui hîc regnavere spectans, lapide candido pretioso facta, cujusmodi sunt mensæ candidæ, non autem Proconnesio. Basin habet quadratam, &, ad quatuor angulos columellas quatuor, graciles, exiguas, mediam verò unam crassiorem, sculptili contortilique opere; supraque columellas sedem, & reclinatoriam ponè thronum tabulam, & latera ab utrinque dextra & sinistra. Tota ipsa sella, & basis, & columellæ quinque, & sedes, & reclinatoria ponè thronum tabula, & duo utrinque latera; unus sunt lapis sculptilis, habens totus cubitos circiter duos, cum dimidio, eâ quâ apud nos Cathedræ quæ vocantur formâ.*

ναι καθέδραι. Ὄπισθεν δὲ αὐτοῦ τοῦ δίφρου ἄλλο μάρμαρον ἀπὸ Βασανίτου λίθου ἐστὶν ἱστάμενον, ὡσεὶ πηχῶν τριῶν, τετράγωνον, ὡς εἰκὼν, ἧς ἡ κεφαλὴ τὸ μέσον μὲν ὀξὺ ἄνω, τὰ παρ' ἑκάτερα δὲ μικρὸν χαμηλότερα ὡς τύπον τοῦ στοιχείου τοῦ [Λ]λαμβδὰ, ὅλον δὲ τὸ σῶμα τετράγωνον. Νυνὶ δὲ αὐτὴ ἡ εἰκὼν ἐκπεπτωκυῖά ἐστιν ὄπισθεν τοῦ δίφρου, τὸ κάτω πάνυ μέρος αὐτῆς κλασθὲν καὶ ἀπολεσθέν. Ὅλον δὲ τὸ μάρμαρον καὶ ὁ δίφρος πεπληρωμένα γραμμάτων Ἑλληνικῶν. Παρόντι οὖν μοι ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις πρὸ τούτων τῶν ἐνιαυτῶν εἴκοσι πέντε, πλέον ἢ ἔλαττον, ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου, τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως, ὁ τηνικαῦτα βασιλεὺς τῶν (b) Ἀξιωμιτῶν (2) Ἐλεσβαὰν, μέλλων ἐξιέναι εἰς πόλεμον πρὸς τοὺς Ὁμηρίτας τοὺς πέραν, γράφει τῷ ἄρχοντι Ἀδούλης, ἀναλαβεῖν τὰ ἴσα τῶν γεγραμμένων ἐν τῷ δίφρῳ τῷ Πτολεμαϊκῷ, καὶ τῇ εἰκόνι, καὶ ἀποστεῖλαι αὐτῷ. Καλέσας δέ με, ὁ τότε ἄρχων, ὀνόματι Ἀσβᾶς, καὶ ἄλλον ἕνα πραγματευτὴν, ὀνόματι Μηνᾶν, ὃς γενόμενος μονάζων ἐν τῇ Ῥαϊθοῦ οὐ πρὸ πολλοῦ τὸν βίον μετήλλαξε, κελεύει ἡμῖν ἀπελθεῖν καὶ ἀναλαβεῖν τὰ γεγραμμένα. Λαβόντες δὲ δεδώκαμεν τῷ ἄρχοντι, κατασχόντες ἑαυτοῖς τὰ ἴσα,

Verùm ponè ipsam sellam adstat alius Basanitici generis lapis, circiter cubitorum trium, quadrangulus, ad modum tabulæ pictoriæ, cujus caput in medio quidem supernè est acutum, ast utrumque paulo infra latus formam efficit elementi Λαμβδὰ, *& totum subtus corpus est quadrangulum. Jam verò ipsa tabula ponè sellam delapsa est: Parsque ejus infima confracta & deperdita. Totus autem lapis & ipsa sella plena sunt Græcis Literis. Cùm verò præsens iis in locis essem annis abhinc plus minus viginti quinque, sub initium principatûs Justini Romanorum Imperatoris, Elesbaan, tunc (b) Axiomitarum (2) Rex, expeditionem suscepturus contra Homeritas ultra sinum positos, datis ad præfectum Adules literis, jubet desumere exemplar Inscriptorum in sellâ Ptolemaïcâ, tabulâque, & desumptum ad se transmittere. Me igitur accersens is, qui tum præfectus fuit, nomine Asbas, & mecum unà alium negotiatorem, Menam dictum, qui Raïthi monachus factus non ita pridem obiit, ire nos jubet & desumere inscriptionem. Desumptam igitur dedimus præfecto, penes nos item exemplar reti-*

ἃ καὶ νῦν θήσω ἐν ταύτῃ τῇ συγγραφῇ, συμβαλλόμενα ἡμῖν, πρὸς τὴν τῶν τόπων, καὶ τῶν οἰκούντων, καὶ τῶν διαστημάτων εἴδησιν. Ἕυρομεν δὲ καὶ ἐν ὀπισθίοις τοῦ δίφρου γεγλυμμένους, τόν τε Ἡρακλέα, καὶ Ἑρμέα. . . . .

. . . Ἔστιν οὖν ὁ δίφρος καὶ τὸ μάρμαρον ἅμα οὕτως, καὶ αὐτὸς ὁ Πτολεμαῖος.

nientes, quod & huic nunc scripto inseram, valde nobis utile repertum, ad locorum, & incolarum, & distantiarum notitiam. Sculptos etiam à posticâ sellæ parte & Herculem invenimus & Mercurium. . . . . :

. . . . Et sella igitur, & lapis, & ipse Ptolemæus, hunc ferè ad modum se habent.



Cosmæ Topogr. Christian. p. 188.



Vaillant Hist. Ptol. p. 52.

Εἰσὶ δὲ καὶ τὰ γεγραμμένα ἐν τῇ εἰκόνι ταῦτα.

In quadratâ verò tabellâ hæc sunt scripta.

ΒΑΣΙΛΕΥΣΜΕΓΑΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣΥΙΟΣΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜ
ΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΑΡΣΙΝΟΗΣΘΕΩΝΑΔΕΛΦΩΝΤΩΝΒΑ
ΣΙΛΕΩΝΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΒΕΡΕΝΙΚΗΣΘΕΩΝ
ΣΩΤΗΡΩΝΑΠΟΓΟΝΟΣΤΑΜΕΝΑΠΟΠΑΤΡΟΣΗΡΑΚΛΕΟΣΤ
ΟΥΔΙΟΣΤΑΔΕΑΠΟΜΗΤΡΟΣΔΙΟΝΥΣΟΥΤΟΥΔΙΟΣΠΑΡΑΛΑ
ΒΩΝΠΑΡΑΤΟΥΠΑΤΡΟΣΤΗΝΒΑΣΙΛΕΙΑΝΑΙΓΥΠΤΟΥΚΑΙΛ
ΙΒΥΗΣΚΑΙΣΥΡΙΑΣΚΑΙΦΟΙΝΙΚΗΣΚΑΙΚΥΠΡΟΥΚΑΙΛΥΚΙΑΣΚ
ΑΙΚΑΡΙΑΣΚΑΙΤΩΝΚΥΚΛΑΔΩΝΝΗΣΩΝΕΞΕΣΤΡΑΤΕΥΣΕΝ
ΕΙΣΤΗΝΑΣΙΑΝΜΕΤΑΔΥΝΑΜΕΩΝΠΕΖΙΚΩΝΚΑΙΙΠΠΙΚΩΝ

ΚΑΙ

ΚΑΙΝΑΥΤΙΚΟΥΣΤΟΛΟΥΚΑΙΕΛΕΦΑΝΤΩΝΤΡΩΓΛΟΔΥΤΙΚ
ΩΝΚΑΙΑΙΘΙΟΠΙΚΩΝΟΥΣΟΤΕΠΑΤΗΡΑΥΤΟΥΚΑΙΑΥΤΟΣΠ
ΡΩΤΟΣΕΚΤΩΝΧΩΡΩΝΤΟΥΤΩΝΕΘΗΗΡΕΥΣΑΝΚΑΙΚΑΤΑΓ
ΑΓΟΝΤΕΣΕΙΣΑΙΓΥΠΤΟΝΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΑΝΠΟΛΕΜΙΚΗΝ
ΧΡΕΙΑΝΚΥΡΙΕΥΣΑΣΔΕΤΗΣΤΕΕΝΤΟΣΕΥΦΡΑΤΟΥΧΩΡΑΣ
ΠΑΣΗΣΚΑΙΚΙΛΙΚΙΑΣΚΑΙΤΟΥΕΛΛΗΣΠΟΝΤΟΥΚΑΙΘΡΑΚΗ
ΣΚΑΙΤΩΝΔΥΝΑΜΕΩΝΤΩΝΕΝΤΑΙΣΧΩΡΑΙΣΤΑΥΤΑΙΣΠΑ
ΣΩΝΚΑΙΕΛΕΦΑΝΤΩΝΙΝΔΙΚΩΝΚΑΙΤΟΥΣΜΟΝΑΡΧΟΥΣΤ
ΟΥΣΕΝΤΟΙΣΤΟΠΟΙΣΠΑΝΤΑΣΥΠΗΚΟΟΥΣΚΑΤΑΣΤΗΣΑΣΔ
ΙΕΒΗΤΟΝΕΥΦΡΑΤΗΝΠΟΤΑΜΟΝΚΑΙΤΗΝΜΕΣΟΠΟΤΑΜΙ
ΑΝΚΑΙΒΑΒΥΛΩΝΙΑΝΚΑΙΣΟΥΣΙΑΝΗΝΚΑΙΠΕΡΣΙΔΑΚΑΙΜ
ΗΔΙΑΝΚΑΙΤΗΝΛΟΙΠΗΝΠΑΣΑΝΕΩΣΒΑΚΤΡΙΑΝΗΣΥΠΑΥΤ
ΟΝΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣΚΑΙΑΝΑΖΗΤΗΣΑΣΟΣΑΥΠΟΤΩΝΠΕΡ
ΣΩΝΙΕΡΑΕΞΑΙΓΥΠΤΟΥΕΞΗΧΘΗΚΑΙΑΝΑΚΟΜΙΣΑΣΜΕΤ
ΑΤΗΣΑΛΛΗΣΓΑΖΗΣΤΗΣΑΠΟΤΩΝΤΟΠΩΝΕΙΣΑΙΓΥΠΤΟ
ΝΔΥΝΑΜΕΙΣΑΠΕΣΤΕΙΛΕΔΙΑΤΩΝΟΡΥΧΘΕΝΤΩΝΠΟΤΑΜ
ΩΝ. * * * * *

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ εἰκόνι ἐγέγραπτο, ἃ καὶ εὕρομεν σῶσα. Ὀλίγα δὲ ἦσαν τὰ ἀπολόμενα· οὐδὲ γὰρ πολὺ ἦν τὸ κεκλασμένον μέρος αὐτῆς. Εἶτα, ὡς ἐξ ἀκολουθίας, καὶ εἰς τὸν δίφρον ἐγέγραπτο οὕτως.

Hæc nos servavimus inscripta Tabulæ reperta. Pauca verò erant quæ interiere: neque enim magna ejus pars confracta fuit. Alia deinde, sic continuata, & ipsi quoque sellæ sunt inscripta.

ΜΕΘΑΑΝΔΡΕΙΩΣΤΑΜΕΝΕΓΓΙΣΤΑΤΟΥΒΑΣΙΛΕΙΟΥΜΟΥΕ
ΘΝΗΕΙΡΗΝΕΥΕΣΘΑΙΚΕΛΕΥΣΑΣΕΠΟΛΕΜΗΣΑΚΑΙΥΠΕΤΑΞΑ
ΜΑΧΑΙΣΤΑΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΕΘΝΗΓΑΖΗΕΘΝΗΕΠΟΛΕ
ΜΗΣΑΕΠΕΙΤΑΑΓΑΜΗΚΑΙΣΙΓΥΗΝΚΑΙΝΙΚΗΣΑΣΤΗΝΗΜΙΣ
ΕΙΑΝΤΩΝΠΑΡΑΥΤΟΙΣΠΑΝΤΩΝΕΜΕΡΙΣΑΜΗΝΑΥΑΚΑΙΤΙΑ
ΜΩΤΟΥΣΛΕΓΟΜΕΝΟΥΣΤΖΙΑΜΩΚΑΙΤΟΥΣΓΑΜΒΗΛΑΚΑ
ΙΤΑΕΓΓΥΣΑΥΤΩΝΚΑΙΖΙΓΓΑΒΗΝΕΚΑΙΑΓΓΑΒΕΚΑΙΤΙΑΜΑ
ΚΑΙΑΘΑΓΑΟΥΣΚΑΙΚΑΛΑΑΚΑΙΣΕΜΗΝΕΕΘΝΟΣΠΕΡΑΝΤ
ΟΥΝΕΙΛΟΥΕΝΔΥΣΒΑΤΟΙΣΚΑΙΧΙΟΝΩΔΕΣΙΝΟΡΕΣΙΝΟΙΚΟ
ΥΝΤΑΣΕΝΟΙΣΔΙΑΠΑΝΤΟΣΝΙΦΕΤΟΙΚΑΙΚΡΥΗΚΑΙΧΙΟΝΕ
ΣΒΑΘΥΤΑΤΑΙΩΣΜΕΧΡΙΓΟΝΑΤΩΝΚΑΤΑΔΥΝΕΙΝΑΝΔΡΑ
ΤΟΝΠΟΤΑΜΟΝΔΙΑΒΑΣΥΠΕΤΑΞΑΕΠΕΙΤΑΛΑΣΙΝΕΚΑΙΖ
ΑΑΚΑΙΓΑΒΑΛΑΟΙΚΟΥΝΤΑΣΠΑΡΟΡΕΣΙΘΕΡΜΩΝΥΔΑΤΩΝΒ
ΛΥΖΟΥΣΙΚΑΙΚΑΤΑΡΡΥΤΟΙΣΑΤΑΛΜΩΚΑΙΒΕΓΑΚΑΙΤΑΣΥ

ΝΑΥΤΟΙΣΕΘΝΗΠΑΝΤΑΤΑΓΓΑΙΤΑΣΤΟΥΣΜΕΧΡΙΤΩΝΤΗ
ΣΑΙΓΥΠΤΟΥΟΡΙΩΝΟΙΚΟΥΝΤΑΣΥΠΟΤΑΞΑΣΠΕΖΕΥΕΣΘΑΙ
ΕΠΟΙΗΣΑΤΗΝΟΔΟΝΑΠΟΤΩΝΤΗΣΕΜΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣΤΟΠΩ
ΝΜΕΧΡΙΑΙΓΥΠΤΟΥΕΠΕΙΤΑΑΝΝΙΝΕΚΑΙΜΕΤΙΝΕΕΝΑΠΟΚΡ
ΗΜΝΟΙΣΟΙΚΟΥΝΤΑΟΡΕΣΙΣΕΣΕΑΕΘΝΟΣΕΠΟΛΕΜΗΣΑΟΥΣ
ΚΑΙΜΕΓΙΣΤΟΝΚΑΙΔΥΣΒΑΤΩΤΑΤΟΝΟΡΟΣΑΝΕΛΘΟΝΤΑΣ
ΠΕΡΙΦΡΟΥΡΗΣΑΣΚΑΤΗΓΑΓΟΝΚΑΙΕΠΕΛΕΞΑΜΗΝΕΜΑΥΤΩ
ΙΤΟΥΣΤΕΝΕΟΥΣΑΥΤΩΝΚΑΙΓΥΝΑΙΚΑΣΚΑΙΠΑΙΔΑΣΚΑΙΠΑΡ
ΘΕΝΟΥΣΚΑΙΠΑΣΑΝΤΗΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝΑΥΤΟΙΣΚΤΗΣΙΝΡΑ
ΥΣΩΕΘΝΗΜΕΣΟΓΕΙΑΛΙΒΑΝΩΤΟΦΟΡΩΝΒΑΡΒΑΡΩΝΟΙΚΟΥ
ΝΤΑΕΝΤΟΣΠΕΔΙΩΝΜΕΓΙΣΤΩΝΑΝΥΔΡΩΝΚΑΙΣΟΛΑΤΕΕΘΝ
ΟΣΥΠΕΤΑΞΑΟΙΣΚΑΙΤΟΥΣΑΙΓΙΑΛΟΥΣΤΗΣΘΑΛΑΣΣΗΣΦΥ
ΛΑΣΣΕΙΝΕΚΕΛΕΥΣΑΤΑΥΤΑΔΕΠΑΝΤΑΤΑΕΘΝΗΟΡΕΣΙΝΙΣ
ΧΥΡΟΙΣΠΕΦΡΟΥΡΗΜΕΝΑΑΥΤΟΣΕΓΩΕΝΤΑΙΣΜΑΧΑΙΣΠΑ
ΡΩΝΝΙΚΗΣΑΣΚΑΙΥΠΟΤΑΞΑΣΕΧΑΡΙΣΑΜΗΝΑΥΤΟΙΣΠΑΣ
ΑΣΤΑΣΧΩΡΑΣΕΠΙΦΟΡΟΙΣΑΛΛΑΔΕΠΛΕΙΣΤΑΕΘΝΗΕΚΟΝΤ
ΑΥΠΕΤΑΓΗΜΟΙΕΠΙΦΟΡΟΙΣΚΑΙΠΕΡΑΝΔΕΤΗΣΕΡΥΘΡΑΣ
ΘΑΛΑΣΣΗΣΟΙΚΟΥΝΤΑΣΑΡΑΒΙΤΑΣΚΑΙΚΙΝΑΙΔΟΚΟΛΠΙΤΑ
ΣΣΤΡΑΤΕΥΜΑΝΑΥΤΙΚΟΝΚΑΙΠΕΖΙΚΟΝΔΙΑΠΕΜΨΑΜΕΝΟ
ΣΚΑΙΥΠΟΤΑΞΑΣΑΥΤΩΝΤΟΥΣΒΑΣΙΛΕΑΣΦΟΡΟΥΣΤΗΣΓΗΣ
ΤΕΛΕΙΝΕΚΕΛΕΥΣΑΚΑΙΟΔΕΥΕΣΘΑΙΜΕΤΕΙΡΗΝΗΣΚΑΙΠΛ
ΕΕΣΘΑΙΑΠΟΤΕΛΕΥΚΗΣΚΩΜΗΣΕΩΣΤΩΝΣΑΒΑΙΩΝΧΩΡΑΣ
ΕΠΟΛΕΜΗΣΑΠΑΝΤΑΔΕΤΑΥΤΑΤΑΕΘΝΗΠΡΩΤΟΣΚΑΙΜΟΝ
ΟΣΒΑΣΙΛΕΩΝΤΩΝΠΡΟΕΜΟΥΥΠΕΤΑΞΑΔΙΗΝΕΧΩΤΟΝΜΕ
ΓΙΣΤΟΝΘΕΟΝΜΟΥΑΡΗΝΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΝΟΣΜΕΚΑΙΕΓΕΝΝ
ΗΣΕΔΙΟΥΠΑΝΤΑΤΑΕΘΝΗΤΑΟΜΟΡΟΥΝΤΑΤΗΙΕΜΗΙΓΗΙΑ
ΠΟΜΕΝΑΝΑΤΟΛΗΣΜΕΧΡΙΤΗΣΛΙΒΑΝΩΤΟΦΟΡΟΥΑΠΟΔΕ
ΔΥΣΕΩΣΜΕΧΡΙΤΩΝΤΗΣΑΙΘΙΟΠΙΑΣΚΑΙΣΑΣΟΥΤΟΠΩΝΥ
ΠΕΜΑΥΤΟΝΕΠΟΙΗΣΑΑΜΕΝΑΥΤΟΣΕΓΩΕΛΘΩΝΚΑΙΝΙΚΗΣΑ
ΣΑΔΕΔΙΑΠΕΜΠΟΜΕΝΟΣΚΑΙΕΝΕΙΡΗΝΗΙΚΑΤΑΣΤΗΣΑΣΠ
ΑΝΤΑΤΟΝΥΠΕΜΟΙΚΟΣΜΟΝΚΑΤΕΛΘΟΝΕΙΣΤΗΝΑΔΟΥΛΗ
ΝΤΩΙΔΙΙΚΑΙΤΩΙΑΡΕΙΚΑΙΤΩΙΠΟΣΕΙΔΩΝΙΘΥΣΙΑΣΑΣΥΠΕΡΤ
ΩΝΠΛΩΙΞΟΜΕΝΩΝΑΘΡΟΙΣΑΣΔΕΜΟΥΤΑΣΤΡΑΤΕΥΜΑΤΑ
ΚΑΙΥΦΕΝΠΟΙΗΣΑΣΕΠΙΤΟΥΤΩΙΤΟΠΩΙΚΑΘΙΣΑΣΤΟΝΔΕΤ
ΟΝΔΙΦΡΟΝΠΑΡΑΘΗΚΗΝΤΩΙΑΡΕΙΕΠΟΙΗΣΑΕΤΕΙΤΗΣΕΜ
ΗΣΒΑΣΙΛΕΙΑΣ. ΚΖ.

Idem Græcè & Latinè.

Βασιλεὺς (3) μέγας Πτολεμαῖος, υἱὸς βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης θεῶν ἀδελφῶν,

Rex magnus (3) Ptolemæus, filius regis Ptolemæi & reginæ Arsinoes deorum fratrum, regum Pto-

τῶν βασιλέων Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης θεῶν σωτήρων ἀπόγονος, τὰ μὲν (4) ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέος τοῦ Διός, τὰ δὲ (5) ἀπὸ μητρὸς Διονύσου τοῦ Διός, (6) παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν βασιλείαν Αἰγύπτου, καὶ Λιβύης, καὶ Συρίας, καὶ Φοινίκης, καὶ Κύπρου, καὶ Λυκίας, καὶ Καρίας, καὶ τῶν Κυκλάδων νήσων, ἐξεστράτευσεν (8) εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ δυνάμεων πεζικῶν καὶ ἱππικῶν καὶ ναυτικοῦ στόλου, καὶ ἐλεφάντων (7) Τρωγλοδυτικῶν, καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅ τε πατὴρ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐκ τῶν χώρων τούτων ἐθήρευσαν, καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον κατεσκεύασαν πολεμικὴν χρείαν. Κυριεύσας (8) δὲ τῆς τε ἐντὸς Εὐφράτου χώρας πάσης, καὶ Κιλικίας, καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, καὶ Θρᾴκης, καὶ τῶν δυνάμεων τῶν ἐν ταῖς χώραις ταύταις πασῶν, καὶ ἐλεφάντων Ἰνδικῶν, καὶ τοὺς μονάρχους τοὺς ἐν τοῖς τόποις πάντας ὑπηκόους καταστήσας, διέβη (8) τὸν Εὐφράτην ποταμόν, καὶ τὴν Μεσοποταμίαν, καὶ Βαβυλωνίαν, καὶ Σουσιανήν, καὶ Περσίδα, καὶ Μηδίαν, καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν ἕως Βακτριανῆς ὑφ' αὑτὸν ποιησάμενος, καὶ (9) ἀναζητήσας ὅσα ὑπὸ τῶν Περσῶν ἱερὰ ἐξ Αἰγύπτου ἐξήχθη, καὶ ἀνακομίσας μετὰ τῆς ἄλλης γάζης τῆς ἀπὸ τῶν τόπων εἰς Αἴγυπτον, δυνάμεις

lemæi & reginæ Berenices deorum servatorum nepos, genus paternum ducens (4) ab Hercule Jovis filio, maternum (5) verò à Baccho Jovis filio, cùm (6) accepisset à patre regnum Ægypti, & Libyæ, & Syriæ, & Phœnices, & Cypri, & Lyciæ, & Cariæ, & Cycladum insularum; expeditionem (8) fecit in Asiam cum vi pedestri equestrique, & classe nauticâ, & elephantis (7) Troglodyticis Æthiopicisque, quos & pater ejus, & ipse, ex istis primi sedibus, venatu ceperunt, abductosque in Ægyptum ad belli usum habiles reddiderunt. Nactus (8) autem dominium totius intra Euphratem regionis, & Ciliciæ, & Pamphyliæ, & Ioniæ, & Hellesponti, & Thraciæ, & cunctarum in hisce regionibus copiarum, necnon & elephantorum Indicorum, post omnes, qui in locis erant, monarchas subditos sibi factos, trajecit (8) Euphratem fluvium: cùmque suæ fecisset ditionis Mesopotamiam, & Babyloniam, & Susianam, & Persidem, & Mediam, reliquasque omnes Bactrianam usque regiones, & (9) perquisivisset, quæcunque à Persis ex Ægypto avectæ fuerant, res sacras, easque cum aliâ ex locis congestâ gazâ,

ἀπέστειλε

ἀπέστειλε [10] διὰ τῶν ὀρυχθέντων ποταμῶν. * * *

Μεθ' ἃ ἀνδρείως τὰ μὲν [11] ἔγγιστα τοῦ βασιλείου μου ἔθνη εἰρηνεύεσθαι κελεύσας ἐπολέμησα καὶ ὑπέταξα μάχαις τὰ ὑπογεγραμμένα ἔθνη. [c] Γάζη [12] ἔθνη ἐπολέμησα, ἔπειτα Ἀγάμη καὶ Σιγύην, καὶ νικήσας τὴν ἡμίσειαν τῶν παρ' αὐτοῖς πάντων ἐμερισάμην. [d] Ἄυα [13] καὶ Τιαμῶ, τοὺς λεγομένους Τζιαμῶ, καὶ τοὺς Γαμβηλὰ, καὶ τὰ ἐγγὺς αὐτῶν, καὶ [e] Ζιγγαβηνὲ, καὶ Ἀγγαβὲ, καὶ Τιαμὰ, καὶ Ἀθαγαοὺς, καὶ Καλαὰ, καὶ Σεμῆνε ἔθνος πέραν τοῦ Νείλου, ἐν δυσβάτοις καὶ χιονώδεσιν ὄρεσιν οἰκοῦντας, ἐν οἷς διαπαντὸς νιφετοὶ καὶ κρύη καὶ χιόνες βαθύταται, ὡς μέχρι γονάτων καταδύειν ἄνδρα, τὸν ποταμὸν διαβὰς ὑπέταξα. Ἔπειτα [f] Λασινὲ, καὶ Ζαὰ, καὶ Γαβαλὰ, οἰκοῦντας παρ' ὄρεσι θερμῶν ὑδάτων βλύζουσι καὶ καταῤῥύτοις, Ἀταλμῶ καὶ Βεγὰ, καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς ἔθνη πάντα. [14] Ταγγαΐτας τοὺς μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας ὑποτάξας πεζεύεσθαι ἐποίησα τὴν ὁδὸν ἀπὸ τῶν τῆς ἐμῆς βασιλείας τόπων μέχρι Αἰγύπτου. Ἔπειτα Ἀννινὲ καὶ Μετινὲ ἐν ἀποκρήμνοις οἰκοῦντα ὄρεσι. [g] Σεσέα [h] ἔθνος ἐπολέμησα, καὶ μέγιστον καὶ δυσβατώτατον ὄρος

in Ægyptum reportâsset, copias submisit [10] *per manufactos amnes.*

Postea re viriliter gestâ, & proximis [11] *regiæ meæ gentibus ad pacem redire jussis, debellavi, & subjectas mihi reddidi, has quæ sunt subscriptæ gentes.* [c] *Gaze* [12] *gentes bello petii, deinde Agame, & Siguen, victorque partem omnium quæ apud illos erant dimidiam mihi retinui.* [d] *Ava* [13] *& Tiamo, vocatos etiam Tziamo, & Gambela, & quæ sunt ipsis proxima, &* [e] *Zingabene, & Angabe, & Athagaos, & Calaa, & Semene gentem ultra Nilum, in aviis & nivosis montibus habitantes, ubi omnimodo pruinæ & glacies, & nives profundissimæ, ut vel genua tenus vir ingrediatur, trajecto flumine, subjeci: Deinde* [f] *Lasine, & Zaa, & Gabala habitantes in diruptis montibus, quique aquis calidis scaturiunt Atalmo Begaque, gentesque tractûs istius omnes.* [14] *Tangaitas ad Ægypti usque confinia habitantes cùm subegissem, viam feci quà tutò pedibus iretur à subjectis mihi locis usque Ægyptum. Deinde Anine & Metine in præcipitibus habitantes montibus.* [g] *Sesea* [h] *gentem bello petii, eosque re-*

ἀνελθόντας περιφρουρήσας κατήγαγον, καὶ ἐπελεξάμην ἐμαυτῷ τούς τε νέους αὐτῶν, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, καὶ παρθένους, καὶ πᾶσαν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς κτῆσιν. (h) Ῥαυσῶ ἔθνη μεσόγεια λιβανωτοφόρων Βαρβάρων οἰκοῦντα ἐντὸς πεδίων μεγίστων ἀνύδρων, καὶ (h) Σολατε ἔθνος ὑπέταξα, οἷς καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς θαλάσσης φυλάσσειν ἐκέλευσα. Ταῦτα δὲ πάντα τὰ ἔθνη ὄρεσιν ἰσχυροῖς πεφρουρημένα αὐτὸς ἐγὼ ἐν ταῖς μάχαις παρὼν νικήσας καὶ ὑποτάξας ἐχαρισάμην αὐτοῖς πάσας τὰς χώρας ἐπὶ φόροις. Ἄλλα δὲ πλεῖστα ἔθνη ἑκόντα ὑπετάγη μοι ἐπὶ φόροις. Καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης οἰκοῦντας Ἀραβίτας (i) καὶ Κιναιδοκολπίτας στράτευμα ναυτικὸν καὶ πεζικὸν διαπεμψάμενος καὶ ὑποτάξας αὐτῶν τοὺς βασιλέας, φόρους τῆς γῆς τελεῖν ἐκέλευσα, καὶ ὁδεύεσθαι μετ' εἰρήνης καὶ πλέεσθαι. Ἀπό τε (k) Λεύκης (15) κώμης (l) ἕως τῶν Σαβαίων χώρας (16) ἐπολέμησα. Πάντα δὲ ταῦτα τὰ ἔθνη πρῶτος, καὶ μόνος βασιλέων τῶν πρὸ ἐμοῦ, ὑπέταξα. Δι' ἣν ἔχω τὸν μέγιστον θεόν μου Ἄρην εὐχαριστίαν, ὅς με καὶ ἐγέννησε, δι' οὗ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὁμοροῦντα τῇ ἐμῇ γῇ, ἀπὸ μὲν ἀνατολῆς μέχρι τῆς

cedentes in maximum & difficillimum accessu montem quum custodiâ positâ cinxissem, deduxi in planum, & delegi mihi eorum juvenes & uxores, & pueros, & virgines, omnemque quæ suppetebat illis possessionem. (h) *Rhauso gentem mediterraneam thuriferorum Barbarorum habitantem intra maximos inaquosos campos, & Solate* (h) *etiam gentem subjugavi, quos & oras maris præsidiis occupare jussi. Has verò omnes gentes, robustis montibus circumseptas, cùm in pugnis præsens ipse devicissem, & subjugâssem, omnes eis regiones gratiosè vectigales dedi. Sed & plurimæ aliæ gentes sponte se mihi vectigales dediderunt. Quin & trans mare Rubrum habitantes Arabitas* (i), *& Cinædocolpitas, misso exercitu nautico & pedestri, subjugatisque eorum regibus, jussi terræ tributa pendere; pacatoque iri itinere tum pedestri tum maritimo. Regiones etiam ab* (k) *Albo* (15) *vico Sabæos* (l) *usque debellavi. Has verò primus ego, solusque regum qui ante me fuerunt, gentes omnes subjugavi. Quamobrem gratias habeo maximo Deo meo Marti, qui me etiam genuit, cujus ope gentes omnes ditioni meæ*

Λιβανωτοφόρου, ἀπὸ δὲ δύσεως μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας καὶ (m) Σάσου τόπων, ὑπ᾽ ἐμαυτὸν ἐποίησα· ἃ μὲν αὐτὸς ἐγὼ ἐλθὼν καὶ νικήσας, ἃ δὲ διαπεμπόμενος. Καὶ ἐν εἰρήνῃ καταστήσας πάντα τὸν ὑπ᾽ ἐμοὶ (17) κόσμον, κατῆλθον εἰς τὴν Ἀδούλην τῷ Διῒ, καὶ τῷ Ἄρεϊ, καὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσιάσαι (18) ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων. Ἀθροίσας δέ μου τὰ στρατεύματα, καὶ ὑφ᾽ ἓν ποιήσας, ἐπὶ τούτῳ τῷ τόπῳ καθίσας τόνδε τὸν (n) δίφρον, παραθήκην τῷ Ἄρεϊ, ἐποίησα (o) ἔτει τῆς ἐμῆς (19) βασιλείας ΚΖ.

conterminas, ab oriente usque ad Thuriferam, ab occidente verò usque ad Æthiopiæ (m) Sasique loca, subditas mihi feci: alias quidem ipse veniendo vincens, alias legatis à me missis. Cùmque totum sub me rege (17) mundum in pace constituissem, descendi Adulen sacrificatum Jovi, & Marti, & Neptuno (18) pro navigantibus. Collectis verò & adunatis exercitibus, hoc in loco quum consedissem, (n) sellam hanc, Depositum Marti, feci (o) anno (19) regni mei vicesimo septimo.

Cosmæ, & Montfauconii ad Monumentum Notæ, literulis signatæ.

(a) Ἐν τῇ Ἀδούλῃ, *Adule*, ex quâ mare adjacens sinus Adulitanus vocabatur, vide Ptolemæum. *Montfauconii.*

(b) Ἐλεσβαὰν, *Elesbaan* Rex Axomitarum, eâ quam Cosmas memorat expeditione, Homeritarum regnum delevit, pulso Dunaano rege Judaicæ religionis, qui immanem in Christianos carnificinam exercebat. Qui Elesbaan alio nomine Calebus vocabatur, à Græcis pariter & Arabibus & Æthiopibus celebratus, atque in sanctorum fastos relatus est. Hujus mentionem habent Nonnosus in Photio, Metaphrastus, Callistus, Abulpharagius. Hæc pluribus recensita videas apud Jobum Ludolphum, accuratissimum rerum Æthiopicarum interpretem & indagatorem. *Montfauconii.*

(c) Γάζη *Gaza.* Ex nominibus Æthiopicis quæ sequuntur pleraque hodierni usûs in Æthiopiâ sunt, quæ nos pro facultate indicabimus, eâ tamen cautione ut ne nimium conjecturis indulgeamus. Gaza in Æthiopiâ pro loco aut gente peculiari non occurrit; sed Hodierni Habessini regnum suum Gheeza vocant: an verò id ipsum Inscriptio, Gazam à Ptolemæo in Æthiopiâ subjugatam memorans, significet, ignoratur. Quæ mox sequitur Ἀγάμη, Agame vel Agami, jam Agamia dicitur, estque præfectura regni Tigræ: nec ex nominis similitudine tantùm eadem esse deprehenditur, sed etiam quia quæ mox recensentur loca, pleraque huic vicina sunt. De Σιγύη nihil reperio. *Montfauconii.*

(d) Ἄυα καὶ Τιαμῶ, quæ item Τζιαμῶ vel Τζίαμα dicebatur. Eo nomine præfectura quædam regni Tigræ hodieque proximè Agamiam exstat, *Tzama.* De Ava nihil habemus, nisi fortè dicas esse præfecturam Tigræ quæ dicitur *Afa.* De Γάμβηλα occurrit nihil. *Montfauconii.*

(e) Καὶ Ζιγγαβηνὲ καὶ Ἀγγαβὲ, καὶ Τιαμὰ καὶ Ἀθαγαοὺς καὶ Καλαὰ καὶ Σεμηνέ. De duobus primis nihil succurrit. De Tiama verò conjectare licet esse aliam præfecturam Τιαμῶ cognominem in regno Bagamedra, nec procul positam, Tzama dictam. *Athagaos:*

gaos: duæ ſunt in Habeſſiniâ regiones nomine *Aguo*, quarum alterutra hîc fortaſſe indicatur. De Calaa nihil. Semene verò aut Samine, mox ſequens, eſt certiſſimè regio Samen vel Semen hodierna: nam & nomen conſentit adprimè, & præruptis nivoſiſque montibus plena eſſe narratur. *Montfauconii.*

(f) Ἔπειτα Λασινὲ, καὶ Ζαὰ, καὶ Γαβαλὰ. Hæ gentes hactenus ita vocantur. *Coſmæ.*

(g) Σεσέα ἔθνος ἐπολέμησα. *Seſea Gentem debellavi.* Hîc Barbariæ gentes indicat. *Coſmæ.*

(h) Seſea, Rauſo & Solate ad Barbariam pertinent. Barbaria autem regio erat maritima; ultra fretum Arabici ſinûs, ut ait plerumque Coſmas, quæ item Thurifera vocabatur. *Montfauconii.*

(i) Ἀῤῥαβίτας καὶ Κιναιδοκολπίτας. Gentes quæ in Homerite ſunt ſignificat, id eſt, Felicis Arabiæ populos. *Coſmæ.*

(k) Ἀπό τε Λεύκης Κώμης. In partibus Blemmyum vicus eſt nomine Leucogen. *Coſmæ.*

(l) ἕως τῆς Σαβαίων χώρας. Sabæorum item Regio in Homerite eſt. *Coſmæ.*

(m) καὶ Σάσου τόπων. Hæc Saſi regio ultima Æthiopum eſt, ubi etiam multum auri reperitur, quod dicitur Tancharas. Ulterius autem eſt Oceanus & regio Barbareotarum qui Thuris exercent mercaturam. *Coſmæ.*

(n) τόνδε τὸν δίφρον. Et hæc quidem in ſellâ ſcripta ſunt. Porrò uſque in præſentem diem ante hanc ſellam reos capitali pœnâ adficiunt. In Semenem verò, ubi nix & glacies eſſe dicitur, Rex Axiomitarum eos mittit, quos exſilii pœnâ mulctat. *Coſmæ.*

(o) ἔτει τῆς ἐμῆς βασιλείας ΚΖ. i. e. anno regni noſtri viceſimo ſeptimo. Eſt itaque hic unus ex iis qui regnârunt Ptolemæis, ſive Philometor, ſive Euergetes ſecundus, ſive is qui Dionyſus dictus. Nam ii ultra viginti ſeptem annos regnârunt.

Levis iſte *Coſmæ* commentariolus, idemque non levis error. Etenim ſcripta eſt in hoc lapide vera illa Euergetis Primi Hiſtoria, qui viginti ſex annos integros & viceſimi quoque ſeptimi partem aliquam regnavit. Verùm attende, bone lector: Hæc non intellexit, adeóque non finxit Coſmas. *Vide notam è noſtris ultimam.*

Noſtræ ad Monumentum Notæ, ſignatæ numeralibus.

(1) Ἀδούλῃ λιμένι Ἀξιωμιτῶν. *Maritimâ Æthiopum, Adule vocatâ, urbe, Axiomitarum portu.* Eadem Plinio lib. 6. c. 29. *oppidum Aduliton* ſeu, ut poſtea habet, *Adulitarum, maximum Emporium Troglodytarum, etiam Æthiopum. Abeſt* (inquit) *à Ptolemaide ad fauces Rubri maris quinque dierum navigatione:* Ab Axumis autem, tradente ſic Nonnoſo apud Photium, itinere dierum quindecim. ἡ δὲ Ἄξουμις (inquit) πόλις ἐστὶ μεγίστη, καὶ οἷον μητρόπολις τῆς ὅλης Αἰθιοπίας. i. e. *Eſt verò Axumis urbs maxima, totius quaſi Æthiopiæ metropolis.*

(2) ὁ τηνικαῦτα βασιλεὺς Ἀξιωμιτῶν Ἐλεσβαάν. *Rex tunc Axiomitarum Elesbaan.* Congruit his idem ille Nonnoſus Hiſtoriæ Legationum apud Photium Auctor, ipſe ſcilicet legatus ab Imp. Juſtiniano miſſus, idque paulo poſt Coſmæ noſtri negotiationem, πρὸς τὸν τῶν Ἀξιωμιτῶν βασιλέα. Ἐλεσβαὰς δὲ τότε ἐκράτει τοῦ ἔθνους. i. e. *ad Axiomitarum Regem. Genti verò tum imperitabat Elesbaas.* Photii Cod. iii.

(3) Βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος, υἱὸς βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης θεῶν ἀδελφῶν, τῶν βασιλέων Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης θεῶν Σωτήρων ἀπόγονος. i. e. *Rex magnus Ptolemæus Filius Regis Ptolemæi & reginæ Arſinoes, deorum Fratrum, Regum Ptolemæi & Reginæ Berenices deorum Servatorum nepos.*

Geminata in hoc prooemio ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ & ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ elogia anſam Begero præbuere dubitandi de Antiquitate Monumenti. Hactenus enim in Ptolemaicæ familiæ nummis, non niſi ſimplex ΘΕΩΝ ſupra Soteris & Berenices capita, ſimplexque ΑΔΕΛΦΩΝ ſupra Philadelphum & Arſinoen comparuerant. At ſtatim aureus eſt repertus poſt hæc objecta nummus, cum jugatis capitibus hinc Ptolemæi Soteris & Berenices, illinc Philadelphi & Arſinoes; illis quidem ſine Epigrapha; his verò integrum

tegrum præferentibus, ut in hâc Inſcriptione Adulitanâ, ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ elogium. Singularem hujuſmodi nummum opportunè orbi erudito ſuppeditavit Clariſſ. Vaillantius. *Hiſt. Ptol. Regum pag.* 52. Iſque ſub initiis Ptolemæi Euergetis ſignatus fuit; tum ſcilicet cùm Philadelphum recens defunctum conſecraret Euergetes, ut Arſinoem prius defunctam Philadelphus ipſe conſecraverat. Clarè igitur ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ titulum nummus hâc Epigraphâ inſignis explicat: nec minus clarè ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ, hoc eſt, Soteris & Berenices *Divorum ſervatorum* titulum, Bucolici Poetæ carmen: Qui tamen Ἀρωγὼς pro Σωτῆρας, *Auxiliatores* pro *Servatores*, Poeticâ ſuadente, dixit. *Theocriti Id.* 17.

Μητρὶ φίλᾳ καὶ πατρὶ θυώδεας εἵσατο νηώς.
Ἐν δ' αὐτὼς χρυσῷ περικαλλέας ἠδ' ἐλέφαντι
Ἵδρυσεν, πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀρωγώς. i. e.

Struxit odoriferum matrique patrique ſacellum:
Interiuſque ipſos elephanto auroque decoros,
Humano auxilium generi, duo numina fecit.

Sed & alterum objectum à Begero eſt, nullos fuiſſe Philadelpho ex Arſinoe conjuge & ſorore liberos; clarè illud traditum à Pauſaniâ; & proinde, ſi verum fuerit, actum eſſe de Monumento. At nihil minus, inſigniſſime Begere. E contrario, nova hinc orta lux, & teſtimonium Antiquitati redditum. Jure enim adoptivo & legitimo Divæ Arſinoes filium ſe tulit Euergetes: unde prælatus eſt iſte minùs ſolens verborum ordo ΥΙΟΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΑΡΣΙΝΟΗΣ pro alio longè uſitatiore ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΑΡΣΙΝΟΗΣ ΥΙΟΣ. Iterum ut uno eodemque jure, hoc eſt naturæ ipſius, non adoptionis lege, tum Berenices tum Soteris nepotem ſe innueret, admiſſa eſt inſolita locutio, ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ pro ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΒΕΡΕΝΙΚΗΣ ἀπόγονος. Hanc interim adoptionem à Theocriti Scholiaſte accipe, *ad Idyl.* 17. Πτολεμαίῳ τῷ Φιλαδέλφῳ συνῴκει πρότερον Ἀρσινόη ἡ Λυσιμάχου, ἀφ' ἧς καὶ τοὺς παῖδας ἐγέννησεν, Πτολεμαῖον, καὶ Λυσίμαχον, καὶ Βερενίκην. Ἐπιβουλεύουσαν δὲ ταύτην εὑρὼν, . . . ἐξέπεμψεν εἰς Κοπτὸν . . καὶ τὴν οἰκείαν ἀδελφὴν Ἀρσινόην ἔγημε, καὶ εἰσεποιήσατο αὐτῇ τοὺς ἐκ τῆς προτέρας Ἀρσινόης γεννηθέντας παῖδας. i. e. *Ptolemæo Philadelpho primo conjuncta fuit Arſinoe Lyſimachi F. ex quâ & liberos ſuſcepit, Ptolemæum* (*hoc* eſt *Euergetem* noſtrum) *Lyſimachum, & Berenicem. Hanc autem contra ſe conſpirantem cùm detexerat, ablegavit eam Coptum in exilium, propriamque ipſius ſororem Arſinoem maritam duxit. Eique ex Arſinoe priore genitos adoptavit liberos.* Priorem igitur Arſinoen, damnatum, injuſſum, nulliſque uſpiam aut nummis aut monumentis honorandum nomen jure ſiluit Euergetes; alteram rectè inſcribens adoptivam matrem, & *Divæ ſororis* & *Veneris Zephyritidis* titulo, impensè ab Ægyptiis cultam.

(4) Τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέος τοῦ Διός. Paterno genere à Jove per Herculem ducto gloriatur; id quod Soteri Ptolemæo cum Alexandro Magno commune, intra ipſam Ptolemæorum aulam, Philadelpho & Euergeti æqualis, Theocritus Poeta cecinit.

Ἄμφοιν γὰρ πρόγονος σφὶν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας. i. e.
His Heraclides proavus communis utriſque. Idyl. 17.

(5) Τὰ δὲ ἀπὸ μητρὸς Διονύσου τοῦ Διός. Qui matrem naturâ Arſinoen ſuperiùs ſilebat, hìc genus per eam ductum non ſilet Euergetes. Sed palam facit eam genitam à Lyſimacho; Lyſimachum generis ſui Auctorem perhibuiſſe Bacchum. Hæc duo memorata genera demonſtrant prius illud ΥΙΟΣ ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ i. e. *Filius Divorum Fratrum*, nonniſi ſenſu adoptionis, quoad matrem accipi. Aliter idem eſſet Euergeti & Paternum & Maternum genus. Sanè ex fratre & ſorore uterinâ genitis diverſum eſſe non poteſt.

(6) Παραλαβὼν παρὰ πατρὸς, κ. τ. λ. i. e. *cùm accepiſſet à patre regnum.* De tradito Euergeti à Philadelpho patre imperio, Monumento plenè concinit Theocritus.

Καὶ

Καὶ μὰν Φοινίκας ἀποτέμνεται, Ἀῤῥαβίας τε,
Καὶ Συρίης, Λιβύης τε, κελαινῶν τ' Αἰθιοπήων.
Παμφυλίοισί τε πᾶσι καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσι
Σημαίνει, Λυκίοις τε φιλοπτολέμοις τε Κάρεσσι,
Καὶ νάσοις Κυκλάδεσσιν——Idyl. 17.

Partim Phœnicas, partim Libyasque Syrosque,
Atque Arabas partim sibi vendicat, Æthiopasque,
Pamphyliosque omnes, Cilicasque hastile gerentes,
Et Lyciam, Cariamque, & Cycladas æquore sparsas.

(7) μετὰ ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅ τε πατὴρ αὐτοῦ καὶ αὐτὸς πρῶτος ἐκ τῶν χώρων τούτων ἐθήρευσαν. i. e. *cum Elephantis Troglodyticis Æthiopicisque, quos & regis pater, & rex ipse Euergetes primi ex sedibus istis venatu ceperunt.* Philadelphus huic venatui unicè intentus Ptolemaidem condidit in sinu Arabico, ea ratione Ptolemaidem Θηρῶν & ἐπὶ θήρας i. e. *venaticam* cognominatam. Eumque Agatharcides à Photio excerptus *primum* dicit *instituisse Elephantorum atque ejusmodi belluarum venationem.* Quod tamen cautius & verius in Inscriptione nostrâ de Troglodyticis & Æthiopicis elephantis, perque eas solummodo regiones venatione, affirmatur. Simili restrictione Hieronymus ad Danielem cap. xi. *Narrant* (inquit) *Historiæ Ptolemæum Philadelphum habuisse elephantos, quos primus eduxit ex Æthiopiâ, quadringentos.* Indicorum enim usum elephantorum quis non novit antiquiorem?

(8) ἐξεστράτευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν, κ. τ. λ. . . . κυριεύσας δὲ ἐντὸς Εὐφράτου χώρας πάσας, κ. τ. λ. . . . . διέβη τὸν Εὐφράτην ποταμόν. i. e. *Expeditionem in Asiam fecit, redactaque omni intra Euphratem regione, trajecit fluvium.* Hoc est quod Historicè attigit Appianus in Syriacis p. m. 201. Πτολεμαῖος ὁ Φιλαδέλφου . . . ἐς Συρίαν ἐνέβαλε, καὶ ἐς Βαβυλῶνα ἤλασε. i. e. *in Syriam impetu facto Babylonem usque penetravit.* Propheticè vero Daniel cap. xi. ℣. 7. *veniet cum exercitu, & ingredietur provinciam regis Aquilonis, & abutetur eis & obtinebit.* Hieronymus quoque in Danielem commentatus, *abusus est eis*, inquit, & *obtinuit, in tantum ut Syriam caperet, & Ciliciam, superioresque partes trans Euphratem, & propemodum universam Asiam.* Unde & Josephus contra Apionem. l. 2. c. 5. Τρίτος Πτολεμαῖος, ὁ λεγόμενος Εὐεργέτης, κατασχὼν ὅλην Συρίαν κατὰ κράτος, οὐ τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ θεοῖς χαριστήρια τῆς νίκης ἔθυσεν· ἀλλὰ παραγενόμενος εἰς Ἱεροσόλυμα πολλὰς, ὡς ἡμῖν νόμιμόν ἐστιν, ἐπετέλεσε θυσίας τῷ θεῷ, καὶ ἀνέθηκε ἀναθήματα τῆς νίκης ἄξια. i. e. *Ptolemæus tertius, cognomine Euergetes, cùm totam vi Syriam obtinuerat,* non *illis in Ægypto diis victoriæ charisteria sacrificavit: sed præsens Hierosolymis multa, ritu nostro, Deo peregit sacrificia, & digna istâ victoriâ donaria sacravit.*

(9) ἀναζητήσας ὅσα ὑπὸ τῶν Περσῶν ἱερὰ ἐξ Αἰγύπτου ἐξήχθη, καὶ ἀνακομίσας εἰς Αἴγυπτον. i. e. *cùm perquisivisset quæcunque à Persis ex Ægypto avectæ fuerant, res sacras, easque unà cum aliâ ex locis congestâ gazâ in Ægyptum reportâsset.* En & rem, & verba sacræ Danielis prophetiæ c. xi. ℣. 8. omnimodè respondentia. *Insuper & Deos eorum & Sculptilia, vasa quoque pretiosa auri & argenti, captiva ducet in Ægyptum.* Quibus addendus Hieronymus & servata ab eo Historia, lapidis non minus quàm prophetiæ interpres. *Ptolemæus, cognomento Euergetes, diripiens regnum Seleuci quadraginta millia talentorum argenti tulit; & vasa pretiosa, simulacraque deorum duo millia quingenta, in quibus erant quæ Cambyses, captâ Ægypto, in Persas asportaverat. Denique gens Ægyptiorum, quia post multos annos deos eorum retulerat, Euergetem eum appellavit.* Suffragatur his prolatus à Vaillantio Thebanorum nummus, hinc habens caput Jovis, illinc aquilam cum epigraphe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ. Hi scilicet hunc cognominis honorem primi detulisse visi, læti ob restituta sacra, quæ Cambyses, incenso apud Thebas Jovis templo, spoliaverat. *vid. Herodot lib. 3. cap. 24.*

(10) διὰ τῶν ὀρυχθέντων ποταμῶν. i. e. *per manufactos amnes.* Διώρυγας vero intelligit, hoc est alveos circa Euphratem, non dissimiles iis qui circa Nilum, ductos. Per eos

Z scilicet,

ſcilicet, exundante ſub æſtatem flumine, ab Aſſyriâ Arabiam verſus ſubmittendæ erant Ptolemæi copiæ. Interim ποταμὺς, hoc eſt amnes ſive fluvios, eos vocat, non aliter atque eorum unum Palacottam, alias Pallacopam, ab Appiano & Arriano nominatum novimus. Cui tamen ἐϛι διώρυξ ὁ Παλλακόπας ἐκ τῦ Εὐφράτυ, ὐχὶ δὲ ἐκ πηγῶν τις ἀνίσχων ποταμός. i. e. *Alveus eſt Pallacopas ex Euphrate ductus, non à ſuis fontibus exoriens fluvius.* Arrianus de expedit Alex. l. 7. c. 21. conferendus & Straboni lib. XVI. de his ipſis circa Euphratem alveis agenti.

(11) μεθ' ἃ τὰ μὲν ἔγγιϛα τῦ βασιλείυ ἔθνη εἰρηνεύεσθαι κελεύσας. i. e. *Poſt debellatam Aſiam, finitimis circa regiam gentibus, ad pacem redire juſſis.* Hæc omnino pertinent ad compreſſam in Ægypto ſeditionem iſtam, quam & Juſtinus memoravit & Hieronymus. Hic enim Ptolemæum in terram ſuam tum reverſum tradit, *cùm audiſſet in Ægypto ſeditionem moveri.* Ille verò; (lib. 27. c. 2.) *niſi in Ægyptum domeſticâ ſeditione revocatus eſſet [Ptolemæus] totum regnum Seleuci occupâſſet.*

(12) Γάζη ἔθνη. i. e. *Gaza Gentes.* Duas credo intelligi, quarum utriuſque clarè ſatis & explicita apud Plinium mentio, lib. 6. cap. 29. *Gaza oppidum,* inquit, *promontorium, & portus Moſſylytes, quo Cinnamomum devehitur. Hucuſque Seſoſtris exercitum duxit. Aliqui unum Æthiopiæ oppidum ultra ponunt in littore, Baragaza,* i. e. maritimum Gaza.

(13) Ἄυα i. e. *caſtellum Aven.* Ejus notitia à Nonnoſo eſt apud Photium *Cod.* iii. μέγιϛον ἐφάνη θέαμα περὶ χωρίον Ἄυην προσονομαζόμενον (κεῖται δὲ ἡ Ἄυη ἐν μέσῳ τῆς τε τῶν Αὐξυμιτῶν ϗ τῶν Ἀδυλιτῶν πόλεως) ἐλεφάντων πλῆθος ὐκ ὀλίγον, ἀλλὰ σχεδὸν ὅσον χιλιάδων πέντε. i. e. *Maximum oblatum eſt ſpectaculum circa caſtellum Aven dictum (eſt verò Ave inter Axumitarum & Adulitarum urbem media) elephantorum nempe multitudo non exigua, imò millia ferme quinque.*

(14) Ταγγαΐτας, cod. Vaticano ἔθνη Ταγγαΐτῶν. *Tangaitarum gentem.* At verò Iſ. Voſſius, qui Florentinam hanc evolverat inſcriptionem, ejuſque præ Romanâ integritatem mirum in modum deprædicat in aureolis ad Pomponium Melam obſervationibus, non Ταγγαΐτας legit, ſed Παγγαΐτας· In quo judicium & conjecturam ſuam ſecutus videtur vir doctiſſimus, potius quam elementi in MS. ductum. Nimirum id egit Voſſius, ut Diodori Siculi, & Ptolemaici noſtri marmoris, & emendati à ſe Melæ auctoritate demonſtraret, Panchaiam, decantatam à Poetis Thuriferam regionem, non Arabiæ Felicis, at Æthiopiæ fuiſſe portionem. *Iſ. Voſſius ad P. Melam. l. 3. c.* 8.

(15) ἀπὸ Λευκῆς Κώμης, *ab Albo vico.* Ejus ſcilicet cujus meminit Strabo lib. XVI. Ælius Gallus, inquit, miſſus ab Auguſto Cæſare ἧκεν εἰς Λευκὴν κώμην τῆς Ναβαταίων γῆς, ἐμπορεῖον μέγα. i. e. *pervenit ad Album vicum, Nabatæorum regionis, emporium magnum.* Hujus verò, ſaltem hoc nomine, emporii nulla videtur fuiſſe celebritas Coſmæ noſtri tempore: aliter illud intra Blemmyum in oppoſitâ continente fines, mercator, & navigator tantus, non quæſiſſet. *vide Coſmæ notam k.*

(16) ἐπολέμησα — χώρας — ἔθνη — i. e. *debellavi regiones, gentes.* Quod multoties in hâc Inſcriptione verbum iſtud ἐπολέμησα cum caſu quarto conſtruatur; nihil in eo peccatum eſt contra ſyntaxin grammaticalem: ſed Helleniſticum eſt, veram laudatæ inſcriptionis & originem & antiquitatem prodens. Id enim, ignotum claſſicis ſcriptoribus, utramque facit paginam in Verſione LXX-virali, eodem, ac ipſa inſcriptio, & tempore & loco natâ. Ex. gr. Iſa. xxxvi. 10. ἀνέβημεν ἐπὶ χώραν ταύτην πολεμῆσαι αὐτήν. xxix. 1. πόλις... ἣν ἐπολέμησε Δαβίδ. Pſal. cxxviii. 1. πλεονάκις ἐπολέμησάν με. Jer. XLVIII. 10. ᾤχοντο πολεμεῖν αὐτόν. Pari ratione inferiùs in inſcriptione legitur κατῆλθον εἰς τὴν Ἀδύλην θυσιάσαι, cui ſimilem conſtructionem alibi vix reperies quam apud LXX. Ex gr. 2. Paralip. XXVI. 16. εἰσῆλθεν Ὀζίας εἰς τὸν ναὸν κυρίυ θυμιάσαι. ut omittam ἐχαρισάμην, εὐχαριϛίαν ἔχειν, τῇ ἐμῇ γῇ, aliaque quæ à Claſſicis parciùs adhibita, huic tamen inſcriptioni cum Helleniſticis communia notabit Lector. De iſtâ quidem Helleniſticâ, rectè ſic vocatur necne, nondum inter doctos convenit. At de re ipsâ, hoc eſt an mutationem paſſa ſit Græca lingua, occaſione Macedonum in Ægypto & Syriâ regnantium, nemo unquam dubitaverit.

(17) Πάντα

(17) Πάντα ὑπ' ἐμοὶ κόσμον. *Totum sub me Rege mundum.* Κόσμος & *mundus* non semper universum absolute sumptum, sed & aliquando partem aliquam Universi insigniorem significant. Græcè igitur Clemens *in Ep. ad Romanos*, οἱ μετ' Ὠκεανὸν κόσμοι. Latinè Propertius, *lib.* 4. *eleg.* 3. *Cogor & è tabulâ pictos ediscere mundos.*

(18) Θυσιάσαι ὑπὲρ τῶν πλωιζομένων. *Sacrificatum pro navigantibus.* Ecce titulum Euergeti certe nostro bene notum & familiarem: qui nempe Pharum Alexandrinum, à patris ejus, Regis Ptolemæi Philadelphi, anno primo, condecoraverat: ΣΩΣΤΡΑΤΟΣ ΚΝΙΔΙΟΣ ΔΕΞΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΙΣ ΣΩΤΗΡΣΙΝ ΥΠΕΡ ΠΛΩΙΖΟΜΕΝΩΝ. Vide Strabonem l. XVII. & Luciani *Quom. scrib. sit Historia.* Plinium vero lib. 36. cap. 12.

(19) ἔτει τῆς ἐμῆς βασιλείας ΚΖ. *Anno Regni mei* 27. Annum ita lego vicesimum septimum, ut in Vaticano codice, numeralibus expressum. Huic enim respondent nummi Ptolemaici, annum regni modo simili notantes; ut & lapis iste Chronographus (qui tamen est sequioris ævi) Menandri Poetæ ætatem sic designans. ΜΕΝΑΝΔΡΟϹ. ΔΙΟΠΕΙΘΟΥϹ. ΚΗΦΙϹΙΕΥϹ. ΕΓΕΝΝΗΘΗ. ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΟϹ. ϹΩϹΙΓΕΝΟΥϹ. ΕΤΕΛΕΥΤΗϹΕΝ. ΕΤΩΝ. Ν̄. ΚΑΙ. Β̄. . . . ΕΠΙ. ΑΡΧΟΝΤΟϹ. ΦΙΛΙΠΠΟΥ. ΚΑΤΑ ΤΟ Β̄. ΚΑΙ. Λ̄. ΕΤΟϹ. ΤΗϹ. ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ. ϹΩΤΗΡΟϹ. ΒΑϹΙΛΕΙΑϹ. *Grut.* MXXVII. *Vid. Dodwelli de Dicæarcho Dissert. p.* 52. *& animadversa ad Gruteri Pag.* CMXVIII. *Epigr.* 12.

Non pauci olim Ptolemæo nostro Euergeti tantummodo 25. regni annos tribuerunt, secuti nempe Canonem regum à Nabonassaro deductum. Is verò Canon ad rationes Astronomicas, non Historicas compositus, nulla regnandi agnoscit initia, nisi (ut inquit Censorinus) *à primo die mensis ejus, cui apud Ægyptios nomen est Thoth.* Qui igitur ratione ista Astronomica viginti quinque annos regnaverit, Historicâ veritate integros viginti sex implere potuit Euergetes. Et totidem implesse quidem, inter recentiores Chronographos, asserit Lydiatus nostras; de emendatione temporum pag. 91. *extincto Ptolemæo Euergete postquam regnaverat* 26. *annos, Ægypti regnum adeptus est ejus filius Ptolemæus Philopator.* Idem aliquanto plenius inter veteres Historicos Auctor Josephus adstruit, secundùm exemplar Antiquitatum in Collegio Novo Oxoniæ servatum. Μετὰ δὲ τὸν Φιλάδελφον τὴν βασιλείαν κατέσχε Πτολεμαῖος, ὁ καλούμενος Εὐεργέτης, ἐπὶ ὅλοις ἔτεσιν κς. i. e. *Post Philadelphum regnum obtinuit Ptolemæus, cognomine Euergetes, viginti sex totis annis.* Vide Josephum a doctiss. Hudsono editum, pag. 519. Hæc satis innuere videntur quod expressum est in monumento nostro; inchoatum nempe fuisse annum regni vicesimum septimum; quem quidem vincendi, regnandi, vivendi finem habuit Euergetes.

Nodum aliter solvit ὁ μακαρίτης Henr. Dodwellus, in Historicis certè & Chronographicis, immensâ Vir doctrinâ, & promptissimo ingenio Auctor. Numero ille Canonis Astronomici nimio plus adstrictus "Annum, inquit, regni ΚΖ huic Euergeti tri- " buit Monumentum Adulitanum. Is numerus si rectè se habeat, eum quoque cum " patre commune biennium habuisse necesse erit, ut habuit cum avo pater. *Vide supra laudatam de Dicæarcho dissertationem p.* 56. *inter veteres Geographos Oxon.* 1703.


Nihil moramur de Monumento Adulitano, judicium dicam, an præjudicium, Cl. Joannis Harduini; in suis certè Conjectoris audacissimi; at de alienis mortalium, quos terra tulit, suspiciosissimi; cuique nihil sincerum visum in omni antiquâ Latinitate, præter Tullium, Plinium, Maronis Georgica, Flacci Sermones & Epistolas, Inscriptiones admodum paucas, Fastosque nonnullos. *Vide ejus Chron. vet. Test. pag.* 168. *& de nummis Herodiadum p.* 60. Huic scilicet, ut & Cl. Begero, displicuere conjunctim lecta ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ vobabula. Utrique igitur in his notis eâdem operâ responsum est. Statque contrà clarus ille à Vaillantio, bono literarum fato, prolatus nummus. *vide supra pag.* 76, 83.

N. B. pag. 73. lin. 19. legendum, *Jacobus Sponius.* p. 80. l. 20. *genu tenus.*

Ptole-

Ptolemæus & Cleopatra Dii Philometores.

CUM rariſſima ſit Regum Ptolemæorum in lapidibus antiquis mentio, huic qui præceſſit Ptolemæi Euergetis monumento ſubjungi meretur Cypria, quæ ad manum eſt, Inſcriptio, Ptolemæi ſexti & Cleopatræ ejus uxoris ſororiſque, titulis inſignis. Debetur illa viro eruditiſſimo, amicitiâque mecum conjunctiſſimo, Rev. S. Liſle, S. T. P. qui propriâ eam manu, apud Citium olim urbem, oppidum nunc *Larnaka*, exſcripſit.



Vaillant Hist. Ptol. pag. 103.

ΗΠΟΛΙΣ
ΑΓΙΑΝΔΑΜΟΘΕΤΟΥΚΡΗΤΑΤΟΝΑΡΧΙΣΩΜΑΤΟΦΥΛΑΚΑ
ΚΑΙΕΠΙΤΗΣΠΟΛΕΩΣΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣΒΑΣΙΛΕΑΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ
ΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΑΝΚΛΕΟΠΑΤΡΑΝ
ΤΗΝΑΔΕΛΦΗΝΘΕΟΥΣΦΙΛΟΜΗΤΟΡΑΣΚΑΙΤΑΤΕΚΝΑ
ΑΥΤΩΝΚΑΙΤΗΣΕΙΣΑΥΤΗΝΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ.

Ἡ πόλις

Ἁγίαν (1) Δαμοθέτου Κρῆτα, Ἀρχισωματοφύλακα (2), καὶ ἐπὶ τῆς πόλεως, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς βασιλέα (3) Πτολεμαῖον, καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν, τὴν ἀδελφὴν, θεοὺς Φιλομήτορας, καὶ τὰ τέκνα (4) αὐτῶν, καὶ τῆς εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας.

Hoc honore proſecuta eſt Citienſium Civitas

Hegiam (1) *Damothetæ F. Cretenſem, è primoribus* (2) *corporis cuſtodiariis, & Civitatis præfectum, virtutis ergô, & benevolentiæ erga regem* (3) *Ptolemæum, & reginam Cleopatram Sororem, Deos Philometoras, liberoſq;* (4) *eorum, & beneficentiæ erga ipſam civitatem.*

 Ad

Ad Inscriptionem notæ.

(1) Ἀγίαν *Hegiam.* Id nominis, Ἡγίαν varietate dialecti scriptum, habemus apud Laertium, inter curatores Platonis Testamenti; & apud Polybium, *inter Phocæensium* legatos ad Antiochum Seleuci missos.

(2) ἀρχισωματοφύλακα. Ita & Pseudo-Aristeas, in LXXII interpretum historiâ, Ptolemæi Philadelphi memorat Σωσίβιον τὸν Ταραντῖνον καὶ Ἀνδρέαν ἀρχισωματοφύλακας. Erant enim tum circa Alexandrum M., tum circa ejus in regnis successores, ἀρχισωματοφύλακες & σωματοφύλακες· primores nempe, & inferiores *corporis custodiarii.* Ita vocem verto auctoritate Inscriptionis Latinæ CORPOR. CUSTODIARIOR. superiùs jam pag. 35. allatæ. Primores erant qui in Macedonum aulis Regis φίλοι, i. e. amici, vocabantur; inferiores qui, è nobilissimis familiis, in eundem ordinem juvenes allecti, officium obibant à Curtio, lib. 5. c. 1. descriptum. *Inter epulas,* inquit, *hi sunt regis ministri: iidemque equos ineunti prælium admovent, venantemque comitantur;* & *vigiliarum vices ante cubiculi fores servant.*

(3) Βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν ἀδελφὴν, θεὰς Φιλομήτορας. Hi geniti iisdem parentibus, Rege Ptolemæo Epiphane, & Cleopatrâ Antiochi magni Filiâ, grato in matrem animo, quòd Patri superstes & regno & matrimonio eos sociaverat, *Philometoras, hoc est, matris amatores,* se ferebant: nec *Philometoras* solùm, sed & *Deos Philometoras:* exemplo eorum quos in præcedente monumento vidimus, ΘΕΩΝ ΣΩΤΗΡΩΝ, & ΘΕΩΝ ΑΔΕΛΦΩΝ. Nisi quod hi mortui à successoribus, illi à se vivi consecrarentur. Præclarus ille quem Vaillantio debemus nummus, hos Ptolemæo honores anno regni 14, hoc est ante Christum 165, delatos testatur. Eosdem cum reginâ Cleopatrâ, sorore conjuge, communicatos hæc primum inscriptio prodidit.

Cleopatra, mortuo Philometore, & alteri uterino fratri Regi Ptolemæo Euergeti II. nupsit. Ejus igitur, aut ejus ex Philometore Filiæ, Cleopatræ, quam postea idem Euergetes II. uxorem duxit, mentio est in marmore, olim Delio, nunc Oxoniensi.

ΜΑΡΚΟΝΣΥΓΓΕΝΗ
ΒΑΣΙΛΕΩΣΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
ΚΑΙΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣΚΑΙ
ΕΠΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ
ΛΥΚΙΟΣΚΑΙΓΑΙΟΣΠΕΔΙΟΙΓΑΙΟΥΥΙΟΙ
ΡΩΜΑΙΟΙΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙ
ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣΚΑΙΤΗΣΕΙΣΕΑΥΤΟΥΣ
ΕΥΝΟΙΑΣ　　ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΡΤΕΜΙΔΙ

i. e. MARCUM. COGNATUM. REGIS. PTOLEMAEI. EUERGETIS. ET. REGINAE. CLEOPATRAE. ET. PROPRAETOREM. LUCIUS. ET. CAIUS. PEDII. CAII. FILII. ROMANI. VIRTVTIS. ERGO. ET. BONITATIS. ET. ERGA. IPSOS. BENEVOLENTIAE. *posuere.* APOLLINI. DIANAE.


(4) καὶ τὰ τέκνα *& liberos,* pro consuetâ nempe in Aulâ Ptolemæorum formulâ. Hinc Philometoris avus Ptolemæus ipse Philopator, datâ de Judæis Epistolâ, 3 Macc. vii. Ἐρρώμεθα καὶ αὐτοὶ καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. i. e. *Valemus & nos & liberi nostri.* Pseudo-Aristeas quoque in spuriâ ad Philadelphum datâ. Αὐτός τε ἔρρωσο, καὶ ἡ βασίλισσα Ἀρσινόη, ἡ Ἀδελφὴ, καὶ τὰ τέκνα καλῶς ἂν ἔχοι. i. e. *Et tu ipse, & Regina Arsinoe, soror vestra, & liberi bene valeant.* Ubi cautè liberos; nec Ptolemæi dixit, nec Arsinoes: quia diverso jure, hujus erant adoptione, illius naturâ liberi. Ut enim omnia finxerit, at omnia rei disconvenientia non finxit Aristeas. *vid. Mon. Adul. Not.* 2.

Donaria Apollinis Didymei.

GRYPS cum LYRA.



Sculptura supra Templi Milesii Epistylium.





ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΔΙΔΥΜΕΥΣ *è Caligulæ nummo.*

ULtrò nos vocat, & remoratur aliò properantes, reviſendus iterum inſignis Mileſius lapis: is nempe quem Regis Seleuci Monumentum à fronte ornat. Ab initio enim plura alia cuſtodiit *Donaria Apollinis Didymei*, dextro lævoque ejus lateri commiſſa, quorum partem nobis invidit longa ætas; partem ipſa maculavit, quæ locum obſidet, barbaries; at partem aliquam ſervavit felix Sherardi diligentia, poſthàc dum ſtabunt literæ, nec interire, nec ſordeſcere metuentem. Quod ergo primum hîc inſequitur, priore ſui parte ſatis integrum, & regis Pruſiæ nomine nobilitatum, ætatem ſpondet annorum ante Chriſtum plus minus 155. Secundum & Tertium, cùm eidem ſint inſcripta lapidi, par eſt ut ad idem fere tempus referantur.

I.

ΕΠΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΤΟΥΘΕΟΥ
* ΘΕΟΚΡΙΤΟΥΤΟΥΜΕΤΑΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΠΡΟΦΗΤΕΟΥΝΤΟΣΔΕΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ
ΤΟΥΜΕΝΙΣΤΡΑΤΟΥΚΑΤΑ
ΠΟΙΗΣΙΝΔΕΜΕΝΑΝΔΡΟΥΤΟΥΜΑΙΩ
ΝΟΣΤΑΜΙΕΥΟΝΤΩΝΔΕΚΑΙΠΑΡ
ΕΔΡΕΥΟΝΤΩΝΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΔΗΜ....
.ΥΤΟΥΠΑΣΙΩΝΟΣΕΚΑΤΑΙΟΥΤΟΥ
ΑΡΤΕΜΩΝΟΣΤΑΔΕΑΝΕΤΕΘΗΤΩΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΥΔΡΙΑΕΦΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗ

* in apogr. ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ

.ΑΠΟΛΛΩΝΟΣΔΙΔΥΜΕΩΣΟΛΚΗΝΑΓ
ΟΥΣΑΑΛΕΞΑΔΡΕΙΑΣΧΙΛΙΑΣΤΕΤΡΑΚ
ΟΣΙΑΣΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑΦΙΑΛΗΑΠΟΛΛΩ
ΝΟΣΔΙΔΥΜΕΩΣΕΚΤΗΣΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣΗΣ
ΑΠΑΡΧΗΣΥΠΟΒΑΣΙΛΕΩΣΠΡΟΥΣΙΟΥΟΛ
ΚΗΝΑΓΟΥΣΑΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣΤΡΙΑΚΟΣΙΑΣ
ΚΥΞΙΚΗΝΩΝΦΙΑΛΗΟΛΚΗΝΑΓΟΥΣΑΑΛΕ
ΞΑΝΔΡΕΙΑΣΕΚΑΤΟΝΚΡΑΤΕΟΥΤΟΥΚΡΑΤ.
ΚΟΥΦΙΑΛΗΟΛΚΗΝΑΓΟΥΣΑΜΙΛΗΣΙΑΣΕ
ΝΕΝΗΚΟΝΤΑΚΑΝΟΥΝΤΗΣΦΥΛΗΣΑΣΩ
ΤΙΔΟΣΟΛΚΗΝΑΓΟΝΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣΠΕΝΤ
ΑΚΟΣΙΑΣΒΑΣΙΛΕΩΣΠΡΟΥΣΙΟΥΠΡΟΥΣΙΑΔΕΣ
ΔΥΟΟΛΚΗΝΑΓΟΥΣΑΙΗΜΕΝΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ
ΟΚΤΑΚΟΣΙΑΣΕΙΚΟΣΙΗΔΟΚΤΑΚΟΣΙΑΣΤΡΙΑ
ΚΟΝΤΑΕΞΛΙΒΑΝΩΤΙΣΧΡΥΣΗΑ
ΠΟΛΛΩΝΟΣΚΑΙΑΡΤΕΜΙΔΟΣΟΛΚΗΝΑΓΟΥΣΑ
ΧΡΥΣΟΥΣΕΚΑΤΟΝΤΟΔΕΕΜΒΟΛΟΝΑΥΤΗΣΑΡ
ΓΥΡΟΥΝΑΓΟΝΔΡΑΧΜΑΣΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑΤΡΕΙΣΟ
ΒΟΛΟΝΕΝΑΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣΚΑΜΑΣΑΡΤΗΣΣΚΥΦΟΣ
ΧΡΟΥΣΟΥΣΟΛΚΗΝΑΓΩΝΧΡΥΣΟΥΣΕΚΑΤΟΝΟΓΔΟ
ΗΚΟΝΤΑΕΠΤΑΗΜΙΧΡΥΣΟΝ.ΑΡΤΕΜΩ * * *
* * * * * * * * * * * *

Ἐπὶ Στεφανηφόρου τοῦ θεοῦ Θεοκρίτου τοῦ Μελαμηνοδώρου, προφητεύοντος δὲ [1] Ἀντιπάτρου τοῦ Μενιστράτου, κατὰ πόιησιν δὲ Μενάνδρου τοῦ Μαιῶνος, ταμιευόντων [2] δὲ καὶ παρεδρευόντων ἐν τῷ Ἱερῷ Δημητρίου τοῦ Πασίωνος, Ἑκαταίου τοῦ Ἀρτέμωνος, τάδε ἀνετέθη τῷ Ἀπόλλωνι. Ὑδρία, ἐφ' ἧς ἐπιγραφὴ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΔΙΔΥΜΕΩΣ, ὁλκὴν ἄγουσα Ἀλεξανδρείας χιλίας τετρακοσίας ἐνενήκοντα. Φιάλη Ἀπόλλωνος Διδυμέως ἐκ τῆς ἀποσταλείσης [3] ἀπαρχῆς ὑπὸ βασιλέως [4] Προυσίου, ὁλκὴν ἄγουσα

Sub Dei Stephanephoro Theocrito F. Metamenodori, Propheta verò [1] *Antipatro F. Menistrati, Poetâ Menandro F. Mæonis, Præfectis* [2] *Ærarii, & Adsessoribus in Templo Demetrio F. Pasionis, Hecatæo F. Artemonis, dedicata hæc Apollini fuere. Hydria, super quam inscriptio* APOLLINIS DIDYMEI, *pondere æquans drachmas Alexandrinas mille quadringentas nonaginta. Phiala Apollinis Didymei ex* [3] *primitiis quæ missæ sunt à Rege* [4] *Prusia, pondere æquans Alexandrinas trecentas. Cyzice-*

Ἀλεξ-

Ἀλεξανδρείας τριακοσίας. Κυζικηνῶν Φιάλη, ὁλκὴν ἄγουσα Ἀλεξανδρείας ἑκατόν. Κρατέου τοῦ Κρατίκου Φιάλη, ὁλκὴν ἄγουσα Μιλησίας ἐνενήκοντα. Κανοῦν τῆς φυλῆς Ἀσώτιδος, ὁλκὴν ἄγον Ἀλεξανδρείας πεντακοσίας. Βασιλέως Πρυσίου [5] Πρυσιάδες δύο, ὁλκὴν ἄγουσαι, ἡ μὲν Ἀλεξανδρείας ὀκτακοσίας εἴκοσι, ἡ δ' ὀκτακοσίας τριάκοντα ἕξ. Λιβανωτὶς χρυσῆ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος, ὁλκὴν ἄγουσα χρυσοῦς ἑκατόν· τὸ δὲ ἔμβολο[ν αὐτῆς ἀρ]γυροῦν, ἄγον δραχμὰς τεσσαράκοντα τρεῖς, ὄβολον [ἕνα. Βασιλίσσης Καμασάρτης σκύφος] χρυσοῦς ὁλκὴν ἄγων χρυσοῦς ἑκατὸν ὀγδοήκοντα ἑπτὰ, ἡμίχρυσον. Ἀρτεμω [6] * * * * * *

norum Phiala, pondere æquans Alexandrinas centum. Crateæ F. Cratici Phiala, pondere æquans Milesias nonaginta. Canistrum tribûs Asotidis, pondere æquans Alexandrinas quingentas. Regis Prusiæ [5] Prusiades duæ, pondere æquantes, una quidem Alexandrinas octingentas viginti; altera verò octingentas triginta sex. Acerra thuraria aurea Apollinis & Dianæ, pondere æquans aureos centum: ejusque repagulum argenteum, æquans drachmas quadraginta tres, obolum [unum. Reginæ Camasartæ scyphus] aureus, pondere æquans aureos centum octoginta septem, cum dimidio. Artemo [6] * * * * *

II.

* fic ΕΠΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥ*ΠΡΟΦΗΤΕΥ
ΟΝΤΟΣΒΑΒΩΝΟΣΤΟΥΑΓΗΜΑΝΤΟΥΤΑΜΙΕΥ
ΟΝΤΟΣΔΕΚΑΙΠΑΡΕΔΡΕΥΟΝΤΟΣΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΚ
* fic ΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ*ΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥΤΑΔΕΑΝΕ
ΤΕΘΗΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΑΘΗΝΑΙΟΥΤΟΥΤ . . .
ΩΣΦΙΑΛΗΒΟΗΓΙΑΙΝΙΚΗΣΑΝΤΟΣΕΦΗΣΕΠΙ
ΓΡΑΦΗΟΛΚΗΕΠΙΧΩΡΙΑΙΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑΚΥΞΙΚΗ
ΝΩΝΦΙΑΛΗΕΦΗΣΕΠΙΓΡΑΦΗΟΛΚΗΑΛΕΞΑΝΔ
ΡΕΙΑΙΕΚΑΤΟΝ.

Ἐπὶ Στεφανηφόρου Μενεκράτου, προφητεύοντος Βάβωνος τοῦ Ἀγημάντου, ταμιεύοντος δὲ καὶ παρεδρεύοντος ἐν τῷ Ἱερῷ Καλλικράτου τοῦ Ἀπολλωνίου τάδε ἀνετέθη τῷ Ἀπόλλωνι. Ἀθηναίου τοῦ Τ . . .

Sub Stephanephoro Menecrate, Propheta Babone F. Agemanti, Præfecto Ærarii, & adsessore in Templo, Callicrate F. Apollonii, dedicata hæc Apollini fuere. Athenæi F. T . . . .is Phiala Bo-

ὡς φιάλη (7) Βοηγίᾳ νικήσαντος, ἐφ᾽ ἧς ἐπιγραφὴ [ὁλκὴ] ἐπιχώρειαι ἐνενήκοντα. Κυζικηνῶν φιάλη ἐφ᾽ ἧς ἐπιγραφὴ, ὁλκὴ Ἀλεξάνδρειαι ἑκατόν.

um (7) *venatu victoris, ſuper quam inſcriptio,* pondus *drachmæ noſtræ Mileſiæ nonaginta. Cyzicenorum phiala ſupra quam inſcriptio, pondus Alexandrinæ centum.*

III.

ΕΠΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΕΥΚΡΑΤΟΥ* ΤΟΥ..... * ſic
..ΠΡΟΦΗΤΕΥΟΝΤΟΣΔΕΑΝΤΗ......
..ΤΟΥΕΥΑΝΔΡΙΔΟΥΤΑΜΙΕΥΟΝΤΩΝΔΕΚΑΙ
ΠΑΡΕΔΡΕΥΟΝΤΩΝΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΛΕΩΔΑΜ
ΑΤΟΥΔΑΜΙΔΟΣΙΑΣΟΝΟΣΤΟΥΜΥΩΝΙΔΟΥ
ΤΑΔΕΑΝΕΤΕΘΗΤΩΙΑΠΟΛΛΩΝΙΕΣΧΑΡΙΣΧΡΥΣ
ΗΟΛΚΗΝΑΓΟΥΣΑΧΡΥΣΟΥΣΠΕΝΤΑΚΟΣΙΟΥΣΗΠΡΟ
ΣΕΝΕΧΘΕΙΣΑΥΠΟΤΩΝΑΝΔΡΩΝΤΩΝΑΙΡΕΘΕ
ΝΤΩΝΕΠΙΤΑΣΚΑΤΑΣ * * * * * * * * * *

Ἐπὶ Στεφανηφόρου Εὐκράτου τοῦ . . . . προφητεύοντος δὲ Ἄντη . . . . . τοῦ Εὐανδρείδου, ταμιευόντων δὲ καὶ παρεδρευόντων ἐν τῷ Ἱερῷ Λεωδάμα τοῦ Δάμιδος, Ἰάσονος τοῦ Μυωνίδου, τάδε ἀνετέθη τῷ Ἀπόλλωνι. Ἐσχαρὶς χρυσῆ ὁλκὴν ἄγουσα χρυσοῦς πεντακοσίους, ἡ προσενεχθεῖσα ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν τῶν αἱρεθέντων ἐπὶ τὰς κατασ (8) * * * *

Sub Stephanephoro Eucrate F. . . . . Prophetâ verò Ante . . . . . F. Euandridæ, Præfectis Ærarii, & Adſeſſoribus in Templo, Leodamâ F. Damidis, Jaſone F. Myonidis, dedicata hæc Apollini fuêre. Thuribulum aureum pondere æquans aureos quingentos, oblatum à viris qui electi fuere ad * * * * * * * *

Ad Donaria Apollinis Didymei notæ.

(1) Προφητεύοντος Ἀντιπάτρου, κατὰ ποίησιν δὲ Μενάνδρου. i. e. *Prophetâ Antipatro, Poetâ verò Menandro.* Prophetæ, Mileſii hujus oraculi miniſtri, forte ſolebant eligi. Quod teſtatur inſcriptio, ſecundæ hujus operis parti reſervata, Προφητης. αμα. και. Κριταρχης. φλαβιανος. λαβων. παρα. της. πατριδος. την. προφητειαν. ανακληρωτει. κ. τ. λ. Cùm verò forte electi omnes poetico ingenio non eſſent præditi, his aliquando ſubſtitutus eſt Poeta, qui edenda à Prophetâ reſponſa metricè componeret. Cui ſimile eſt quod, de Delphico agens oraculo, nos docet Strabo. Ibi nempe Pythiam, hoc eſt Prophetam fœminam, vaticinari quidem tum metricè, tum proſaicè, ἐντείνειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπουργοῦντας τῷ Ἱερῷ. i. e. *Poetas quoſdam templi adminiſtros proſaica in metrum vertere.* Strab. lib. ix.

(2) Ταμιευόντων δὲ καὶ παρεδρευόντων ἐν τῷ Ἱερῷ. i. e. *Præfectis Ærarii, & adſeſſoribus in Templo.* Iidem illi, quibus ſacri Theſauri concredita eſt cuſtodia, adſidebant etiam in Templo, πάρεδροι inde Ἀπόλλωνος vocati, de quæſtionibus juris, ut apud Delphos Amphictyones, conſiliarii, & judices, conſtituti. Sic enim τὸ Ἀμφικτυονικὸν σύστημα i. e. *Collegium Amphictyonicum* deſcribit Strabo lib. ix. *tanquam* περί τε τῶν κοινῶν βουλευσόμενον, καὶ τοῦ Ἱεροῦ τὴν ἐπιμέλειαν ἔξον κοινοτέραν, ἅ τε καὶ χρημάτων ἀποκειμένων πολλῶν, καὶ ἀναθημάτων, φυλακῆς, καὶ ἁγιστείας δεομένων μεγάλης. i. e. *de re communi, & de commiſſâ ſibi Templi procuratione, conſulturum, utpote multis ibi depoſitis & pecuniis & donariis, ſummâ cum curâ & ſanctitate cuſtodiendis.*

(3) ἐκ τῆς ἀπαρχῆς. i. e. *ex primitiis donaria.* Idem videmus in hoc oraculo Mileſio, quod & de Delphico Strabo retulit; hoc eſt, ἀποκεῖσθαι ἐν θησαυροῖς ἀπὸ λαφύρων ἀνατεθέντα, ἐπιγραφὰς σώζοντα, ἐν αἷς καὶ οἱ ἀναθέντες. i. e. *repoſita eſſe in theſauris donaria è manubiis dedicata inſcriptiones ſervantia & in iis dedicantium nomina.*

(4) ἐκ τῆς ἀποσταλείσης ἀπαρχῆς ὑπὸ βασιλέως Προυσίου. i. e. *è primitiis miſſis à rege Pruſiâ.* Pruſias hîc intelligendus eſt regum Bithyniæ ejus nominis tertius, Κυνηγὸς i. e. *Venator* appellatus; primitiæque ab eo miſſæ, ex ſpoliis forſitan Attalicis, poſt direptam urbem Pergamum, & Æſculapium Pruſiæ ipſius humeris avectum, anno ante Chriſtum 156. Interim patratum Pergami ſcelus palpato Didymeo Apolline deſultoriæ vir religionis penſare voluit. Hujuſque rei, eo quo decebat more, meminit Scymnus Chius, Poeta Geographus, in Senariis Nicomedi Pruſiæ *Cynegi* F. dicatis ℣. 55.

Διὸ καὶ τῇ προθέσει, σύμβουλον ἐπελεξάμην	*Hujus participem conſilî feci Deum,*
Τὸν συγκατορθώσαντα καὶ τῷ σῷ πατρὶ	*Qui proſperavit, ſic enim audio, tui*
Τὰ τῆς βασιλείας πρότερον, ὡς ἀκούομεν,	*Olim parentis regna, quique etiam tibi,*
Παρά σοί τε, βασιλεῦ, γνησίως τιμώμενον	*Rex magne, ſemper verâ & conſtanti fide,*
Κατὰ πάντα· Τὸν Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Διδύμοις λέγω,	*Fuit honoratus, in Didymis Apollinem*
Τὸν καὶ θεμιστεύοντα, καὶ μουσηγέτην. i. e.	*Reſponſa dantem, muſarumque præſidem.*

Ubi collaudans veram iſtam Nicomedis & conſtantem in Deum fidem contrariæ Pruſiam inconſtantiæ non obſcurè inſimulavit auctor: Ejus nempe quam Polybius apertiùs depictam dedit. Ἅμα μὲν θύειν, κ. τ. λ. i. e. " ſimul victimas cædere, iiſque placare " divinum numen, omnemque aram atque menſam præter morem modumque colere, " quod, in genua prolapſus, & muliebri timore tremulus, facere ſolebat Pruſias, ſi- " mul eadem ſacra deturpare, iiſque deſtructis contumeliam divino numini infer- " re, quis hæc non eſſe dicat animi inſanientis opera? *de virt. & vit. p. m.* 1468.

(5) Προυσιάδες δύο. *Pruſiades duæ.* Poculorum genus, ab ipſo donatore Pruſiâ id nominis ſortitum, ut à Seleuco Σελευκίδες, ab Antigono Ἀντιγονίδες. Προυσιὰς (inquit Athenæus lib. xi.) ὅτι τὸ ποτήριον ἐξορθόν ἐστιν, κ. τ. λ. i. e. *Quòd Pruſias ſit rectum poculum, & à Pruſiâ rege Bithyniæ, luxu ac mollitie famoſo, ſic vocatum, teſtatur Nicander Chalcedonius.* Neque abhorret ab his nummus, cujus anticam occupat Rex ipſe Pruſias; poſticam verò rectum Pruſias poculum; non, ut optimo Spanhemio viſum, *ſingularis velut cithara.* de præſt. numiſ. p. 514.






(6) ΑΡΤΕΜΩ * * ſuperſunt hujus inſcriptionis mutili tres verſiculi, è quibus nihil ſani certive eruendum, excepto quòd legatur, ΦΙΑΛΙΟΝ ΟΛΚΗΣ ΡΟΔΙΩΝ ΕΙΚΟΣΙ——

(7) Βοηγία, i. e. *Boum ſeu Taurorum venatu.* Is apud Theſſalos inſtitutus poſtea cum Ionibus colonis in Aſiam unà commigravit. Ibi Epheſi, proximâ Mileſiis urbe, frequentatum ſcribit Auctor Artemidorus; Smyrnæ verò annuum fuiſſe teſtatur antiquum marmor, olim Smyrnæum, nunc, ex Seldeni teſtamento, Oxonienſe; in-

ſcriptum

ſcriptum ΤΑΥΡΟΚΑΘΑΨΙΩΝΗΜΕΡΑΒ. i. e. *ſpectaculi* quod vocatur *Taurocathapſiæ die ſecundo.* Æri illud inciſum, luculentéque à doctiſſimo Prideauxio inter Marmora Oxonienſia explicatum, contemplare Lector. Nugantur verò veteres Gloſſatores Philoxenus aliique, qui *Pilæ* reddunt ταυροκαθαψίαι, & ταυροκαθαψίαι vice verſâ *Pilæ.* Erant enim ſpectaculum ab his toto genere diverſum, *jactatæ à Tauris pilæ,* ταυρελάρειοι ab iiſdem Gloſſatoribus rectè fortaſſis dictæ; de quibus Martialis *lib. Spect.* 19, 22. *Jactat ut impoſitas Taurus ad aſtra pilas.* At ταυροκαθαψίαι ipſiſſima fuere noſtra Βοηγία, *Taurorum ſcilicet venatio:* ſecundùm optimum vocis interpretem, pæclarum lapidem Oxonienſem, in quo ſculptæ ad vivum figuræ, id ipſum quod Plinius & Suetonius, tantùm non loquuntur. Quorum hic in vitâ Claudii *cap.* 21. *Exhibuit,* inquit, *Theſſalos equites, qui feros Tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntque defeſſos, & ad terram cornibus detrahunt.* Ille vero *Nat Hiſt. l.* 8. *c.* 45. *Theſſalorum gentis inventum eſt, equo juxtà quadrupedante cornu intortâ cervice tauros necare.*



(8) ΑΙΡΕΘΕΝΤΩΝ ΕΠΙ ΤΑΣ * * Hîc viſum fugere incipiunt, qui extitere olim quadraginta ſeptem verſiculi. Ornabant verò eundem lapidem & tres alii, mutatis nominibus his planè gemini, ſed imperfecti, & nullo nunc momento tituli.

Monumenta Teia.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ *Bacchus*  ΤΗΙΩΝ. *Teiorum.*

IN ipſo Ioniæ meditullio olim florebat Teos, indigenis hodiè *Bodrùn,* Græcarum ſiqua alia civitatum, ſub Lydorum & Perſarum jugo, ſervitutis ſemper impatientiſſima. Quam verò nacta eſt libertatem beneficio Athenienſium, aut Macedonum in Aſiâ dominantium, eam ſolicitè admodum cuſtodiit; palpatis Antiocho M. & Philippo, Syriæ & Macedoniæ regibus, mox etiam miſſis ad Romanos, ad Ætolos, & quamplurimos Cretæ populos,

pulos,

pulos, legationibus. Apud hos omnes id unicè agebant Teii, ut ſibi novum jus Aſyli, ratione territorii Baccho nuper conſeſecrati, ratum firmumque haberetur. Ut verò eorum poſtulatis benignè atque amicè quis reſponderit, prorſus illud ſeu Decretum, ſeu Epiſtolam, in lapides retulêre Teii: Quorum hodieque, in ipſo oppido *Bodrùn*, & in vicinis circumquaque villulis, agriſque non pauci proſtrati jacent. Una autem, diverſi ab his generis, concepta Dirarum Formula, ad antiquiora longè tempora, ipſo Anacreonte Teio haud inferiora, referenda eſt. Æquum igitur ut, illis ſuo ordine ſecuturis, ab hocce potius exordiamur, mirâ poſt Sigeum lapidem, & ætate, & raritate monumento.

Teiorum Diræ.

DEFIGI *diris deprecationibus nemo non metuit*, inquit Plinius, lib. 28. c. 2. Dirarum verò obnuntiatio apud Græcos olim & Romanos in uſu fuit, veteri horribilique ſacro ab Hebræis, ut videtur, ducto. Moſes certè monitu divino, ut benedictionum unam, ita & alteram maledictionum ſeu dirarum formulam concepit, candidis lapideis tabulis, ſupra montem Hebal, inſcribendam. Eamque coram omni multitudine poſtea legit Joſue, primus ille Iſraelitarum poſt Moſem ductor. Deut. xxvii. 12. Joſ. viii. 34. More non diſſimili & ſummus Athenienſium Magiſtratus Diras quotannis obnuntiavit contra nefarios non alio facilè vinculo coercendos: Speciatim *contra* vetita *exportantes:* ſecundùm legem à Solone ſcriptam: *id ni Archon fecerit*, *centum ipſe drachmas mulctam Ærario ut perſolveret.* A Romanis quoque Diras obnuntiari ſuetas, poſt Ciceronem *de Divin.* 1. & Plutarchum in *Craſſo*, Auctor in *Parthicis* Appianus: ſeriò ſcilicet perſuaſis, *reconditas haſce vetereſque Diras talem vim habere ut nemo illis implicitus ullo modo potuerit effugere.* Ergo *vidimus*, inquit Plinius, *certis precationibus obſecrâſſe ſummos magiſtratus. . . Sacri* verò *precationem*, *quâ ſolet præire Quindecimvirûm Collegii magiſter*, *ſiquis legat*, *profectò vim carminum fateatur*, *ea omnia approbantibus octingentorum triginta annorum eventibus.* Nihil mirum igitur, ſi exiguus Teiorum populus, beati & feracis agri, at malè ſecuri juxta mare cultor, hac ſe Dirarum religione, contra improborum hominum facinora, tutum & munitum vellet.

I

Ipſe

Ipſe ille, qui reliquias monumenti ſervat, prope *Era-ki* oppidulum, octo horarum itinere à Smyrnâ diſſitum, inter ſepulchreta Turcica projectus jacet, mole ſatis magnus, ſtelæ formâ oblongus lapis. Altiorem ejus antiquitatem, bis mille annos longè ſuperantem, præter alia mox notanda, arguunt Simonideæ quidem, ſed non diu poſt Simonidem, rudioris figuræ literæ. Atque inter eas quædam etiam Cadmearum formam vix dum integram exuerant. Etenim N reducto uno inæquali latere; Σ verò ut arcus Scythicus formatur. O quoque, quæ à Cadmi tempore ſonum OΥ ſyllabæ expreſſerat, ejus proinde vicem multoties in monumento gerit. His adde certiſſimum illud Grammaticæ poſt Cadmeam proximæ indicium, voces duobus interpunctis à ſe invicem diſterminatas; exceptis (quæ, præfixarum Hebraicarum ritu, cum cognatis ſibi verbis & nominibus coaleſcunt) articulis, conjunctionibus, & præpoſitionibus. Ut taceam tres voces Κιξαλλεύω, Φοινικήια, Τιμȣχέοντες, nunc primum in Græcæ linguæ Theſaurum legitimè relatas. Atque horum aliqua quidem criteria in oculos ſe palam ingerunt. Cætera habe, Lector, ex fide doctiſſimorum duorum teſtium, illuſtriſſimi *Guilielmi Sherard*, LL. D. & reverendi *Samuelis Liſle*, S. T. P. Quorum ille A. D. 1709, uterque verò 1716, *Monumenta Teia* viderunt, tractaverunt, exſcripſerunt.

Periit Formulæ initium, ſi modo hîc fuerit initium, duobus prioribus verſibus comprehenſum. Inde continuos ſeptem aliquatenus reſtitutos dedi. Inque iis unum illud venerabile opportunè ſervari contigit; ſummus tunc temporis Teiorum magiſtratus, antiquiſſimâ poteſtate, tituloque, *Æſymnetes*. Novem qui ſequuntur verſiculi, peſſimè laceri & exeſi, pro deploratis ſunt habendi. Reliquos triginta quatuor utroque ſcriptionis genere, & veteri damus, & recentiori. Cùm verò, auctore Plinio, *l.* 28. *c.* 2. & *componi carmine* ſolerent, & *ad tibiam* recitari Diræ; fas eſt ut Formulam tribuamus, non quidem Anacreonti Teio, qui ſuavi adeò barbito inclaruit; at alicui ex ejus popularibus, inconditos ad tibiam modos, & rude canticum edocto.

Teia Dirarum Formula.

1. . . ΑΠΟΝΟΣ . . : . . . . :
2. ΞΥΟΙ : ΕΝΑΥΤΩΙ . . . . :

 3. ΟΣΤΙΣ:

3. ΟΣΤΙΣ : ΤΗΙΩΝ : Ε.. ΥΝΩΙ
4. ΗΑΙΣΥ.ΝΗΤΗΙ : .... ΗΙ : Η
5. ΕΠΑΝΙΣΤΑΙΤΟ : ΗΔΙ...
6. ΧΗΤΑΙ : ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ : ΚΑΙ
7. ΑΥΤΟΝ : ΚΑΙΓΕΝΟΣ : ΤΟΚΕΙΝ
8. Ο : ΟΣΤΙΣ : ΤΟΛΟΙΠΟ : ΑΙΣΥΜ
9. ΝΩΙ : ΕΝΤΕΩΙ : ΗΓΗΙΤΗΙΤΗ
10. ΙΗΙ : ....ΟΣΑΝ : Κ. ΣΑ.. Τ
11. ΕΝΕΙ : ... ΑΡΟΝ : ΝΑ...
12. ΩΣ : ΠΡΟΔΟ ..... ΤΗ.ΠΟ
13. Λ .... ΤΗΝΤΗΙ
14. ΩΝ : ΗΤΟ.. ΑΝΔΡΑΣ...
15. ΗΣΩΙ : ΗΘΑ ....ΤΟ
16. ΜΕΤΕ .... ΕΝ
17. ΑΡΟ. ΗΙ : ΠΕΡΙΓ ....
18. ... ΝΟ : ΠΡΟΔΟ ....
19. ΛΛΕΥΟΙ : ΗΚΙΞΑΛΛΑΣ : ΥΠΟ
20. ΔΕΧΟΙΤΟ : ΗΛΗΙΞΟΙΤΟ : ΗΛ
21. ΗΙΣΤΑΣ : ΥΠΟΔΕΧΟΙΤΟ : ΕΙ
22. ΔΩΣ : ΕΚΓΗΣ : ΤΗΣΤΗΙΗΣ ; Η*
23. ΑΛΑΤΗΣ : ΦΕΡΟΝΤΑΣ : Η***
24. ΑΚΟΝ : ΒΟΛΕΥΟΙ : ΠΕΡΙΤ**
25. ΩΝ : ΤΟΞΥΝΟ : ΕΙΔΩΣ : ΗΠ***
26. ΕΛΛΗΝΑΣ : ΗΠΡΟΣΒΑΡΒΑΡΟ
27. ΥΣ : ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ : ΚΑΙΑΥ
28. ΤΟΝ : ΚΑΙΓΕΝΟΣ : ΤΟΚΕΝΟ:
29. ΟΙΤΙΝΕΣ : ΤΙΜΟΧΕΟΝΤΕΣ:
30. ΤΗΝΕΠΑΡΗΝ : ΜΗΠΟΙΗΣΕΑ
31. Ν : ΕΠΙΔΥΝΑΜΕΙ : ΚΑΘΗΜΕΝ
32. Ο : ΤΩΓΩΝΟΣ : ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟ
33. ΙΣΙΝ : ΚΑΙΗΡΑΚΛΙΟΙΣΙΝ:
34. ΚΑΙΔΙΟΙΣΙΝ : ΕΝΤΗΠΑΡΗ
35. Ι : ΕΧΕΣΘΑΙ : ΟΣΑΝΤΑΣ*ΤΗΛ — * sic
36. ΑΣ : ΕΝΗΙΣΙΝ : ΗΠΑΡΗ : ΓΕΓΡ
37. ΑΠΤΑΙ : ΗΚΑΤΑΞΕΙ : ΗΦΟΙΝ
38. ΙΚΗΙΑ : ΕΚΚΟΨΕ : ΠΗΑΦΑΝΕ
39. ΑΣ : ΠΟΙΗΣΕΙ : ΚΕΝΟΝ : ΑΠΟΛ
40. ΛΥΣΘΑΙ : ΚΑΙΑΥΤΟΝ : ΚΑΙΓ ΕΝΟΣ
41. ΟΣΤΙΣ : ΦΑΡΜΑΚΑ : ΔΗΛΗΤΗ
42. ΡΙΑ : ΠΟΙΟΙ : ΕΠΙΤΗΙΟΙΣΙ
43. Ν : ΤΟΞΥΝΟΝ : ΗΕΠΙΔΙΩΤΗΙ : Κ
44. ΕΝΟΝ : ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ : ΚΑΙΑ
45. ΥΤΟΝ : ΚΑΙΓΕΝΟΣ : ΤΟΚΕΝΟ:
46. ΟΣΤΙΣ : ΕΣΓΗΝ : ΤΗΝΤΗΙΗΝ : Κ
47. ΩΛΥΟΙ : ΣΙΤΟΝ : ΕΣΑΓΕΣΘΑΙ:
48. ΗΤΕΧΝΗΙ : ΗΜΗΧΑΝΗΙ : ΗΚΑΤ
49. ΑΘΑΛΑΣΣΑΝ : ΗΚΑΤΗΠΕΙΡΟ
50. Ν : ΗΕΣΑΧΘΕΝΤΑ : ΑΝΩΘΕΟΙΗ:
51. ΑΠΟΛΛΥΣΘΑΙ : ΚΑΙΑΥΤΟΝ : Κ
52. ΑΙΓΕΝΟΣ : ΤΟΕΚΕΙΝΟ..

3. Ὅϛις Τηΐων ἐν Ξυνῷ
4. ἢ Αἰσυμνήτῃ, ἢ Κριτῇ, ἢ
5. ἐπανιϛαῖτο, ἢ διαμά-
6. χοιτο, ἀπόλλυσθαι καὶ
7. αὐτὸν, καὶ γένος τῦ κείνυ.
8. Ὅϛις, τῦ λοιπῦ, αἰσυμ-
9. νῷ ἐν Τέῳ, ἢ γῇ τῇ Τη-
10. ΐῃ : . . . . Ὃς ἂν : κ. σα . . .
11. ενει : . . . αρον : να . . . .
12. ως προδο . . . . τὴν πό
13. λιν . . . . . τὴν Τηΐ
14. ων : ἢ τὺς ἄνδρας . . .
15. ησω : ἢ θα . . . . το
16. μετε . . . . εν
17. αρο . ηι : περιγ . . . . . .
18. . . . . προδο[ιη, ἢ κιξα-]
19. λλεύοι, ἢ κιξάλλας ὑπο-
20. δέχοιτο, ἢ ληΐζοιτο, ἢ
21. ληιϛὰς ὑποδέχοιτο, εἰ-
22. δὼς, ἐκ γῆς τῆς Τηΐης, ἢ θ-
23. αλατίης, φέροντας, ἢ τὸ
24. κακὸν βυλεύοι περὶ Τηΐ-
25. ων τῦ Ξυνῦ, εἰδὼς, ἢ πρὸς
26. Ἕλληνας, ἢ πρὸς Βαρβάρυς,
27. ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ
28. γένος τῦ κείνυ.
29. Οἵτινες τιμυχέοντες
30. τὴν ἐπάρην μὴ ποιήσειαν,
31. ἐπὶ δυνάμει, καθημέ-
32. νυ τῦ ἀγῶνος, Ἀνθεϛηρί-
33. οισιν, καὶ Ἡρακλίοισιν,
34. καὶ Δίοισιν, ἐν τῇ ἐπάρῃ
35. ἔχεσθαι. Ὃς ἂν τὰς ϛήλας,
36. ἐν ᾗσιν ἡ ἐπάρη γέ-
37. γραπται, ἢ κατάξει, ἢ φοινι-
38. κήια ἐκκόψει, ἢ πη ἀφανέ-
39. ας ποιήσει, κεῖνον ἀπόλ-
40. λυσθαι, καὶ αὐτὸν, καὶ γ-
ένος
41. Ὅϛις φάρμακα δηλητή-
42. ρια ποιοῖ, ἐπὶ Τηΐοισιν
43. τὸ ξυνὸν, ἢ ἐπ' ἰδιώτῃ,
44. κεῖνον ἀπόλλυσθαι, καὶ αὐ-
45. τὸν, καὶ γένος τῦ κείνυ.
46. Ὅϛις ἐς γῆν τὴν Τηΐην κω-
47. λύοι σῖτον ἐσάγεσθαι,
48. ἢ τέχνῃ, ἢ μηχανῇ, ἢ κατὰ
49. θάλασσαν, ἢ κατ' ἤπειρον,
50. ἢ ἐσαχθέντα ἀνωθέοιη,
51. ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν, καὶ
52. γένος τῦ κείνυ.

Quicunque Teiorum in Communi aut Æsymnetæ, aut Judici, vel insurrexerit, vel depugnaverit, deperdi & eum, & genus ejus.

Quicunque in posterum, Æsymnatum in Teo, aut Terrâ Teiâ gesserit; ——Qui————————

——————————————————

————————————civitatem

————————————Teiorum, aut homines——————.

——————————————————

——————————————————

——————————————————

. . . . prodiderit; aut furta fecerit, aut fures domo exceperit; aut prædatus fuerit, aut prædones, sciens, exceperit, ex terrâ Teiâ, orâve maritimâ, quid *auferentes; aut malum consilium de Teiorum Communi, id sciens, seu cum Græcis, seu cum Barbaris iniverit; deperdi & eum, & genus ejus.*

Quicunque, fungentes Timuchorum munere, Diras non obnuntiaverint, pro potestate, considente multitudine, in Festis Anthesteriis, & Heracleis, & Dialibus, Diris eos ipsos implicari. Quicunque aut columnas diffregerit, in quibus sunt scriptæ Diræ; aut literas [ab iis] *exsciderit; aut aliquo modo [columnas] evanidas reddiderit; deperdi & eum, & genus ejus.*

Quicunque nociva pharmaca confecerit, seu *Teiis in communi, seu privatæ alicui personæ; deperdi & eum, & genus ejus.*

Quicunque in Terram Teiam impediverit frumentum importari, aut dolo, aut machinâ aliquâ; sive per mare, sive per continentem; aut importatum aliò diverterit; deperdi & eum, & genus ejus.

Ad-

Ad rariora & difficiliora Inscriptionis NOTÆ.

℣. 4. Αἰσυμνήτῃ, i. e. *Æsymnetæ.* Hinc collige, amice Lector, venerandam Teii Lapidis antiquitatem, in quo magistratus habetur *Æsymnetes*, quam tanquam priscæ rem ætatis memoravere Aristoteles & Theophrastus, suoque jam tempore desuetam. Ἕτερον δ' [εἶδος μοναρχίας] ἦν ἐν τοῖς ἀρχαίοις Ἕλλησιν, ὃς καλοῦσιν Αἰσυμνήτας. ἔστι δὲ τοῦθ', ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, αἱρετὴ τυραννὶς . . . . ἦρχον δὲ οἱ μὲν διὰ βίου τὴν ἀρχὴν ταύτην, οἱ δὲ μέχρι τινῶν ὡρισμένων χρόνων ἢ πράξεων, i. e. *Fuere apud priscos Græcos, aliâ monarchiæ specie, ii quos Æsymnetas nuncupant. Eratque, ut plurimum, suffragiis collata hæc Tyrannis. Gerebant eam alii ad vitæ terminum, alii ad præfinita certa tempora, & negotia.* Arist. Polit. l. 3. c. 14. Quibus omnino similia è Theophrasto adduxit Dionys. Halic. Antiq. lib. 5. c. 73. Οἱ γὰρ Αἰσυμνῆται καλούμενοι παρ' Ἕλλησι τὸ ἀρχαῖον, ὡς ἐν τοῖς περὶ βασιλείας ἱστορεῖ ὁ Θεόφραστος, αἱρετοὶ ἦσαν οἱ τύραννοι. i. e. *Qui antiquitus apud Græcos Æsymnetæ sunt vocati, ut in libris de regno narrat Theophrastus, Tyranni erant electione creati.*

℣. 4, 5. Αἰσυμνήτῃ—— ἢ ἐπανισταῖτο, ἢ διαμάχηται, i. e. *Æsymnetæ vel insurrexerit, vel depugnaverit.* Quæ hìc habentur de seditione non movendâ, deque arcendis proditoribus, furibus, latronibus, aliisque civitatum pestibus, videntur à Teiis promulgata, statim ac redierant ab Abderis, suorum in Thraciâ coloniâ. Eò enim profugerant tum Anacreon Poeta, tum alii multi Teii, exuti Teo urbe patriâ, ob infaustam illam Histiæi & Ionum contra Darium ἐπανάστασιν, anno ante Christum 497. *vide Herodot. l. 6. Strabonem. lib. 14. & Suidam in vocibus* Τέῳ, Ἀνακρέων. Fors etiam & in his memoria est Tei urbis Temeno, Rhodio duci, proditæ: ut refert Æneas *in Poliorcetico, c.* 18.

℣. 6. Ἀπόλλυσθαι καὶ αὐτὸν καὶ γένος τὸ κείνου. Similiter in Magnetum & Smyrnæorum fœdere, ἐφιορκοῦντι δὲ ἐξώλεια καὶ αὐτῷ καὶ γένει τῷ ἐξ ἐμοῦ. Nec non in Atheniensi Dirarum formulâ, quam verè videtur Aristophanes quanquam ridibundus attigisse, Θεσμοφ. p. m. 770. κακῶς ἀπολέσθαι τοῦτον αὐτὸν κ' οἰκίαν, ἀρᾶσθε.

℣. 19. Κιξάλλας. Absque Hesychio esset, & Stobæo, & hoc lapide, periisset Græcæ linguæ amatoribus vox κιξάλλης. Hesychio verò κιξαλλία, πᾶσα κακοτεχνία. Κιξάλης (mendosè cum λ simplici) φώρ, de quo Gellius, lib. i. c. 18. *Quod Græcis nunc* κλέπτης *dicitur, antiquiore Græca lingua* φὼρ *est dictum: hinc per affinitatem literarum, qui* φὼρ *Græcè, Latinè* fur *est.* A Stobæo quoque, *Sermone* XLII. (quod mihi humanissimè indicavit Schultingius Batavorum decus) Democriti Lex hujusmodi servatur. Κιξάλλην καὶ λῃστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίᾳ, καὶ κελεύων, καὶ ψήφῳ, i. e. *Kixallam, atque qualemcunque prædonem occidens quis sine noxâ esto, seu manu id fecerit, seu jussione, seu suffragio.* Cui, quantum ad Kixallam manu occidendum, congruere videtur Solonis Lex apud Demosth. in Timocrate, εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, atque hinc translata Lex XII. Tab. SEI. NOX. FURTUM. FACTUM. ESIT. SEI. IM. OCCISIT. IOVRE. CAISUS. ESTO. *Macrob. Sat. lib.* I. *c.* 4. Cùm enim distinguantur in hoc lapide Λῃστὴς & Κιξάλλης, ac Λῃστὴς sit fur aperta rapiens, agris præcipuè & viis infestus; Κιξάλλης videtur fuisse fur nocturnus, grassator, sicarius, aut qui Normannis nostris *Burglarius*, Græcis etiam Θυρεπανοίκτης, ostiorum & domiciliorum effractor.

℣. 22, 23. ἢ θαλαττίης φέροντας, i. e. *vel ab orâ maritimâ quid auferentes.* Tale est quod, omnibus justè pensitatis, tanquam huic loco convenientissimum reposui. Primo scilicet scriptori facilè negligi potuit T geminata litera: exscriptori æquè facilè Ἰῶτα. In voce φέροντας exemplum est significationis ab Hesychio allatæ: φέρων, λαμβάνων.

℣. 29. Τιμοῦχέοντες, *Timuchorum fungentes munere.* Is apud Teios honos non, ut apud Massilienses, summum magistratum denotavit, sed peculiarem aliquem, annonæ & rebus venalibus præpositum, Ædili apud Romanos similem, Græcè etiam ἀγορανόμον. Nam & Naucratitæ in Ægypto negotiatores à Teo & vicinis urbibus oriundi, eosdem habuere magistratus, Τιμούχους Athenæo dictos (lib. 4. c. 2.) Herodoto verò προστάτας ἐμπορίου. i. e. *Emporii præfectos.* l. 2. c. 168. Hujus verò seu Timuchi, seu ἀγο-

ρανόμου

3

ἀγρονόμου, seu Ædilis officium, in elegantiſſimo apud Gruterum Epigrammate, egregiè depictum accipe. LXXII. 5.

QVI. LARGAE. CERERIS. MESSES. FRVCTVS. QVE. RENATOS
DIGERIT. IN. PRETIVM. CVI. CONSTAT. FAMA. FIDES. QVE
ET. QVI. DIVITIAS. VINCIT. PVDOR. IRE. PER. ILLOS
CONSVETVS PORTVS. CVRA. STVDIOQVE. LABORIS
LITTORA. QVI. PRAESTANT. FESSIS. TVTISSIMA. NAVTIS.

℣. 31. ἐπὶ δυνάμει, i. e. *pro poteſtate & virili ſuâ* Diras obnuntiabunt Magiſtratus; hoc eſt, voce quàm poterint altâ & clarâ, & à conſeſſu facilè excipiendâ: planè ut ὅση δύναμις αὐτῷ, in famigeratiſſimâ Juſtini Martyris ſententiâ, à Theologis toties ventilatâ, Apol. I. Edit. Oxon. p. 151. Ὁ προεστὼς εὐχὰς ... καὶ εὐχαριστίας, ὅση δύναμις αὐτῷ, ἀναπέμπει. Ne quid poſtea ex his verbis contra conceptas publicarum precum formulas ſuggeratur. Rationem verò docet Plinius, vocis altiùs elevandæ; nimirum quia diras obſtrepentes magis nocituras creditum. *Vidimus*, inquit, *certis precationibus obſecràſſe ſummos magiſtratus: Et nequid verborum prætereatur, aut præpoſterum dicatur, præire aliquem, rurſuſque ... tibicinem canere, nequid aliud exaudiatur: utraque memoriâ inſigni quoties ipſæ diræ obſtrepentes nocuerint, quotieſve precatio erraverit.*

℣. 32. Ἀγῶνα, ſenſu hic Homerico, ut Il. ω. ℣. 1. Λῦτο δ' ἀγών, i. e. interprete Euſtathio, ἄθροισις, συναγωγή, πλῆθος. ut mox in Iſtroniorum Pſephiſmate τὸ πλῆθος τὸ Τηίων. i. e. *Teiorum multitudo.*

℣. 34. Δίοισιν. Notiſſima fuêre Bacchi feſta, Ἀνθεστήρια, Herculis etiam, Ἡράκλεια. At cum ignotis hiſce Δίοις, iiſdem fortaſſe atque Δείοις, Πανδείοις, & Διασίοις, i. e. Dialibus, comparanda ſunt parallela duo apud me inedita Monumenta: certamina nempe ΔΕΙΑ ΑΛΕΙΑ in inſcriptione Philadelphenâ, & ΔΕΙΑ ΑΔΕΛΦΑ in civitatis ejuſdem Nummo, de quibus in Alphabetico Commentario.

℣. 34. Ut ſervetur in hac formulâ aliqualis numerorum tibialium ratio, habet hic verſus ΤΗΠΑΡΗΙ eliſis duabus vocalibus Ι, Ε. verſus 36us ΗΠΑΡΗ eliſo Ε. verſus vero 38us ΕΚΚΟΨΕ: ΠΗ. eliſis Ι. Η. Notanda etiam ΚΕΝΟΝ & ΕΚΕΝΟΝ licentia vulgari pro ΚΕΙΝΟΝ & ΕΚΕΙΝΟΝ. ΠΟΙΗΣΕΑΝ quoque pro ΠΟΙΗΣΕΙΑΝ.

℣. 37. Φοινικήια fidenter *literas* interpretor; illuſtrante hunc lapidem Hiſtoriæ Herodoteæ loco, qui & hinc viciſſim illuſtratur, lib. v. cap. 58. Ἴωνες παραδεξάμενοι διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα ... ἐφάτισαν, ὥσπερ τὸ δίκαιον ἔφερε, ἐσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, ΦΟΙΝΙΚΗΙΑ κεκλῆσθαι. Ubi vox φοινικήια non adjectivè cum interprete Latino, ſed ſubſtantivè cum noſtro lapide reddenda. Scilicet, *confeſſi ſunt Iones, literas, prout æquum fuit, ratione Phœnicum eas Græciæ inferentium*, nomen *habuiſſe* ΦΟΙΝΙΚΗΙΑ. Eandem conſtructionem firmant & Diodori verba lib. 3. p. m. 140. κοινῇ τὰ γράμματα φοινίκια κληθῆναι. i. e. *vocatas fuiſſe literas vulgariter* ΦΟΙΝΙΚΙΑ. & Clem. Alexandrini. Strom. I. Φοινικήια τὰ γράμματα Ἡρόδοτος κεκλῆσθαι γράφει, *literas ſcribit Herodotus vocatas fuiſſe* ΦΟΙΝΙΚΗΙΑ. Pari conſtructione apud Heſychium legendum cum diſtinctione φοινικίοις, γράμμασι, ex Sophocle in Ποιμέσιν. Item φοινικήια, γράμματα.—— iterumque φοινικια, Λυδοὶ καὶ Ἴωνες τὰ γράμματα, i. e. *Lydos apud & Ionas vox* Φοινικια *Literas ſignificat.* Horum verò nunc damus deſideratum hactenus exemplum, & præſentiſſimum certè de Literis è Phœnice advectis teſtimonium. Niſi præſentius quis forte dixerit, quòd idem doctiſſimus Lexicographus & ἐκφοινίξαι interpretatus ſit ἀναγνῶσαι. q. d. *Phœniciſſare*, hoc eſt *legere.* Sed & Suidas inſuper adeundus in voce Γράμματα, quæ, inquit ille, a Phœnicibus inventoribus Φοινίκεια ἐκλήθησαν. *Inſcr. Sig.* §. XV.

℣. 48. μηχανῇ, i. e. *machinâ.* Apographorum anni 1716 unum habet ΑΗΚΑΝΗΝ, alterum ΑΗΧΑΝΗΝ, alterum anni 1709 ΑΙΧΑΝΗΙ. Statim igitur arripui amicè mihi monſtratam doctiſſimi Viri emendationem, jubentis reponi ΜΗΧΑΝΗΙ. Eandem nunc certiſſimè confirmo parallelâ Smyrnæorum formulâ, *Marm. Oxon.* pag. 12. οὔτε τέχνῃ, οὔτε μηχανῇ οὐδεμιᾷ. Quod etiam Statius Poeta comicus, ex Græco Latinum fecit: *Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar.*

VARIA nunc ſequuntur Monumenta, quæ quanquam aliorum fuerint, Romanorum putà, Ætolorum, Cretæque Inſulæ Civitatum, Teia tamen non impropriè vocentur. Unum enim omnibus negotium, Teiorum in Deum Bacchum pietas laudata, urbique jus Aſyli eo nomine conceſſum. Viſum autem incipere à Romanis, quia hi tranſactæ rei ætatem certiſſimâ hiſtoriæ notâ prodiderunt. Anno nempe, quo Prætor M. Valerius Meſſala peregrinam ſortitus eſt juriſdictionem, hoc eſt U. C. 559. ante Chriſtum 193, venere Romam Menippus, Hegeſianax, aliique miſſi ab Antiocho rege Syriæ legati, oraturi de rebus Aſiæ Europæque, quibus hinc rex, illinc populus Romanus, adversâ æmulâque poteſtate, inhiabant. Eâ Teii occaſione Menippum regiæ legationis principem & ſuum etiam ad Romanos legatum, facto pſephiſmate, conſtituerant. Perque eum à Prætore peregrino, tribuniſque Plebis, & Senatu, hunc ad modum Teiis eſt reſponſum. Vide Liv. Hiſt. lib. 34. cap. 54, 55, 57. Oxon. 1708.

ΡΩΜΑΙΩΝ. *Romanorum.*

ΜΑΡΚΟΣΟΥΑΛΑΡΙΟΣΜΑΡΚΟΥΣΤΡΑΤΗΓΟΣΚΑΙ
ΔΗΜΑΡΧΟΙΚΑΙΗΣΥΝΚΛΗΤΟΣΤΗΙΩΝΤΗΙΒΟΥΛΗΙΚΑΙΤΩΙ
ΔΗΜΩΙΧΑΙΡΕΙΝΜΕΝΙΠΠΟΣΟΤΕΡΑΡΑΝΤΙΟΧΟΥΤΟΥΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣΠΡΟΣΗΜΑΣΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΙΣΚΑΙ
ΥΦΥΜΩΝΠΡΕΣΒΕΥΣΑΙΥΠΕΡΤΗΣΠΟΛΕΩΣ
ΤΟΤΕΨΗΦΙΣΜΑΑΝΕΔΩΚΕΝΚΑΙΑΥΤΟΣΑΚΟΛΟΥΘΩΣΤΟΥ
ΤΩΙΔΙΕΛΕΧΘΗΜΕΤΑΠΑΣΗΣΠΡΟΘΥΜΙΑΣΗΜΕΙΣΔΕΤΟΝΤΕΑΝ
ΔΡΑΑΠΕΔΕΞΑΜΕΘΑΦΙΛΟΦΡΟΝΩΣΚΑΙΔΙΑΤΗΝΠΡΟΓΕ
ΓΕΝΗΜΗΝΑΥΤΩΙΔΟΞΑΝΚΑΙΔΙΑΤΗΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝΚΑΛΟΚΑΓΑ
ΘΙΑΝΠΕΡΙΤΕΩΝΗΞΙΟΥΔΙΗΚΟΥΣΑΜΕΝΕΥΝΟΩΣΚΑΙΟΤΙΜΕ
ΝΔΙΟΛΟΥΠΛΕΙΣΤΟΝΛΟΓΟΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΙΔΙΑΤΕΛΟΥΜΕΝ
ΤΗΣΠΡΟΣΤΟΥΣΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒΕΙΑΣΜΑΛΙΣΤΑΝΤΙΣ*ΤΟ * ſic
ΧΑΞΟΙΤΟΕΚΤΗΣΣΥΝΑΝΤΩΜΕΝΗΣΗΜΙΝΕΥΜΕΝΕΙΑΣ
ΔΙΑΤΑΥΤΑΠΑΡΑΤΟΥΔΑΙΜΟΝΙΟΥΟΥΜΗΝΑΛΛΑΚΑΙΕΞΑΛ
ΛΩΝΠΛΕΙΟΝΩΝΠΕΠΕΙΣΜΕΘΑΣΥΜΦΑΝΗΠΑΣΙΓΕΓΟΝΕΝΑΙ
ΤΗΝΗΜΕΤΕΡΑΝΕΙΣΤΟΘΕΙΟΝΠΡΟΤΙΜΙΑΝΔΙΟΚΑΙΔΙΑΤΕΤΑΥ
ΤΑΚΑΙΔΙΑΤΗΝΠΡΟΣΗΜΑΣΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΔΙΑΤΟΝΗΞΙΩ...ΟΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝΚΡΙΝΟΜΕΝΕΙΝΑΙΤΗΝΠΟΛΙΝΚΑΙΤΗΓΧΩ
ΡΑΝΙΕΡΑΝΚΑΘΩΣΚΑΙΝΥΝΕΣΤΙΝΚΑΙΑΣΥΛΟΝΚΑΙΑΦΟΡΟ

ΛΟΓΗ-

3

ΛΟΓΗΤΟΝΑΠΟΤΟΥΔΗΜΟΥΤΟΥΡΩΜΑΙΩΝΚΑΙΤΑΤΕΕΙΣ
ΤΟΝΘΕΟΝΤΙΜΙΑΚΑΙΤΑΕΙΣΥΜΑΣΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΠΕΙΡΑΣΟ
ΜΕΘΑΣΥΝΕΠΑΥΞΕΙΝΔΙΑΤΗΡΟΥΝΤΩΝΥΜΩΝΚΑΙΕΙΣΤΟ
ΜΕΤΑΤΑΥΤΑΤΗΝΠΡΟΣΗΜΑΣΕΥΝΟΙΑΝΕΡΡΩΣΘΕ.

Μάρκος Ὀυαλέριος Μάρκου, στρατηγὸς, καὶ Δήμαρχοι, καὶ ἡ Σύνκλητος, Τηίων τῇ βουλῇ, καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν. Μένιππος ὅ τε παρ' Ἀντιόχου βασιλέως ἀποσταλεὶς πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτὴς, προχειρισθεὶς καὶ ὑφ' ὑμῶν πρεσβεῦσαι ὑπὲρ τῆς πόλεως, τότε ψήφισμα ἀνέδωκεν, καὶ αὐτὸς ἀκολούθως τούτῳ διελέχθη, μετὰ πάσης προθυμίας. Ἡμεῖς δὲ τόν τε ἄνδρα ἀπεδεξάμεθα φιλοφρόνως, καὶ διὰ τὴν προγεγενημένην αὐτῷ δόξαν, καὶ διὰ τὴν ὑπάρχουσαν καλοκαγαθίαν, περί τε ὧν ἠξίου διηκούσαμεν εὐνόως. Καὶ ὅτι δι' ὅλου πλεῖστον λόγον ποιούμενοι διατελοῦμεν τῆς πρὸς τοὺς Θεοὺς εὐσεβείας, μάλιστ' ἄν τις στοχάζοιτο, ἐκ τῆς συναντωμένης ἡμῖν εὐμενείας διὰ ταῦτα παρὰ τοῦ δαιμονίου. Ὀυ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐξ ἄλλων πλειόνων πεπείσμεθα συμφανῆ πᾶσι γεγονέναι τὴν ἡμετέραν εἰς τὸ θεῖον προτιμίαν. Δι' ὃ καὶ διά τε ταῦτα, καὶ διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν, καὶ διὰ τὸν ἠξιωμένον πρεσβευτὴν, κρίνομεν εἶναι τὴν πόλιν καὶ τηγ χώραν ἱερὰν, καθὼς καὶ νῦν ἐστιν, καὶ ἄσυλον, καὶ ἀφορολόγητον ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ

Marcus Valerius Marci F. Prætor, & Tribuni plebis, & Senatus R. Concilio Populoque Teiorum salutem. Menippus missus à Rege Antiocho ad nos legatus, à vobis etiam ad legationem urbis vestræ fungendam electus, & vestrum Psephisma reddidit, & ei consentanea impensiore ipse studio disseruit. Nos autem & benignè virum excepimus, tum ob præviam ejus dignitatem, tum ob innatam ei bonitatem, eumque, quantum ad ea quæ postulabat, benevolè audivimus. Et quòd nos omnimodè perseveramus pietatem erga Deos plurimi semper facientes, facillimè quis conjecturaverit, ex iis quæ nobis propitia hanc ob causam à numine obvenerunt. Quinetiam persuasum habuimus nostram erga divinum numen reverentiam & ex aliis multis conspicuam omnibus fuisse. Quare tum ob hæc ipsa, tum ob vestri erga nos benevolentiam, tum ob ipsum qui id postulaverit legatum, urbem vestram, & regionem, sacram, ut & nunc est, decernimus habendam, inspo-

Ῥομαίων

Ῥωμαίων. Καὶ τά τε εἰς τὸν Θεὸν τίμια, καὶ τὰ εἰς ὑμᾶς φιλάνθρωπα πειρασόμεθα συνεπαύξειν, διατηρούντων ὑμῶν καὶ εἰς τὸ μετὰ ταῦτα τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαν. Ἔρρωσθε.

liatam etiam, & ratione Populi Romani à tributo immunem. Porro conabimur adaugere tum honoris erga Deum, tum humanitatis erga vos officia; ita, si & vos etiam in posterum benevolentiam erga nos servatis. Valete.

ΑΙΤΩΛΩΝ. *Ætolorum.*



ACCIPE Decretum, Lector, stantis adhuc magnanimi popelli, Romanorum, quum hæc agerentur, contra Philippum socii; mox eorundem cum Antiocho M. hostis. Unde integro, quod sequutum est, quadriennio, nunc bello adverso, nunc pace non æquâ fractus, An. U. C. 563. Romanæ potentiæ cessit, & debellatori Manio Acilio triumphi honorem præbuit.

ΣΤΡΑΤΑΓΕΟΝΤΟΣΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥΚΑΛΙΔΟΝΙΟΥΠΑΝΑΙΤΩΛΙΚΟΙΣ
ΕΠΕΙΤΗΙΟΙΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΑΠΟΣΤΕΙΛΑΝΤΕΣΠΥΘΑΓΟΡΑΝΚΑΙΚΛΕΙ
ΤΟΝΤΑΝΤΕΟΙΚΕΙΟΤΑΤΑ
ΚΑΙΤΑΝΦΙΛΙΑΝΑΝΕΝΕΟΥΝΤΟΚΑΙΠΑΡΕΚΑΛΕΟΝΤΟΥΣΑΙΤΩΛΟΥΣ
ΟΠΩΣΤΑΝΤΕΠΟΛΙΝ
ΑΥΤΩΝΚΑΙΤΑΝΧΩΡΑΝΕΠΙΧΩΡΗΣΩΝΤΙΙΕΡΑΝΕΙΜΕΝΚΑΙΑ
ΣΥΛΟΝΤΟΥΔΙΟΝΥΣΟΥ
ΔΕΔΟΧΘΑΙΤΟΙΣΑΙΤΩΛΟΙΣΡΠΟΤΙΤΟΥΣΤΗΙΟΥΣΤΑΝΦΙΛΙΑΝΚΑΙΟΙ
ΚΕΙΟΤΑΤΑΤΑΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝ
ΔΙΑΦΥΛΑΣΣΕΙΝΚΑΙΤΑΨΑΦΙΣΜΑΤΑΤΑΠΡΟΤΕΡΟΝΓΕΓΟΝΟΤΑΑΥ

ΤΟΙΣ

ΤΑΑΥΤΟΙΣΠΕΡΙΠΑΝΤΩΝΤΩΝΦΙΛΑΝ
ΘΡΩΠΩΝΚΑΤΑΝΟΜΑΕΙΜΕΝΥΠΑΡΧΕΙΝΔΕΑΥΤΟΙΣΠΑΡΑΤΩΝΑΙΤ
ΩΛΩΝΤΑΣΤΕΠΟΛΙΟΣΚΑΙΤΑΣ
ΧΩΡΑΣΤΑΝΑΝΙΕΡΩΣΙΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΚΑΘΩΣΚΑΙΟΙΠΡΕΣΒΕΥΤ
ΑΙΗΞΙΟΥΝΚΑΙΜΗΘΕΝΑΑΙΤΩΛΩΝΜΗΔΕ
ΤΩΝΕΝΑΙΤΩΛΙΑΙΚΑΤΟΙΚΕΟΝΤΩΝΑΓΕΙΝΤΟΥΣΤΗΙΟΥΣΜ
ΗΔΕΤΟΥΣΕΝΤΕΩΙΚΑΤΟΙΚΕΟΝΤΑΣΜΗΔΑΜΟΘΕΝ
ΟΡΜΩΜΕΝΟΥΣΑΛΛΑΤΑΝΑΣΦΑΛΕΙΑΝΚΑΙΑΣΥΛΙΑΝΕΙΜ
ΕΝΑΥΤΟΙΣΤΑΑΠΑΙΤΩΛΩΝΚΑΙΤΩΝΕΝΑΙ
ΤΩΛΙΑΙΚΑΤΟΙΚΕΟΝΤΩΝΕΙΔΕΤΙΣΚΑΑΓΗΙΗΑΥΤΟΥΣΗΤ
ΑΕΚΤΑΣΠΟΛΙΟΣΗΧΩΡΑΣΤΑΜΕΝΕΜ
ΦΑΝΗΑΝΑΠΡΑΣΣΕΙΝΤΟΝΕΓ.... ΑΝΤΑ.ΠΡΟΣ*ΥΝΕΔΡΟΥΣ
ΑΕΙΤΟΥΣΕΝΑΡΧΟΥΣΤΩΝΔΕ
ΑΦΑΝΕΩΝΥΠΟΔΙΚΟΥΣΕΙΜΕΝΤΟΥΣ ... ΚΗΚΟΤΑΣΓΙΝΟΜ
ΕΝΑΣΤΟΙΣΤΗΙΟΙΣΤΑΣΕΓΔΙΚΑΞΙΟΣ
ΚΑΙΤΑΣΛΟΙΠΑΣΟΙΚΟΝΟΜΙΑΣΚΑΘΩΣΚΑΙΤΟΙΣΔΙΟΝΥΣΙΑ
ΚΟΙΣΤΕΧΝΙΤΑΙΣΟΝΟΜΟΣΤΩΝ
ΑΙΤΩΛΩΝΚΕΛΕΥΕΙΟΠΩΣΔΕΚΑΙΕΙΣΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣΚΑΤΑΧ
ΩΡΙΣΘΗΙ*ΑΝΙΕΡΩΣΙΣΚΑΙΑΑΣΥΛΙΑ
ΤΟΥΣΚΑΤΑΣΤΑΘΕΝΤΑΣΝΟΜΟΓΡΑΦΟΥΣΚΑΤΑΧΩΡΙΞΑΙΕΠ
ΕΙΚΑΑΙΝΟΜΟΓΡΑΦΙΑΙΓΙΝΩΝΤΑΙ
ΕΙΣΤΟΥΣΝΟΜΟΥΣ.

Στραταγέοντος (1) Ἀλεξάνδρου Καλιδονίου, (2) Παναιτωλικοῖς. Ἐπεὶ Τήιοι πρεσβευτὰς ἀποστείλαντες Πυθαγόραν καὶ Κλεῖτον τάν τε οἰκειότατα καὶ τὰν φιλίαν ἀνανεοῦντο, καὶ παρεκάλεον τοὺς Αἰτωλοὺς, ὅπως τάν τε πόλιν αὐτῶν, καὶ τὰν χώραν, ἐπιχωρήσωντι ἱερὰν εἶμεν, καὶ ἄσυλον τοῦ Διονύσου· Δεδόχθαι τοῖς Αἰτωλοῖς ποτὶ τοὺς Τηίους τὰν φιλίαν καὶ οἰκειότατα τὰν ὑπάρχουσαν διαφυλάσσειν, καὶ τὰ ψαφίσματα τὰ πρότερον γεγονότα αὐτοῖς περὶ πάντων τῶν φιλανθρώπων κατάνομα εἶμεν, ὑπάρχειν δὲ αὐτοῖς παρὰ τῶν Αἰτωλῶν τᾶς τε πό-

Prætore (1) *Alexandro Calidonio,* *Concilio* (2) *Panætolico. Quandoquidem Teii, legatos mittentes Pythagoram & Clitum, & necessitudinem & amicitiam renovaverunt, & obtestati sunt Ætolos, ut urbem ipsorum & regionem sacram esse concederent, & jure Bacchi inspoliatam: Placere Ætolis eam, quam erga Teios habent, amicitiam & necessitudinem conservare: quin & psephismata prius eis facta de quibuscunque humanitatis officiis, lege confirmatum iri: Ratam autem ipsis esse ab Ætolis & urbis, & regionis consecrationem, & jus Asyli; ita, uti le-*

λιος καὶ τᾶς χώρας τὰν ἀνιέρωσιν, καὶ ἀσυλίαν, καθὼς καὶ οἱ πρεσβευταὶ ἠξίουν. Καὶ μηθένα (3) Αἰτωλῶν, μηδὲ τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ κατοικεόντων, ἄγειν τοὺς Τηίους, μηδὲ τοὺς ἐν Τέῳ κατοικέοντας, μηδαμόθεν ὁρμωμένους· Ἀλλὰ τὰν ἀσφάλειαν, καὶ ἀσυλίαν εἶμεν αὐτοῖς, τὰ ἀπ' Αἰτωλῶν, καὶ τῶν ἐν Αἰτωλίᾳ κατοικεόντων. Εἰ δέ τις κὰ ἄγῃ ἢ αὐτοὺς, ἢ τὰ ἐκ τᾶς πόλιος, ἢ χώρας, τὰ μὲν ἐμφανῆ ἀναπράσσειν τὸν (4) ἐγδείξαντα πρὸς (5) συνέδρους ἀεὶ τοὺς ἐνάρχους. Τῶν δὲ ἀφανέων ὑποδίκους εἶμεν τοὺς ἠδικηκότας, γινομένας τοῖς Τηίοις τᾶς ἐγδικάξιος, καὶ τᾶς λοιπᾶς οἰκονομίας, καθὼς καὶ τοῖς (6) Διονυσιακοῖς τεχνίταις ὁ νόμος τῶν Αἰτωλῶν κελεύει. Ὅπως δὲ καὶ εἰς τοὺς νόμους καταχωρισθῇ ἁ ἀνιέρωσις καὶ ἁ ἀσυλία, τοὺς κατασταθέντας (7) νομογράφους καταχωρίξαι, ἐπεὶ κὰ αἱ νομογραφίαι γίνωνται, εἰς τοὺς νόμους.

gati postulabant. Neminem item Ætolorum neve in Ætoliâ habitantium diripere aut Teios, aut in Teo habitantes, ullâ ex parte impetum facientes: sed & securitatem esse Teiis, & jus Asyli, quantum ad Ætolos, & in Ætoliâ habitantes. Siquis verò aut ipsos Teios, aut ad urbem regionemve eorum pertinentia diripuerit; manifesta quidem actor recuperato,(4) *deferendo ad*(5) *synedros in magistratu semper constitutos; at de non manifestis respondeant ii qui fecere injuriam, liberè permissâ Teiis litis intentione, reliquâque juris dispensatione, ita, uti artificibus etiam*(6) *Dionysiacis Ætolorum lex præscribit. Ut autem inter leges etiam locum habeat consecratio & jus Asyli; qui constituti sunt legum*(7) *scribæ, quàm primùm fient legum scriptiones, inter leges ea reponunto.*

Ad decretum Ætolorum notæ.

(1) Στραταγέοντος Ἀλεξάνδρου Καλιδονίου, i. e. *Præturam agente Alexandro Calidonio*, quem summum fuisse Ætolis Magistratum, ex Polybianâ & Livianâ Historiâ notum. Rectè autem Καλιδονίου pro Alexandri cognomine haberi, à Calydone patriâ urbe ducto, probant & alia principum Ætolorum apud Polybium cognomina; *excerp. Hist.* xvii. Ἀλέξανδρος nempe Ἴσιος, Λάμιος Ἀμβρακιώτης, Δαμόκριτος Καλυδώνιος, aliique: Eam proinde vocem alio modo in libris editis, alio in decretis Ætolorum scriptam, recognosce, Lector.

(2) Παναιτωλικοῖς. i. e. *Concilio Ætolorum statutâ die, quod Panætolicum vocant*, ut cum Livio loquamur, lib. 31. c. 29. Idem Polybio (Exc. legat. ix.) ἡ Θερμικὴ σύνοδος. i. e. *Ætolorum ad* Thermum *habita comitia:* non *Pylaicus ille totius Græciæ* ad Thermopylas *conventus:* ut Livio l. 33. c. 35. Polybiana transferre visum. Quem quidem gravissimi Historici Latini lapsum egregiè detexit & correxit Palmerius, inter notas ad Polybium, p. m. 390.

(3) Μηθένα Αἰτωλῶν ἄγειν τὰς Τηΐας. *Neminem Ætolorum Teios ferre agere.* Magnum profectò & memorabile potuiſſe iſtud ab Ætolis impetrari; qui, ante Romanos rerum arbitros dominoſque, latrociniis & hujuſmodi ſceleribus victum parabant; quorumque lex quædam enormis ita tulit, ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου, i. e. *ſpolium de ſpolio agere*; unde κἂν ἕτεροί τινες πολεμῶσι πρὸς ἀλλήλους, ὄντες Αἰτωλῶν φίλοι καὶ σύμμαχοι, μηδὲν ἧττον ἐξεῖναι Αἰτωλοῖς - - - καὶ παρ' ἀμφοτέρους πολεμοῦσι, τὴν χώραν ἄγειν τῶν ἀμφοτέρων. i. e. *ſi quando alii aliqui inter ſe bellaverint, Ætolorum etiam ſocii amicique, licere nihilominus Ætolis, apud hos & illos militantibus, utrorumque agros ferre agere.* Verba ſunt Philippi regis Macedoniæ, Ætolis hæc in colloquio coram Romano duce exprobrantis; inſuper addito, per legatos, tum à ſeipſo, tum à cæteris Græcis, actum fuiſſe apud Ætolos, de tollendâ tam enormi lege. Aſt ab Ætolis ſtrenuè reſponſum, citius eos Ætoliam ab Ætoliâ, quàm hanc ab ipſis legem ablaturos. *Polyb. excerpt. Hiſt.* xvii.

(4) Ἐνδείξαντα. i. e. *indicantem, deferentem,* quâ voce ſuppleri debere apographi lacunam ſuadebunt iſta Pollucis verba, *lib.* 8. Ἔνδειξις δὲ ἦν πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὁμολογουμένου ἀδικήματος, οὐ κρίσεως, ἀλλὰ τιμωρίας δεομένου. i. e. *Delatio fiebat ad magiſtratum, manifeſtæ, & quæ negari non poterat, injuriæ; quæ nempe non judicium, ſed pœnam requirebat.* Ejuſmodi erant omnia quæ à juridicis ἐμφανῆ vocantur: οἱ δ' ἔλεγχοι (inquit Iſæus *orat.* 3.) περὶ ἀφανῶν. i. e. *probationes verò erant de non manifeſtis.*

(5) Συνέδρους ἀεὶ τοὺς ἐνάρχους. i. e. *Synedros in magiſtratu ſemper conſtitutos.* Credibile eſt per hos Synedros intelligi *Apocletos,* i. e. Ætolorum ſanctius concilium, ex delectis conſtans viris; de quo Livius *lib.* 35. *cap.* 54.

(6) Διονυσιακοῖς τεχνίταις. i. e. *Dionyſiacis artificibus,* Comœdis nempe & Tragœdis Tibicinibus. Id genus artifices (inquit Gellius, lib. 20. c. 4.) Græcè appellantur οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται. Denominationem enim ſortiti à Dionyſo Scenicorum inventore, in collegia ſub ejus tutelâ ſunt cooptati; & mercede pactâ civitatibus ludos ſcenicos, omnemque eorum apparatum præſtiterunt. Horum in hoc decreto mentio, quia Tei primùm, mox verò Lebedi habitantes (ut poſteà, Strabone auctore, notabitur in Ἀτταλιστῶν Pſephiſmate) ſecuritatem ab Ætolis, lege latâ, impetraverant: Lege verò latâ id fieri neceſſum, quia legi Ætolorum, de ſpoliis undecunque agendis, contrariabatur.

(7) Νομογράφους, *legum ſcribas.* Ea apud Ætolos, ut & aliquando etiam apud Athenienſes, extraordinaria poteſtas fuit; at non ſine ſummo Reipublicæ periculo exerceri ſueta. Ita enim Polybius *Excerp. de virt. & vit. lib.* 13. Αἰτωλοὶ οἰκείως διακείμενοι πρὸς καινοτομίαν τῆς οἰκείας πολιτείας, εἵλοντο νομογράφους Δωρίμαχον καὶ Σκόπαν —— οἳ καὶ παραλαβόντες τὴν ἐξουσίαν ταύτην ἔγραψαν νόμους. i. e. *Ætoli ad ſtatum ſuum innovandum facilè propenſi legibus ſcribendis conſtituerunt Dorimachum & Scopam —— qui hâc acceptâ poteſtate leges ſcripſere.* Illatam verò Athenienſibus perniciem, à Nicomacho quodam Nomographo, orator deplorat Lyſias; & ex eodem Hiſtoricus optimus Ubbo Emmius, in *appendice de Republicâ Athenienſium.*

PROXIMA Teiis cura devincire ſibi Cretæ populos, non tam majeſtate imperii, quàm opportunitate loci, & navigandi experientiâ, & aſſiduis per mare latrociniis verendos. Cretenſes eo tum agebant ſtatu, quem felicem adeò prædicaverunt & Strabo & Ariſtoteles; quot nempe civitates, totidem etiam ſumma imperia, ſub regimine populari, & annuo *Coſmorum* magiſtratu, libertatem tuentes. Publico igitur nomine alii vetuſta renovant cum populo Teiorum fœdera, alii nova paciſcuntur; omnes, ſecundùm legatorum

torum postulata, & urbem & regionem Teiam sanctam & inviolatam esse jubent. Curiosis autem Antiquitatis investigatoribus speramus omnino gratum atque volupe futurum, quòd post mille nongentos & viginti annos nunc primum ex autographis edantur vetustissimorum populorum acta, prudentiæ, æquitatis & humanitatis plena; quæ quidem si verâ fide præstitissent, triste adeò opprobrium, & *malarum* illam *bestiarum* infamem maculam eluissent. Singulos itaque audiamus, pro consuetâ civitatum formulâ loquentes, *Eleuthernæos*, *Istronios*, *Sybritios*, *Saxios*, *Rhaucios*, *Arcadas*, *Cnosios*: quorum hi duo posteriores pæne integri sunt visendi in cœmeterio prope *Guzellir*, cæteri verò omnes aut in arce aut in balineo apud *Segagick*; adepti illic opportunum, ubi Teiis olim id concesserant, Asylum. Ne quid dicamus de imperfectis *Polyrrheniorum*, *Cydoniatarum*, *Lappæorum*, *Priansiorum* & *Latiorum* titulis. Cùm verò singula inter se conveniant, eodem ferè tenore & negotio, Monumenta; ideo sequentur conjunctim scriptæ ad Populos Cretenses, & eorundem Decreta, *Notæ*.

I.

ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. *Eleuthernæorum.*

ΕΠΕΙΔΗΤΗΙΟΙΦΙΛΟΙΚΑΙΣΥΓΓΕΝΕΙΣΔΙΑΠΡΟΓΟΝΩΝ
ΥΠΑΡΧΟΝΤΕΣΨΑΦΙΣΜΑΤΕΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΑΠΕΣΤΑΛ
ΚΑΝΤΟΣΠΑΡΑΜΕΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΝΤΕΚΑΙΚΟΛΩΤΑΝΟΙ
ΤΙΝΕΣΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣΕΠΙΤΑΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝΤΑΝΦΙ
ΛΙΑΝΚΑΙΤΑΝΣΥΓΓΕΝΕΙΑΝΑΝΩΘΕΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΣ
ΠΟΤΑΥΤΟΥΣΚΑΙΤΑΛΛΑΔΙΕΛΕΓΗΣΑΝ . . . . ΕΝ
ΔΟΞΩΣΠΕΡΙΤΕΤΩΘΕΩΚΑΙΤΑΣΚΑΘΙΕΡΩΣΕΩΣΤΑΣΠΟ
ΛΕΩΣΚΑΙΤΑΣΧΩΡΑΣΑΚΟΛΟΥΘΩΣΑΠΟΛΟΓΙΣΑΜΕΝΟΙ
ΤΟΙΣΕΝΤΩΙΨΑΦΙΣΜΑΤΙΚΑΤΑΚΕΧΩΡΙΣΜΕΝΟΙΣ
ΤΑΝΤΕΦΙΛΙΑΝΚΑΙΤΑΝΕΥΝΟΙΑΝΔΙΑΦΥΛΑΣΣΕΙΝΚΑΙ
ΤΙΝΟΣΑΓΑΘΩΠΑΡΑΙΤΙΟΥΣΓΙΝΕΣΘΑΙΚΑΙΤΑΓΕΓΡΑΜ
ΜΕΝΑΕΠΙΠΛΕΟΝΣΥΝΑΥΞΕΙΝΟΜΟΙΩΣΔΕΠΑΡΕΚΑΛΕΣΕ
ΚΑΙΑΓΗΣΑΝΔΡΟΣΕΥΚΡΑΤΕΥΣΡΟΔΙΟΣΟΠΑΡΑΤΩΒΑΣΙ
ΛΕΩΣΑΝΤΙΟΧΩΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΕΠΙΤΑΣΤΩΠΟΛΕΜΩ. .
ΔΙΑΛΥΣΕΙΣΑΠΟΣΤΑΛΕΙΣΟΥΘΕΝΕΜΛΕΙΠΩΝΣΠΟΥ
ΔΑΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΚΑΤΟΥΘΕΝΑΤΡΟΠΟΝΩΣΑΥΤΩΣΔΕ
ΚΑΙΠΕΡΔΙΚΚΑΣΟΠΑΡΑΤΩΒΑΣΙΛΕΩΣΦΙΛΙΠΠΩΠΕΜ
ΦΘΕΙΣΔΕΔΟΧΘΑΙΤΟΙΣΚΟΣΜΙΟΙΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΤΩΝΕΛΕΥ
ΘΕΡΝΑΙΩΝΑΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙΤΗΙΟΙΣΦΙΛΟΙΣΚΑΙΟΙΚΕΙΟΙΣ

ΟΥΣΙΝΔΙΟΤΙΤΑΤΕΠΕΡΙΤΟΝΔΙΟΝΥΣΟΝΚΑΙΑΥΤΟΙΣΕΒΟ
ΜΕΘΑΚΑΙΤΟΝΥΜΩΝΔΑΜΟΝΑΣΠΑΞΟΜΕΘΑΤΕΚΗ
ΠΑΙΝΕΟΜΕΝΔΙΟΤΙΚΑΛΩΣΚΑΙΙΕΡΟΠΡΕΠΩΣΚΑΙΚΑΤΑ
ΞΙΩΣΤΩΘΕΩΔΙΕΞΑΓΟΝΤΕΣΟΥΜΟΝΟΝΚΑΘΩΣΠΑΡΑΤΩΝ
ΠΡΟΓΟΝΩΝΠΑΡΕΛΑΒΟΝΔΙΑΦΥΛΑΣΣΟΝΤΕΣΑΛΛΑΚΑΙ
ΠΟΛΛΩΙΜΑΛΛΟΝΠΡΟΣΑΥΞΟΝΤΕΣΕΝΕΚΕΝΩΝΚΑΙΠΑΡΑ
ΜΕΩΝΤΑΣΕΜΝΑΚΑΙΤΙΜΙΑΔΙΔΟΤΑΙΤΩΙΘΕΩΙΚΑΙΤΗΙΟΙΣ
ΚΑΙΤΑΝΤΕΠΟΛΙΝΑΥΤΩΝΚΑΙΤΑΝΧΩΡΑΝΙΕΡΑΝΚΑΙΑΣΥ
ΛΟΝΑΠΟΔΕΙΚΝΥΜΕΝΚΑΙΠΕΙΡΑΣΟΜΕΘΑΣΥΝΑΥΞΕΙΝ.

Ἐπειδὴ Τήιοι, φίλοι καὶ συγγενεῖς διὰ προγόνων ὑπάρχοντες, ψάφισμά τε καὶ πρεσβευτὰς ἀπέσταλκαν τὸς παρ' ἁμὲ Ἀπολλόδοτόν τε καὶ Κολώταν· οἵτινες ἐπελθόντες ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν, τὰν φιλίαν καὶ τὰν συγγένειαν ἄνωθεν ὑπαρχοῦσαν ποτ' αὐτοὺς καὶ τ' ἄλλα διελέγησαν . . . . ἐνδόξως, περί τε τῶ Θεῶ καὶ τᾶς καθιερώσεως τᾶς πόλεως καὶ τᾶς χώρας ἀκολούθως ἀπολογίσαντο τοῖς ἐν τῷ ψαφίσματι καταχεχωρισμένοις, τάν τε φιλίαν καὶ τὰν εὔνοιαν διαφυλάσσειν, καί τινος ἀγαθῶ παραιτίους γίνεσθαι, καὶ τὰ γεγραμμένα ἐπὶ πλέον συναύξειν· Ὁμοίως δὲ παρεκάλεσε καὶ Ἀγήσανδρος Εὐκρατεῦς Ῥόδιος, ὁ παρὰ τῶ βασιλέως Ἀντιόχω πρεσβευτὰς ἐπὶ τὰς τῶ πολέμω [νῦν] διαλύσεις ἀποσταλεὶς, οὐθὲν ἐμλείπων σπουδᾶς καὶ φιλοτιμίας κατ' οὐθένα τρόπον· ὡσαύτως δὲ καὶ Περδίκκας ὁ παρὰ τῶ βασιλέως Φιλίππω πεμφθεὶς· Δεδόχθαι τοῖς Κόσ-

Quandoquidem Teii, jam inde à majoribus amici & cognati nostri, & psephisma ad nos miserunt, legatosque Apollodotum & Colotam: Qui accedentes ad concionem de pristinâ erga ipsos amicitiâ & cognatione verba honorificè fecerunt; de Deo etiam, deque consecratione urbis, & regionis, secundùm ea quæ in psephismate continentur, ad nos retulerunt; rogatos & amicitiam & benevolentiam conservare; quin & alicujus boni auctores ipsis fieri; & ea quæ recitata sunt beneficia ulterius adaugere: Similiterque deprecatus est Hegesander Eucratensis Rhodius, legatus à Rege Antiocho de bello nunc dirimendo missus, nihil omnino curæ studiique ullo modo prætermittens: Eodemque modo & Perdiccas à Rege Philippo ablegatus: Placere itaque Cosmis & civitati Eleuthernæorum Teiis tanquam

μίοις καὶ τᾶι πόλει τῶν Ἐλευθερναίων ἀποκρίνασθαι Τηίοις φίλοις καὶ οἰκείοις ἐστιν, διότι τάτε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ αὐτοὶ σεβόμεθα, καὶ τὸν ὑμῶν δάμον ἀσπαζόμεθά τε κἠπαινέομεν, διότι καλῶς καὶ ἱεροπρεπῶς καὶ καταξίως τῶ Θεῶ διεξάγοντες sic, οὐ μόνον καθὼς παρὰ τῶν προγόνων παρέλαβον διαφυλάσσοντες, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μᾶλλον προσαύξοντες. Ἕνεκεν ὧν καὶ παρ' ἀμέων τὰ σεμνὰ καὶ τίμια δίδοται τῷ Θεῷ καὶ Τηίοις, καὶ τάν τε πόλιν αὐτῶν καὶ τὰν χώραν ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἀποδείκνυμεν, καὶ πειρασόμεθα συναύξειν.

amicis sociisque respondere; quòd omnia ad Dionysum spectantia & nos etiam veneramur, populumque vestrum impertitâ salute collaudamus, eò quòd pulchrè, proque honore religionis, proque Dei dignitate hæc transegerint, non solum prout à majoribus accepêre conservantes, sed & multo magis adaugentes. Quamobrem & à nobis omnia veneranda & honorifica Deo & Teiis sunt concessa, urbemque ipsorum & regionem sanctam & inviolatam declaramus, & in majus etiam provehere conabimur.

II.

ΙΣΤΡΩΝΙΩΝ. *Istroniorum.*

ΕΔΟΞΕΝΙΣΤΡΩΝΙΩΝΤΟΙΣΚΟΣΜΟΙΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΕΠΕΙ
ΔΗΤΗΙΟΙΦΙΛΟΙΚΑΙΣΥΓΓΕΝΕΙΣΥΠΑΡΧΟΝΤΕΣΔΙΑΠΡΟ
ΓΟΝΩΝΤΑΙΠΟΛΕΙΨΑΦΙΣΜΑΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΑΠΕ
ΣΤΑΛΚΑΝΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΝΚΑΙΚΟΛΩΤΑΝΟΙΕΠΕΛΘΟΝ
ΤΕΣΕΠΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΟΙΣΤΡΩΝΙΩΝΤΟΤΕΨΑΦΙΣΜΑΑΠΕ
ΔΩΚΑΝΚΑΙΑΥΤΟΙΔΙΕΛΕΓΗΝΑΚΟΛΟΥΘΩΣΤΟΙΣΓΕ
ΓΡΑΜΜΕΝΟΙΣΤΑΝΕΚΤΕΝΕΣΤΑΤΑΝΣΠΟΥΔΑΝΚΑΙ
ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΝΠΟΙΟΥΜΕΝΟΙΠΕΡΙΤΟΥΓΕΝΕΣΘΑΙΤΑΝΚΑ
ΘΙΕΡΩΣΙΝΤΩΙΔΙΟΝΥΣΩΙΤΑΣΤΕΠΟΛΙΟΣΚΑΙΤΑΣΧΩΡΑΣ
ΤΑΣΤΗΙΩΝΚΑΙΤΑΝΑΣΥΛΙΑΝΕΤΙΔΕΚΑΙΤΑΛΛΑΤΑΥΠΑΡ
ΧΟΝΤΑΑΥΤΟΙΣΕΝΔΟΞΑΚΑΙΤΙΜΙΑΔΙΑΤΟΝΘΕΟΝΨΑΦΙΣΑ
ΜΕΝΟΥΣΚΑΙΑΥΤΟΥΣΣΥΝΑΥΞΕΙΝΚΑΙΤΙΝΟΣΑΓΑΘΟΥ
ΠΑΡΑΙΤΙΟΥΣΓΙΝΕΣΘΑΙΤΩΙΔΑΜΩΙΚΑΙΟΤΙΤΑΥΤΑΠΟΙΗ
ΣΑΝΤΕΣΑΚΟΛΟΥΘΑΠΡΑΞΙΟΜΕΝΤΑΙΤΕΠΟΡΤΙΘΕΙΟΝΕ
ΥΣΕΒΕΙΑΙΚΑΙΤΑΜΕΓΙΣΤΑΧΑΡΙΞΙΟΜΕΘΑΤΩΙΔΑΜΩΙ
ΠΕΡΙΔΕΤΩΝΑΥΤΩΝΔΙΑΛΕΓΕΝΤΟΣΜΕΤΑΠΑΣΑΣΣΠΟΥ
ΔΑΣΚΑΙΠΡΟΘΥΜΙΑΣΚΑΙΤ.................
ΔΙΠΠΟΥΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΠΕΡΔΙΚΚΑΙΑΠΟΚΡΙΝΕΣΘΑΙΤΩΙΔΑ

ΜΩΙΤΩΙΤΗΙΩΝΟΤΙΠΡΟΤΕΡΟΝΤΕ
ΑΠΟΛΙΣΔΙΑΚΕΙΜΕΝΑΦΙΛΙΚΩΣΚΑΙΕΥΝΟΩΣΠΟΡΤΙΤΟΠΛΑΘΟΣΤΟ
ΤΗΙΩΝΕΝΤΕΤΟΙΣΥΠΕΡΑΝΩΧΡΟΝΟΙΣΟΥΔΕΝΟΣ
ΑΠΕΣΤΑΤΩΝΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΝΚΑΙΝΥΝΔΕΚΑΘΟΤΙΠΑΡΑΚΑ
ΛΕΙΟΔΑΜΟΣΟΤΗΙΩΝΚΑΙΠΕΡΔΙΚΚΑΣΟ
ΠΟΛΙΤΗΣΑΥΤΩΝΠΡΟΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΟΥΝΕΜΠΑΣΙΝ
ΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝΚΑΙΜΕΜ.ΑΜΕΝΟΙΤΑΣΠΡΟΥΠΑΡΧΟΥ
ΣΑΣΤΑΙΣΠΟΛΕΣΙΣΥΓΓΕΝΕΙΑΣΤΑΝΤΕΚΑΘΙΕΡΩ
ΣΙΝΤΩΙΔΙΟΝΥΣΩΙΤΑΣΤΕΠΟΛΙΟΣΚΑΙΤΑΣΧΩΡΑΣ
ΥΜΩΝΕΤΙΔΕΙΕΡΑΝΚΑΙΑΣΥΛΟΝΕΙΝΑΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙ
ΧΑΡΙΞΕΣΘΑΙΠΕΡΔΙΚΚΑ...ΟΜΕΝΚΑΙΤΑΛΟΙΠΑΤΑ
ΥΠΑΡΧΟΝΤΑΥΜΙΝΕΝΔΟΞΑΚΑΙ..ΜΙΑΣΥΝΔΙΑΦΥΛΑ
ΞΙΟΜΕΘΑΑΠΡΟΦΑΣΙΣΤΩΣΕΦΟΣΟΝΚΕΩΜΕΝΔΥΝΑΤΟΙ
ΕΙΔΕΤΙΝΕΣΚΑΤΩΝΟΡΜΩΜΕΝΩΝΕΞΙΣΤΡΩΝΟΣΑΔΙ
ΚΗΣΩΝΤΙΤΙΝΑΤΗΙΩΝΗΚΟΙΝΑΙΗΙΔΙΑΙΠΑΡΑΤΟΓΡΑΦΕΝ
ΔΟΓΜΑΠΕΡΙΤΑΣΑΣΥΛΙΑΣΥΠΟΤΗΣΠΟΛΙΟΣΤΑΣ
ΙΣΤΡΩΝΙΩΝΕΞΕΣΤΩΤΩΙΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΩΙΤΗΙΩΝ
ΕΠΙΛΑΒΕΣΘΑΙΚΑΙΤΩΝΣΩΜΑΤΩΝΚΑΙΧΡΗΜΑΤΩΝΕΙ
ΤΙΣΚΑΑΓΗΙΟΙΔΕΚΟΣΜΟΙΟΙΤΟΚΑΑΕΙΚΟΣΜΟΥΝΤΕΣΕ
ΠΑΝΑΓΚΑΞΟΝΤΩΝΑΠΟΔΙΔΟΜΕΝΤΟΥΣΕΧΟΝΤΑΣ
ΑΞΗΜΙΟΙΟΝΤΕΣΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙΚΟΙΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΚΑΙ
ΤΟΔΟΓΜΑΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΟΤΑΣΑΘΑΝΑΣΤΑΣΠΟΛΙ
ΑΔΟΣΤΟΥΣΓΡΑΜΜΑΤΕΑΣΤΑΣΠΟΛΙΟΣ.

Ἔδοξεν Ἰςρωνίων τοῖς Κόσμοις, καὶ τᾷ πόλει. Ἐπειδὴ Τήιοι φίλοι καὶ συγγενεῖς ὑπάρχοντες διὰ προγόνων τᾷ πόλει ψάφισμα καὶ πρεσβευτὰς ἀπέςαλκαν Ἀπολλόδοτον καὶ Κολώταν· Οἱ ἐπελθόντες ἐπὶ τὸ κοινὸν τὸ Ἰςρωνίων τό τε ψάφισμα ἀπέδωκαν, καὶ αὐτοὶ διελέγην ἀκολεθῶς τοῖς γεγραμμένοις, τὰν ἐκτενεςάταν σπεδὰν καὶ φιλοτιμίαν ποιεύμενοι περὶ τε̃ γενέσθαι τὰν καθιέρωσιν τῷ Διονύσῳ τᾶς τε πόλιος, καὶ τᾶς χώρας τᾶς Τηιων, καὶ τὰν ἀσυλίαν· ἔτι δὲ καὶ τ' ἄλλα τὰ ὑπάρχοντα αὐ-

Placuit Cosmis & Civitati Istroniorum. Quandoquidem Teii amici nostri, & civitati jam olim per majores cognati, psephisma miserunt, & legatos, Apollodotum & Colotam: Qui ad commune Istroniorum venientes & psephisma reddiderunt, ipsique secundùm ea quæ scripta erant disseruere, impensissimâ curâ studioque contendentes, de permittendâ tum urbis, tum regionis Teiorum, Deo Baccho consecratione, & jure Asyli; utque nos etiam, respectu

τοῖς

τοῖς ἔνδοξα καὶ τίμια διὰ τὸν Θεὸν ψαφισαμένες καὶ αὐτὲς συναύξειν, καί τινος ἀγαθὲ παραιτίες γίνεσθαι τῷ δάμῳ, καὶ ὅτι ταῦτα ποιοῦντες ἀκόλεθα πραξίομεν τᾷ τε ποτὶ Θεῖον εὐσεβείᾳ, καὶ τὰ μέγιστα χαριξιόμεθα τῷ δάμῳ· Περὶ δὲ τῶν αὐτῶν διαλεγέντος μετὰ πάσας σπεδᾶς καὶ προθυμίας καὶ τε Τηίων πολίτε, καὶ βασιλέως Φιλίππε πρεσβευτᾶ Περδίκκα· Ἀποκρίνεσθαι τῷ δάμῳ τῷ Τηίων ὅτι πρότερόν τε ἁ πόλις διακειμένα φιλικῶς καὶ εὐνόως ποτὶ τὸ πλᾶθος τὸ Τηίων, ἔν τε τοῖς ὑπεράνω χρόνοις, ἐθενὸς ἀπέστα τῶν συμφερόντων, καὶ νῦν δὲ, καθότι παρακαλεῖ ὁ δᾶμος ὁ Τηίων καὶ Περδίκκας ὁ πολίτης αὐτῶν. Προαιρέμενοι ἐν ἐμ πᾶσιν εὐχαριστεῖν, καὶ μεμναμένοι τᾶς προϋπαρχέσας ταῖς πόλεσι συγγενείας, τάν τε καθιέρωσιν τῷ Διονύσῳ τᾶς τε πόλιος καὶ τᾶς χώρας ὑμῶν, ἔτι δὲ ἱερὰν καὶ ἄσυλον εἶναι (βελόμενοι χαρίζεσθαι Περδίκκᾳ) δίδομεν· Καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ὑπάρχοντα ὑμῖν ἔνδοξα καὶ τίμια συνδιαφυλαξιόμεθα ἀπροφασίστως, ἐφ' ὅσον κ' ἐῶμεν δυνατοί. Εἰ δέ τινες κα τῶν ὁρμωμένων ἐξ Ἰστρῶνος ἀδικήσωντί τινα Τηίων ἢ κοινᾷ ἢ ἰδίᾳ, παρὰ τὸ γραφὲν δόγμα περὶ τᾶς ἀσυλίας ὑπὸ τῆς πόλιος

ad Deum habito, decreto facto adaugeremus quæcunque alia apud ipsos ad ejus gloriam & honorem spectant; & bonæ alicujus rei auctores essemus populo; quodque hæc facientes tum congruenter agemus nostræ erga divinum numen pietati, tum populo maximopere gratificabimur: Deque iisdem etiam verba faciente, omni cum studio & promptitudine, Perdiccâ, cive Teio, & regis Philippi legato: Respondere populo Teiorum, quod nostra jamdudum civitas erga Teiorum multitudinem amanter & benevolè disposita, neque tempore superiore defuit, neque nunc deerit, si quâ eorum commoda promovere poterit, quemadmodum populus Teiorum & eorum civis Perdiccas obtestatur. Volentes igitur gratiosos nos in omnibus præbere, memoresque ejus quæ inter civitates intercessit cognationis, consecrari Baccho tum urbem tum regionem vestram, & sacram porro haberi & inviolatam (Perdiccæ gratificari cupientes) concedimus. Et quæcunque alia apud vos gloriosa & honorifica habentur, omni remoto prætextu, conservabimus, quantumcunque nobis fuerit possibile. Si autem aliqui solventium ex Istrone, aut publicè aut privatim Teiorum alicui injuri-

τᾶς Ἰστρωνίων, ἐξέστω τῷ παραγενομένῳ Τηίων ἐπιλαβέσθαι καὶ τῶν σωμάτων καὶ χρημάτων, εἴ τις κα ἄγῃ. Οἱ δὲ Κόσμοι οἱ τὸ κα ἀεὶ κοσμοῦντες ἐπαναγκαζόντων ἀποδιδόμεν τοὺς ἔχοντας, ἀζήμιοι ὄντες, καὶ ἀνυπόδικοι. Ἀναγράψαι δὲ καὶ τὸ δόγμα εἰς τὸ ἱερὸν τὸ τᾶς Ἀθανᾶς τᾶς Πολιάδος τοὺς γραμματέας τᾶς πόλιος.

am intulerint, contra decretum de Asyli jure ab Istroniorum civitate scriptum, licebit Teiorum alicui huc venienti in personas manus injicere & in pecunias, si quis agat feratque. Cosmi autem, qui eâ in perpetuum auctoritate fuerint, possessores ablata reddere coguuto, neque damno, neque quæstioni ob id obnoxii. Inscribunto etiam hoc decretum in Templo Minervæ Poliadis scribæ civitatis.

III.

ΣΥΒΡΙΤΙΩΝ. *Sybritiorum.*

ΣΥΒΡΙΤΙΩΝΑΠΟΛΙΣΚΑΙΟΙΚΟΣΜΟΙΤΗΙΩΝΤΑΙΒΟΥΛΑΙΚΑΙΤΩΙ
ΔΑΜΩΙΧΑΙΡΕΙΝΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΣΟΠΕΡΔΙΚΚΑΣΟΠΑΡΑΒΑΣΙ
ΛΕΩΣΦΙΛΙΠΠΟΥΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΤΟΤΕΨΑΦΙΣΜΑΑΠΕΔΩΚΕΝ
ΟΕΦΕΡΟΝΟΙΠΑΡΥΜΩΝΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΠΕΡΙΤΑΣΤΟΙΚΕΙΟΤΑ
ΤΟΣΚΑΙΤΑΣΦΙΛΙΑΣΚΑΙΟΤΙΚΑΛΩΣΚΑΙΠΟΙΗΣΑΜΕΝΠΡΟΣ
ΔΕΞΑΜΕΝΟΙΤΑΝΤΕΑΝΙΕΡΩΣΙΝΤΩΙΔΙΟΝΥΣΩΙΚΑΙΤΩΙ..

Deest pars media Epistolæ, decreto quod præcessit Istroniorum, ut ex reliquis conjecturare licet, planè compar.

ΠΑΝΤΑΕΙΔΕΤΙΝΕΣΤΩΝΟΡΜΩΜΕΝΩΝΕΞΥΒΡΙΤΙΑΣΑΔΙ
ΚΗΣΩΣΙΝΤΙΝΑΤΗΙΩΝΗΤΩΝΠΑΡΟΙΚΩΝΗΚΟΙΝΑΙΗΙΔΙΑΙΠΑ
ΡΑΤΟΓΡΑΦΕΝΔΟΓΜΑΠΕΡΙΤΑΣΑΣΥΛΙΑΣΥΠΟΤΑΣΠΟΛΕΩΣ
ΤΩΝΣΥΒΡΙΤΙΩΝΕΞΕΣΤΩΤΩΙΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΩΙΤΗΙΩΝ
ΗΤΩΝΠΑΡΟΙΚΩΝΤΩΝΕΝΤΕΩΙΕΠΙΛΑΒΕΣΘΑΙΚΑΙΤΩΝΣΩ
ΜΑΤΩΝΚΑΙΧΡΗΜΑΤΩΝΕΙΤΙΣΚΑΑΓΗΙΟΙΔΕΚΟΣΜΟΙΟΙΤΟΚΑ
ΑΕΙΚΟΣΜΕΟΝΤΕΣΕΠΑΝΑΓΚΑΞΟΝΤΩΝΑΠΟΔΙΔΟ
ΜΕΝΤΟΥΣΕΧΟΝΤΑΣΑΞΗΜΙΟΙΟΝΤΕΣΚΑΙΑΝΥΠΟΔΙ
ΚΟΙΠΑΣΑΣΞΑΜΙΑΣΕΥΤΥΧΕΙΤΕ.

Συβριτίων ἁ πόλις καὶ οἱ Κόσμοι Τηίων τᾷ βωλᾷ καὶ τῷ δάμῳ χαίρειν. Παραγενόμενος ὁ Περδίκκας, ὁ παρὰ βασιλέως Φιλίππω πρεσβευτὰς, τό τε ψάφισμα ἀπέδωκεν ὃ ἔφερον οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταὶ περὶ τᾶς τ' οἰκειότατος καὶ τᾶς φιλίας, καὶ ὅτι καλῶς καὶ ποιήσαμεν προσδεξάμενοι τάν τε ἀνιέρωσιν τωι Διονύσῳ, καὶ τωι * * * * * * * * πάντα. Ἐι δὲ τινες τῶν ὁρμωμένων ἐξυβριτίας [ἐκ Συβριτίας] ἀδικήσωσίν τινα Τηίων, ἢ τῶν παροικῶν, ἢ κοινᾷ ἢ ἰδίᾳ, παρὰ τὸ γραφὲν δόγμα περὶ τᾶς ἀσυλίας ὑπὸ τᾶς πόλεως τῶν Συβριτίων, ἐξέσω τῷ παραγενομένῳ Τηίων, ἢ τῶν παροικῶν τῶν ἐν Τέῳ, ἐπιλαβέσθαι καὶ τῶν σωμάτων καὶ χρημάτων, εἴτις κα ἄγῃ. Οἱ δὲ Κόσμοι οἱ τὸ κα ἀεὶ κοσμέοντες ἐπαναγκαζόντων ἀποδιδόμεν τὼς ἔχοντας, ἀζήμιοι ὄντες, καὶ ἀνυπόδικοι πάσας ζαμίας. Ἐυτυχεῖτε.

Sybritiorum civitas Cosmique Teiorum concilio & populo salutem. Perveniens huc Perdiccas, Philippi regis legatus, & psephisma reddidit quod attulere vestri ad nos legati, deque necessitudine differuit *& amicitiâ, quodque bene nos fecimus acceptâ Deo Baccho consecratione, quodque,* &c. * * * * * * * * * * * * *omnia. Si qui verò solventes ex Sybritiâ injuriam fecerint alicui Teiorum, aut eorum qui Tei habitant, idque aut communiter aut privatim, contra conscriptum de Asyli jure à Sybritiorum civitate decretum, licebit ei quicunque Teiorum aut Tei habitantium huc advenerit, & in personas manus injicere & in pecunias, si quis agat feratque. Cosmi autem, omni in posterum ævo Cosmatum gerentes, possessores ea reddere cogunto, sine noxâ, & ab omni de noxâ quæstione immunes. Bene valete.*

IV.

* sic

* ΣΑΞΙΩΝ. *Saxiorum.*

ΕΔΟΞΕΝΣΑΞΙΩΝΤΟΙΣΚΟΣΜΙΟΙΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΨΑΦΙΣΑΜΕΝΟΙΣ
ΚΑΤΑΤΟΝΝΟΜΟΝΕΠΕΙΔΗΤΗΙΟΙΔΙΑΠΡΟΓΟΝΩΝΦΙΛΟΙΚΑΙΣΥΓ
ΓΕΝΕΙΣΥΠΑΡΧΟΝΤΕΣΤΑΣΑΜΑΣΠΟΛΕΩΣΑΠΕΣ
ΤΕΙΛΑΝΨΑΦΙΣΜΑΚΑΙΠΡΕΙΓΕΥΤΑΣΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΝΚΑΙΚΟΛΩΤΑΝ
ΟΙΚΑΠΑΡΕΛΘΟΝΤΕΣΕΠΙΤΑΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝΚΑΙΤΟΨΑΦΙΣΜΑ

ἈΠΟΔΟΝΤΕΣΔΙΕΛΕΓΕΝΜΕΤΑΠΑΣΑΣΣΠΟΥΔΑΣ
ΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΠΕΡΙΤΩΙΓΕΝΕΣΘΑΙΤΑΝΚΑΘΙΕ
ΡΩΣΙΝΤΩΙΔΙΟΝΥΣΩΙΤΑΣΤΕΠΟΛΕΩΣΑΥΤΩΝΚΑΙΤΑΣΧΩΡΑΣΚΑΙ
ΤΑΝΑΣΥΛΙΑΝΤΑΤΕΑΛΛΑΤΑΥΠΑΡΧΟΝΤΑΑΥΤΟΙΣΕΝΔΟΞΑΚΑΙ
ΤΙΜΙΑΕΥΑΔΕΙΝΚΑΙΣΥΝΕΠΑΥΞΕΙΝΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝΟΝΥΠΕΡ
ΔΕΤΩΝΑΥΤΩΝΔΙΑΛΕΓΟΝΤΟΣΚΑΙΠΕΡΔΙΚΚΑΤ..ΠΑΡΑΓΩΒΑ
ΣΙΛΕΩΣΦΙΛΙΠΠΩΠΡΕΙΓΕΥΤΑΔΕΔΟΧΘΑΙΣΑΥΞΙΩΝΤΟΙΣΚΟΣ
ΜΙΟΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙΜΕΝΤΟΥΣΠΡΕΙΓΕΥΤΑΣ.....
ΔΙΟΤΙΚΑΛΩΣΚΑΙΣΥΜΦΕΡΟΝΤΩΣΔΙΕΛΕΓΕΝΠΕΡΙΤΑΣΟΙΚΕΙΟΤΑΤΟΣ
ΤΑΣΥΠΑΡΧΟΥΣΑΣΑΥΤΟΙΣΠΟΡΤΑΜΕΚΑΙΤΩΝΛΟΙΠΩΝΕΝΔΟ
ΞΩΝΚΑΙΤΙΜΙΩΝΑΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙΔΙΟΤΙΟΔΑΜΟΣΣΑΥΞΙΩΝΔΙΑ
ΦΥΛΑΣΣΩΝΤΑΝΠΟΡΤΙΤΟΘΕΙΟΝΕΥΣΕΒΕΙΑΝΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΤΗΙΩΝΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΝΒΩΛΟΜΕΝΟΣΤΑΝΤΕΚΑΘΙΕΡΩΣΙΝΤΩΙ
ΔΙΟΝΥΣΩΙΤΑΣΤΕΠΟΛΕΩΣΤΩΝΤΗΙΩΝΚΑΙΤΑΣΧΩΡΑΣΑΝΑΔ
ΕΙΚΝΥΝΤΙΚΑΙΠΑΡΔΕΧΕΤΑΙΙΕΡΑΝΚΑΙΑΣΥΛΟΝΚΑΘΟΤΙΠΑΡΑΚΑ
ΛΕΙΟΔΑΜΟΣΟΤΗΙΩΝΥΠΑΡΞΕΙΔΕΚΑΙΤΑΑΛΛΑΤΙΜΙΑ
ΤΗΙΟΙΣΠΑΡΤΑΙΠΟΛΕΙΤΩΝΣΑΥΞΙΩΝΝΥΝΤΕΚΑΙΕΙΣΤΟΝΑΕΙΧΡΟΝ
ΟΝΕΡΡΩΣΘΕ.

Ἔδοξεν Σαξίων τοῖς Κοσμίοις καὶ τᾷ πόλει ψαφισαμένοις κατὰ τὸν νόμον. Ἐπειδὴ Τήιοι, διὰ προγόνων φίλοι καὶ συγγενεῖς ὑπάρχοντες τᾶς ἁμᾶς πόλεως, ἀπέστειλαν ψάφισμα καὶ πρειγευτὰς Ἀπολλόδοτον καὶ Κολώταν· Οἳ καὶ παρελθόντες ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν, καὶ τὸ ψάφισμα ἀποδόντες, διελέγεν μετὰ πάσας σπουδᾶς καὶ φιλοτιμίας περὶ τῷ γενέσθαι τὰν καθιέρωσιν τῷ Διονύσῳ τᾶς τε πόλεως αὐτῶν καὶ τᾶς χώρας, καὶ τὰν ἀσυλίαν, τά τε ἄλλα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς ἔνδοξα καὶ τίμια εὐάδειν, καὶ συνεπαύξειν, εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον· Ὑπὲρ δὲ τῶν αὐτῶν δια-

Placuit Cosmiis & civitati Saxiorum, decreto secundum legem facto. Quandoquidem Teii, jam olim per majores amici & cognati civitatis nostræ, misêre psephisma & legatos Apollodotum & Colotam: Qui in concionem introducti psephisma reddidêre; deque faciendâ urbis & regionis Deo Baccho consecratione omni curâ atque studio disseruêre; utque jus Asyli aliaque apud eos gloriosa & honorifica tanquam grata acciperemus, & adaugeremus in omne ævum: deque iisdem differente & Perdiccâ, legato à rege Philippo: Placere Cosmiis & civitati Sax-

λέγοντος

λέγοντος καὶ Περδίκκα τῶ παρὰ τῶ βασιλέως Φιλίππω πρειγευτᾶ· Δεδόχθαι Σαυξίων (sic) τοῖς Κοσμίοις καὶ τᾷ πόλει ἐπαινέσαι μὲν τὼς πρειγευτὰς, διότι καλῶς καὶ συμφερόντως διελέγεν περὶ τᾶς οἰκειότατος τᾶς ὑπαρχούσας αὐτοῖς ποτ' ἀμὲ, καὶ τῶν λοιπῶν ἐνδόξων καὶ τιμίων· Ἀποκρίνασθαι δὲ ὅτι ὁ δᾶμος Σαυξίων διαφυλάσσων τὰν ποτὶ τὸ θεῖον εὐσέβειαν, καὶ τᾷ πόλει τῶν Τηίων εὐχαριστεῖν βωλόμενος, τάν τε καθιέρωσιν τῷ Διονύσῳ τᾶς τε πόλεως τῶν Τηίων καὶ τᾶς χώρας ἀναδείκνυντι, καὶ παραδέχεται ἱερὰν καὶ ἄσυλον, καθότι παρακαλεῖ ὁ δᾶμος ὁ Τηίων. Ὑπάρξει δὲ καὶ τὰ ἄλλα τίμια Τηίοις παρ' τᾷ πόλει τῶν Σαυξίων, νῦν τε, καὶ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. Ἔρρωσθε.

iorum collaudare quidem legatos, eò quod perpulchra & conducibilia disseruere, de intercedente inter nos & illos necessitudine, deque aliis gloriosis & honorificis: Respondere autem, quod Saxiorum populus suam conservans erga divinum numen pietatem, & civitati Teiorum gratificari cupiens, publicè ratam habet & urbis & regionis factam Baccho consecrationem, easque, quemadmodum obsecravit populus Teiorum, pro sacris & inviolatis accipit. Extabunt verò & alia Teiis honorifica apud Saxiorum civitatem, & nunc, & in omne ævum. Valete.

V.

ΡΑΥΚΙΩΝ. *Rhauciorum.*

ΕΔΟΞΕΝΡΑΥΚΙΩΝΤΟΙΣΚΟΣΜΙΟΙΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙ
ΕΠΕΙΔΗΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟΙΠΡΕΙΓΕΥΤΑΙΠΑΡΑΤΩ
ΔΑΜΩΤΩΤΗΙΩΝΠΟΡΤΙ ΡΑΥΚΙΩΝΤΑΝ
ΠΟΛΙΝΑΠΟΛΛΟΔΟΤΟΣΑΣΤΥΑΝΑΚΤΟΣΚΟΛΩΤ
ΑΣΕΚΑΤΩΝΥΜΟΥΟΙΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣΕΠΙ
ΤΑΝΕΚΚΛΗΣΙΑΝΕΦΑΝΙΣΑΝΤΕΟΙΚ ΕΙΟΤΑ
ΤΑΤΑΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝΡΑΥΚΙΟΙΣΠΟΘΑΥΤΟΥΣ
ΚΑΙΠΕΡΙΤΑΣΑΣΥΛΙΑΣΤΑΣΤΕΠΟΛΕΩΣΚΑΙ
ΤΑΣΧΩΡΑΣΠΑΡΕΚΑΛΕΣΑΝΕΤΙΔΕΚΑΙ
ΤΩΠΑΡΑΝΤΙΟΧΩΤΩΒΑΣΙΛΕΩΣΠΡΕΙ
ΓΕΥΤΑΑΓΗΣΑΝΔΡΩΠΑΡΑΚΑΛΕΣΑΝΤΟΣΜΕΤΑ.....

ΣΠΟΥΔΑΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΟΜΟΙΩΣΔΕΚΑΙΤΩΝΠΑΡΑ ΤΗΙΩΝ
ΠΡΕΙΓΕΥΤΑΝΕΜΦΑΝΙΣΑΝΤΩΝ : : : : :
ΤΑΝΑΥΤΩΝΕΥΝΟΙΑΝΚΑΙΠΡΟΘΥΜΙΑΝΔΕΔΟΧ
ΘΑΙΡΑΥΚΙΩΝΤΟΙΣ ΚΟΣΜΙΟΙΣΚΑΙΤΑΙΠΟ
ΛΕΙΑΠΟΚΡΙΝΑΣΘΑΙ ΤΗΙΟΙΣΟΤΙΚΑΘΙΕΡΩΣΙΑΣΤΩΙΔΙΟΝΥ
ΣΩΙΤΑΣΤΑΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙΤΑΣΧΩΡΑΣΑΥΤΩΝΤΑΝΤΕΑΣΥΛΙΑΝ
ΚΑΙΤΑΑΛΛΑΕΝΔΟΞΑΚΑΙΤΙΜΙΑ ΠΑΡΔΕΧΟΜΕΘΑ
ΝΥΝΤΕΚΑΙΤΟΝΑΛΛΟΝΧΡΟΝΟΝΠΑΝΤΑ.

Ἔδοξεν Ῥαυκίων τοῖς Κοσμίοις, καὶ τᾷ πόλει. Ἐπειδὴ παραγενόμενοι πρειγευταὶ παρὰ τῶ δάμω τῶ Τηίων ποτὶ Ῥαυκίων τὰν πόλιν, Ἀπολλόδοτος Ἀςυάνακτος Κολώτας Ἑκατωνύμου, ἐπελθόντες ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν ἐφάνισάν τε οἰκειότατα τὰν ὑπάρχουσαν Ῥαυκίοις ποθ' αὐτοὺς, καὶ περὶ τᾶς ἀσυλίας τᾶς τε πόλεως καὶ τᾶς χώρας παρεκάλεσαν· Ἔτι δὲ καὶ τῶ παρ' Ἀντιόχω βασιλέως πρειγευτᾶ Ἁγησάνδρω παρακαλέσαντος μετὰ [πάσας] σπουδᾶς καὶ φιλοτιμίας· Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν παρὰ Τηίων πρειγευτᾶν ἐμφανισάντων τὰν αὐτῶν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν· Δεδόχθαι Ῥαυκίων τοῖς Κοσμίοις καὶ τᾷ πόλει ἀποκρίνασθαι [Τηίοις, ὅτι καθιερώσιας τῷ Διονύ]σῳ τὰς τᾶς πόλεως καὶ τᾶς χώρας αὐτῶν, τάν τε ἀσυλίαν, καὶ τὰ ἄλλα ἔνδοξα καὶ τίμια [παρδεχόμεθα] νῦν τε, καὶ τὸν ἄλλον χρόνον πάντα.

Placuit Cosmiis & Civitati Rhauciorum. Quandoquidem huc pervenêre missi à Teiorum populo ad civitatem Rhauciorum legati, Apollodotus F. Astyanactis & Colotes F. Hecatonymi, inque concionem introducti perspicuam fecere eam quam erga ipsos Rhaucii habent necessitudinem; quinetiam de jure Asyli, quo munita esset & urbs & regio, postulavêre: Porro & Hegesandro misso à rege Antiocho legato omni cura atque studio idem postulante: Similiter & Teiorum legatis benevolentiam eorum & promptitudinem demonstrantibus: Placere Cosmiis & civitati Rhauciorum respondere Teiis, quòd urbis & regionis eorum factas Baccho consecrationes, & jus Asyli, & alia quoque gloriosa & honorifica approbamus, & nunc, & in omne futurum ævum.

VI.

ΨΑΦΙΣΘΗΕΠΙΔΑΜΙΟΘΕΤΟΥΦΙΛΩΝΟΣΜΗΝΟΣΑΡΤΑ
ΜΙΤΙΟΥΝΕΥΜΗΝΙΑΙ.

ΑΡΚΑΔΩΝ. *Arcadum.*

ΕΔΟΞΕΝΑΡΚΑΔΩΝΤΟΙΣΚΟΣΜΟΙΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΕΠΕΙ
ΔΗΤΗΙΟΙΦΙΛΟΙΚΑΙΣΥΓΓΕΝΕΙΣΚΑΙΕΥΝΟΟΙΥΠΑΡΧΟΝΤΕΣ
ΤΑΙΠΟΛΕΙΔΙΑΠΡΟΓΟΝΩΝΨΑΦΙΣΜΑΚΑΙΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣ
ΑΠΕΣΤΑΛΚΑΝΗΡΟΔΟΤΟΝΜΗΝΟΔΟΤΟΥΜΕΝΕΚΛΗΝΔΙ
ΟΝΥΣΙΟΥΟΙΚΑΙΕΠΕΛΘΟΝΤΕΣΕΠΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΑΡ
ΚΑΔΩΝΤΟΤΕΨΑΦΙΣΜΑΑΠΕΔΩΚΑΝΚΑΙΑΥΤΟΙΔΙΕΛΕ
ΓΕΝΜΕΤΑΠΟΛΛΑΣΣΠΟΥΔΑΣΚΑΙΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣΕΜΦΑΝΙ
ΞΟΝΤΕΣΤΑΝΕΥΝΟΙΑΝΤΟΥΔΑΜΟΥΑΝΕΧΕΙΠΡΟΣΑΡ
ΚΑΔΑΣΚΑΙΤΟΥΣΑ.ΙΠΟΥΣΚ....ΤΑΝΤΕΕΥΣΕ
ΒΕΙΑΝ.... desunt versiculi septendecim.
.... ΚΑΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΩΝΑΡ
ΚΑΔΩΝΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΟΥΝΚΑΙΗΜΕΙΣΤΟΙΣΕΥΝΟΩΣ
ΔΙΑΚΕΙΜΕΝΟΙΣΕΝΧΑΡΙΤΟΣΜΕΡΕΙΜΗΛΕΙΠΕΣΘΑΙΤΟ
ΤΕΠΡΟΤΕΡΟΝΔΟΓΜΑΟΕΧΕΤΕΠΑΡΗΜΩΝΠΕΡΙΤΑΣ
ΑΣΥΛΙΑΣΚΑΙΤΑΣΚΑΘΙΕΡΩΣΙΟΣΤΑΣΤΕΠΟΛΙΟΣΚΑΙΤΑΣ
ΧΩΡΑΣΑΝΑΓΡΑΨΟΜΕΝΚΑΘΟΤΙΠΑΡΑΚΑΛΕΙΤΕΔΙΑΤΟΥ
ΨΑΦΙΣΜΑΤΟΣΕΙΣΤΟΙΕΡΟΝΤΟΥΑΣΚΛΑΠΙΟΥΚΑΙΣΥΝ
ΤΗΡΗΣΟΜΕΝΤΑΔΕΔΟΜΕΝΑΥΜΙΝΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΠΑ
ΡΑΚΑΛΕΣΑΝΤΩΝΔΕΑΜΕΤΩΝΠΡΕΣΒΕΥΤΑΝΔΟΥΝΑΙ
ΥΜΙΝΙΣΟΠΟΛΕΙΤΕΙΑΝΚΑΙΕΝΚΤΗΣΙΝΓΑΣΚΑΙΟΙΚΙΑΣΚΑΙΑΤΕ
ΛΕΙΑΝΤΑΥΤΑΤΕΔΙΔΟΜΕΝΥΜΙΝΚΑΙΕΑΝΤΙΝΕΣΑΔΙΚΩΣΙΝ
ΥΜΑΣΗΤΑΝΧΩΡΑΝ..ΙΡΩΝΤΑΙΓΑΝΚΑΘΙΕΡΩΜΕ
ΝΑΝΤΩΙΔΙΟΝΥΣΩΙΚΑΙΠΟΛΕΜΕΩΣΙΝΥΜΙΝΗΚΑΤΑΓΑΝ
ΗΚΑΤΑΘΑΛΑΣΣΑΝΒΟΗΘΗΣΟΜΕΝΥΜΙΝΚΑΘΟΤΙΑΝΕΩ
ΜΕΝΔΥΝΑΤΟΙΕΙΝΑΙΔΕΚΑΙΤΑΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑΤΗΙΟΙΣΠΑ
ΡΑΡΚΑΣΙΠΑΝΤΑΟΣΑΚΑΙΑΡΚΑΣΙΝΕΣΤΙΝΕΠΑ..ΣΟΜΕΝ
ΔΕΚΑΙΤΟΣΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΗΡΟΔΟΤΟΝΚΑΙΜΕΝΕΚΛΕΑ
ΕΠΙΤΩΙΣΠΕΥΔΕΙΝΥΠΕΡΤΑΣΠΑΤΡΙΔΟΣΕΚΤΕΝΩΣ
ΚΑΙΤΑΝΠΑΡΕΠΙΔΑΜΙΑΝΠΕΠΟΙΗΣΘΑΙΑΞΙΩΣΑΜΦΟΤΕ
ΡΩΝΤΑΣΠΟΛΕΩΣΔΟΘΗΜΕΝΤΕΑΥΤΟΙΣΚΑΙΞΕΝΙΑΤΑ
ΕΚΤΩΝΝΟΜΩΝΕΙΝΑΙΘΗΡΟΔΟΤΟΝΜΗΝΟΔΟΤΩΚΑΙ
ΜΕΝΕΚΛΗΝΔΙΟΝΥΣΙΩΠΡΟΞΕΝΟΣΤΑΣΠΟΛΕΩΣΑΜΩΝΕΡΡΩΣΘΕ.

Ψαφίσθη

Ψαφίσθη ἐπὶ Δαμιοθέτου Φίλωνος μηνὸς Ἀρταμιτίου νεομηνίᾳ.

Ἔδοξεν Ἀρκάδων τοῖς Κόσμοις, καὶ τᾷ πόλει. Ἐπειδὴ Τήιοι, φίλοι καὶ συγγενεῖς καὶ εὔνοοι ὑπάρχοντες τᾷ πόλει διὰ προγόνων, ψάφισμα καὶ πρεσβευτὰς ἀπέσταλκαν Ἡρόδοτον Μηνοδότου, Μενέκλην Διονυσίου· Οἱ καὶ ἐπελθόντες ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων τό τε ψάφισμα ἀπέδωκαν, καὶ αὐτοὶ διελέγεν μετὰ πολλᾶς σπουδᾶς καὶ φιλοτιμίας, ἐμφανίζοντες τὰν εὔνοιαν τοῦ δάμου ἂν ἔχει πρὸς Ἀρκάδας, καὶ τοὺς [λοιποὺς Κρῆτας] . . . . καὶ τὸ κοινὸν τῶν Ἀρκάδων. Βουλόμενοι οὖν καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐνόως διακειμένοις ἐν χάριτος μέρει μὴ λείπεσθαι, τό τε πρότερον δόγμα, ὃ ἔχετε παρ' ἡμῶν, περὶ τᾶς ἀσυλίας, καὶ τᾶς καθιερώσιος τᾶς τε πόλιος καὶ τᾶς χώρας, ἀναγράψομεν, καθότι παρακαλεῖτε διὰ τοῦ ψαφίσματος, εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκλαπιοῦ, καὶ συντηρήσομεν τὰ δεδομένα ὑμῖν φιλάνθρωπα. Παρακαλεσάντων δὲ ἁμὲ τῶν πρεσβευτᾶν δοῦναι ὑμῖν ἰσοπολειτείαν, καὶ ἔγκτησιν γᾶς καὶ οἰκίας, καὶ ἀτέλειαν, ταῦτά τε δίδομεν ὑμῖν. Καὶ ἐὰν τινὲς ἀδικῶσιν ὑμᾶς, ἢ τὰν χώραν ἀνιερῶνται τὰν καθιερωμέναν τῷ Διο-

Decretum fuit sub Damiothetâ F. Philonis, mensis Artamitii novilunio.

Placuit Cosmis & civitati Arcadum. Quandoquidem Teii, amici & cognati & civitati nostræ per majores jamdudum benevoli, psephisma & legatos miserunt Herodotum F. Menodoti, Meneclem F. Dionysii: qui ad commune Arcadum accedentes & psephisma reddidêre, ipsique multâ cum solicitudine studioque disseruêre, perspicuam facientes populi benevolentiam quam habet erga Arcadas, & : : : : : : : : : : : : : : : : & commune Arcadum. Nos itaque cupientes, in reddendâ populo tam benevolè affecto gratiâ, nostras partes neutiquam deesse, tum prius illud quod à nobis habetis decretum de jure asyli, deque consecratione urbis & regionis, conscribemus, uti per decretum vestrum postulatis, in templo Æsculapii, & concessa vobis humanitatis officia conservabimus. Legatis insuper nos rogantibus ut communitatem civitatis, possessionemque terræ & domicilii, quin & immunitatem vobis concederemus, & hæc etiam vobis concedimus. Et siqui injuriam vobis fecerint, aut regionem Baccho consecratam

νύσῳ, καὶ πολεμέωσιν ὑμῖν, ἢ κατὰ γᾶν ἢ κατὰ θάλασσαν, βοηθήσομεν ὑμῖν, καθότι ἂν ἔωμεν δυνατοί. Εἶναι δὲ καὶ τὰ φιλάνθρωπα Τηΐοις παρ' Ἀρκάσι πάντα ὅσα καὶ Ἀρκάσιν ἐστίν. Ἐπαινέσομεν δὲ καὶ τὸς πρεσβευτὰς Ἡρόδοτον καὶ Μενεκλέα ἐπὶ τῷ σπουδεῖν ὑπὲρ τᾶς πατρίδος ἐκτενῶς, καὶ τὰν παρεπιδαμίαν πεποιῆσθαι ἀξίως ἀμφοτέρων τᾶς πόλεως. Δοθῆμέν τε αὐτοῖς καὶ ξένια τὰ ἐκ τῶν νόμων. Εἶναι θ' Ἡρόδοτον Μηνοδότω καὶ Μενεκλῆν Διονυσίω προξένος τᾶς πόλεως ἁμῶν. Ἔρρωσθε.

resecraverint, vobisque bellum intulerint, sive à terrâ sive à mari; auxiliabimur vobis totis nostris viribus. Sint autem Teiis apud Arcadas officia humanitatis omnia, quæcunque & ipsis sunt Arcadibus. Collaudabimus verò legatos Herodotum Meneclemque, eò quòd patriæ suæ causæ intentè adeo studuerint, inque honorem utrorumque civitatis peregrinationem fecerint. Ipsis etiam & lautia ex lege dentur. Sintque Herodotus F. Menodoti & Menecles F. Dionysii urbis nostræ hospites. Valete.

VII.

ΚΝΩΣΙΩΝ. *Cnosiorum.*

ΕΔΟΞΕΚΝΩΣΙΩΝΤΟΙΣΚΟΣΜΙΟΣΚΑΙΤΑΙΠΟΛΕΙΕΠΕΙ
ΔΗΗΡΟΔΟΤΟΣΜΗΝΟΔΟΤΩΚΑΙΜΕΝΕΚΛΗΣΔΙΟΝΥΣΙΩ
ΑΠΟΣΤΑΛΘΕΝΤΕΣΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙΠΑΡΤΗΙΩΝΠΟΡΤΙ
ΤΑΣΕΝΚΡΗΤΑΙΠΟΛΙΑΣΚΑΙΔΙΑΤΡΙΨΑΝΤΕΣΤΟΝΠΛΕΙΣ
ΤΟΝΧΡΟΝΟΝΕΝΤΑΙΑΜΑΙΠΟΛΕΙΟΥΜΟΝΟΝΤΑΝΑΠΟΤΑΣ
ΑΝΑΣΤΡΟΦΑΣΕΥΤΑΞΙΑΝ..ΤΕΔΕΙΞΑΝΤΟΑΛΛΑΚΑΙΕΠΕ
ΔΕΙΞΑΤΟΜΕΝΕΚΛΗΣΜΕΤΑΚΙΘΑΡΑΣΠΛΕΟΝΑΚΙΣΤΑΤΕ
ΤΙΜΟΘΕΩΚΑΙΠΟΛΥΙΔΩΚΑΙΤΩΝΑΜΩΝΑΡΧΑΙΩΝΠΟΙ
ΗΤΑΝΚΑΘΩΣΠΡΟΣΗΚΕΝΑΝΔΡΙΠΕΠΑΙΔΕΥΜΕ
ΝΩΙΟΠΑΙΩΝΙΣΩΝΤΙΤΗΙΟΙΟΤΙΑΠΟΛΙΣΑΠΟΔΕΔΕΚΤΑΙ
ΤΟΣ..ΟΥΤΟΣΤΩΝΑΝΔΡΩΝΔΕΔΟΧΘΑΙΕΠΑΙΝΕΣΑΙ
ΤΑΝΤ.ΤΗΙΩΝΠΟΛΙΝΕΠΙΤΩΙΤΟΙΟΥΤΟΣΑΝΔΡΑΣ
ΠΕΜΨΑΣΘΑΙΟΜΟΙΩΣΔΕΤΟΣΠΡΕΣΒΕΥΤΑΣΗΡΟΔΟΤΟΝ
ΚΑΙΜΕΝΕΚΛΗΝΟΤΙΚΑΛΩΣΚΑΙΕΥΤΑΚΤΩΣΕΝΔΕΔΑ* *
* * * * * * * * * * * * * * * * *

ΤΟΣΔΕ

Ἔδοξε Κνωσίων τοῖς Κόσμοις καὶ τᾷ πόλει. Ἐπειδὴ Ἡρόδοτος Μηνοδότω καὶ Μενέκλης Διονυσίω ἀποςαλθέντες πρεσβευταὶ πὰρ Τηΐων ποτὶ τὰς ἐν Κρήτᾳ πόλιας, καὶ διατρίψαντες τὸν πλεῖςον χρόνον ἐν τᾷ ἁμᾷ πόλει, οὐ μόνον τὰν ἀπὸ τᾶς ἀναςροφᾶς εὐταξίαν ἀνεδείξαντο, ἀλλὰ καὶ ἐπεδείξατο Μενέκλης μετὰ κιθάρας πλεονάκις τά τε Τιμοθέω καὶ Πολυΐδω, καὶ τῶν ἁμῶν ἀρχαίων ποιητᾶν, καθὼς προσῆκεν ἄνδρι πεπαιδευμένῳ· Ὅπαι ὦν ἴσωντι Τήιοι ὅτι ἁ πόλις ἀποδέδεκται τὸς τοιούτως τῶν ἀνδρῶν, δεδόχθαι ἐπαινέσαι τάν τε Τηΐων πόλιν, ἐπὶ τῷ τοιούτους ἄνδρας πέμψαι, ὁμοίως δὲ τὸς πρεσβευτὰς Ἡρόδοτον καὶ Μενέκλην, ὅτι καλῶς καὶ εὐτάκτως*

Placuit Cosmis & civitati Cnosiorum. Quandoquidem Herodotus F. Menodoti & Menecles F. Dionysii legati à Teiis ad Cretæ civitates missi, diuque in civitate nostrâ commorati, non solum eâ quæ in conversatione est modestiâ conspicui pariter fuêre, sed & Menecles persæpe citharâ ediderit quædam tum Timothei, tum Polyidi, veterumque nostratium poetarum, eo quo decebat virum literatum modo: Ut sciant itaque Teii civitati nostræ acceptos fuisse homines tam egregios: Placere tum Teiorum civitatem collaudare, eò quòd tales viros miserit, tum ipsos similiter legatos Herodotum Meneclemque, quòd bene & compositè : : : :

Quibus & hæc videntur subnectenda, in alio lapidis frustulo reperta.

. . . . τὸς δὲ Κόσμως δόμεν ἀντίγραφον τῶδε τῶ ψαφίσματος σφραγίσαντας τᾷ δαμοσίᾳ σφραγίδι ἀποκομίσαι Ἡροδότῳ καὶ Μενέκλει . . . .

Cosmos autem tradere exemplar hujusce psephismatis, postquam sigillo illud publico obsignaverint, referendum Herodoto Menecli-que. . . . .

Fuêre aliæ non paucæ genere eodem formulæ, sed quarum nudi solummodo tituli in fragmentis lapidum servantur, viz.

ΠΟΛΥΡΡΗΝΙΩΝ. *Polyrrheniorum.*

Πολυρρηνιων . οι . κοσμοι . και . α . πολις . Τηιων . τωι . δαμωι . και .

Cosmi & civitas Polyrrheniorum Teiorum populo & concilio salu-

 ται

ται . βουλαι . χαιρειν . κομισαμενοι . το . ψαφισμα . το . παρ . υμων : : : : : : : οι . πρεσβευται . Απολλοδοτος . και . Κολωτας. * * *

salutem. Missum à vobis psephisma attulêre : : : : : : : : legati Apollodotus & Colotes. * * *

ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ. *Cydoniatarum.*

Κυδωνιαταν . α . πολις . και . οι . Κοσμοι * *

Cydoniatarum civitas Cosmique * * * *

ΛΑΠΠΑΙΩΝ. *Lappæorum.*

Εδοξε . Λαππαιων . τοις . Κοσμοις . και . ται . πολει . επειδη . παραγενομενοι . πρεσβευται . παρα . του . δημου . του . Τηιων . Απολλοδοτος . Αστυανακτος . Κολωτης . Εκατωνυμου . επελθοντες . επι . την . εκκλησιαν . εφανισαν . την * * *

Placuit Cosmis & civitati Lappæorum. Quandoquidem huc pervenêre legati à populo Teiorum, Apollodotus F. Astyanactis, Colotes F. Hecatonymi, inque concionem introducti perspicuam fecêre * * * &c. ut Rhaucii.

ΠΡΙΑΝΣΙΩΝ. *Priansiorum.*

Εδοξε . Πριανσιων . τοις . Κοσμιοις . και . ται . πολει . επειδη . Ηροδοτος . Μηνοδοτου . και . Μενεκλης . Διονυσιου. * *

Placuit Cosmiis & civitati Priansiorum. Quandoquidem Herodotus F. Menodoti, & Menecles F. Dionysii * *

ΛΑΤΙΩΝ. *Latiorum.*

Εδοξε . Λατιων . τοις . Κοσμοις . και . ται . πολει . επειδη . Τηιοι . συγγενεις . και . φιλοι . δια . προγονων . υπαρχοντες . ψαφισμα . και . πρειγευτας . απεσαλκαν . Απολλοδοτον . και . Κολωταν . οι . δε . ετελθοντες . επι . το . κοινον . το . * *

Placuit Cosmis & civitati Latiorum. Quandoquidem Teii cognati, & jam olim per majores amici nostri, psephisma miserunt, & legatos, Apollodotum et Colotem, qui accedentes ad commune Latiorum * * &c. ut Istronii.

Ad Monumenta Teia & populos Cretenſes Notæ.

I. ΕΛΕΥΘΕΡΝΑΙΩΝ. *Eleutbernæorum. pag.* 108. Horum antiquiſſima in Mediterraneis Cretæ civitas, ante Curetum tempora, *Satra* vocitata fuit; poſtea ab eorum uno, mutato nomine, *Eleuthernæ*. Ita ſcilicet apud Plinium Scylacemque: cùm malè in Stephani epitome *Eleutherna*, pejus adhuc in eâdem, & in Dionis exemplaribus *Eleuthera* legatur. Ejus tanta fuit potentia ſub his Antiochi M. & Philippi regum temporibus, ut bello ultrò illato Rhodiorum injurias repulerit. Poſtea Romanorum quoque impetus, non niſi proditione capta, fortiter ſuſtinuit: quum Q. Metellus, perdomitis Cretenſibus, liberæ in id tempus inſulæ, ut inquit Livii Epitomator, leges dedit. Vide Dionis lib. mutilum 36. Polyb. hiſt. lib. 4. Extant hujuſce civitatis nummi inverſis antiquis literis ΝΟΙΑΝϘƎΘΥƎΛƎ ſcripti.

Pag. 109. Ἁγήσανδρος Εὐκρατοῦς Ῥόδιος ὁ παρὰ τῶ βασιλέως Ἀντιόχω πρεσβεύτας ἐπὶ τὰς τῶ πολέμω [νῦν] διαλύσεις ἀποσταλεὶς, i. e. *Hegeſander Eucratenſis Rhodius legatus à rege Antiocho de bello nunc dirimendo miſſus.* Quanquam hæc ad illatum ab Eleuthernæis genti Rhodiorum bellum, circa annum regis Antiochi ſextum, primâ facie pertinere videantur, veriſimilius tamen reſpici crediderim annum ejus triceſimum primum, ante Chriſt. 194, paulò ante quàm Menippum Romam ablegaverat, tum ſua tum Teiorum illic negotia obiturum. Tunc enim ſtudio imminentis belli, quod, ut inquit Appianus in Syriacis, contra Romanos animo præceperat, cætera omnia pacata cupiebat, generoſque ſibi adjungi reges propinquos expetebat, Ptolemæum Ægypti, Ariarathem Cappadociæ, Eumenem Pergami. Eodemque prorſus intuitu viſus eſt, per hanc Hegeſandri Rhodii legationem, tum Teios, tum Cretenſes ſibi populos devinxiſſe. Per alium verò Rhodium, nomine Euclem, ut docet Hieronymus in Danielem, Ptolemæum regem demulcebat, eumque annum jam decimum regnantem, qui ſaltem aliquâ ſui parte incidit in annum Antiochi M. 31. ante Chriſtum 194.

Pag. 109, 110. Δεδόχθαι τοῖς Κοσμίοις καὶ τᾷ πόλει. *Placere Coſmiis & civitati* Eleuthernæorum. Semel hìc notetur ſolennis auctoritatis formula, quâ publicis ſuis Decretis & Reſcriptis præfantur Cretenſes populi. Iſta quid ſibi velit diſcendum ab Ariſtotele *Polit. l.* 2. *c.* 10. Λέγεται τὰ πλεῖστα μεμιμῆσθαι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν ἡ τῶν Λακώνων..... Οἱ μὲν γὰρ Ἔφοροι τὴν αὐτὴν ἔχουσι δύναμιν τοῖς ἐν τῇ Κρήτῃ Κόσμοις· πλὴν οἱ μὲν Ἔφοροι πέντε τὸν ἀριθμὸν· οἱ δὲ Κόσμοι δέκα εἰσίν. Οἱ δὲ γέροντες τοῖς γέρουσιν, οὓς καλοῦσιν οἱ Κρῆτες βουλὰν, ἴσοι. Βασιλεία πρότερον μὲν ἦν· εἶτα κατέλυσαν οἱ Κρῆτες. Καὶ τὴν ἡγεμονίαν οἱ Κόσμοι τὴν κατὰ πόλεμον ἔχουσιν· Ἐκκλησίας δὲ μετέχουσι πάντες. Κυρία δ' οὐδενός ἐστιν, ἀλλ' ἢ συνεπιψηφίσαι δόξαντα τοῖς Γέρουσι καὶ τοῖς Κόσμοις..... οὐκ ἐξ ἁπάντων αἱροῦνται τοὺς Κόσμους, ἀλλ' ἐκ τινῶν γενῶν, καὶ τοὺς γέροντας ἐκ τῶν κεκοσμηκότων, i. e. *Pleriſque in rebus Lacedæmonum reſpublica Cretenſem æmulata dicitur... Ephori enim Lacedæmone eandem habent poteſtatem ac in Cretâ Coſmi; niſi quòd Ephori numero ſunt quinque, Coſmi decem. Seniores verò ſenioribus, quos concilium Cretenſes vocant, numero ſunt æquales. Olim quidem regnum fuit; id deinde Cretenſes ſuſtulêre. Coſmique in bello imperium obtinent: concionis verò univerſa plebs eſt particeps. Ipſi interim dominatus nullus alius competit, præterquam quæ placuerint ſenioribus Coſmiſque latis ſuffragiis comprobare.... Non ex quibuſcunque Coſmos eligunt, ſed ex generibus quibuſdam, & ſeniores ex iis qui aliquando geſſerint Coſmatum.* Κόσμος pleriſque vocabatur hujuſmodi magiſtratus: His verò Eleuthernæis, ut & Saxiis, Rhauciis, Prianſiis, Κόσμιοι. Rectè igitur priore vocabulo uſus eſt Ariſtoteles aliique, rectè etiam & poſteriore Strabo; docens ſcil. *lib.* 10. τοὺς Ἐφόρους τὰ αὐτὰ τοῖς ἐν Κρήτῃ Κοσμίοις διοικοῦντας ἑτέρως ὠνομάσθαι. Inter decem Coſmos unus eminebat princeps, iſque tanquam anni Eponymus antiquitùs deſignabatur, ut in Creticâ quæ mox adducetur inſcriptione, ΕΠΙ ΤΩΝ ΣΥΝ ΚΡΑΤΙΝΩΙ, i.e. *ſub iis qui cum Cratino fuêre Coſmis.* Idem ſequiore ævo, Protocoſmi titulo, in Lytti urbis occurrit monumentis, Trajano & ejus familiæ dicatis. Grut. MLXXXIV. &c.

II. ΙΣΤΡΩ-

II. ΙΣΤΡΩΝΙΩΝ. *Istroniorum*; iterumque *pag.* 111. ΕΞ ΙΣΤΡΩΝΟΣ, *ex Istrone.* Vides, Lector, hanc civitatem Istronem ab Artemidoro vero nomine appellatam, quæ Stephano haud verè, ut videtur, Istrus. Ἴστρος, inquit ille, πόλις Κρήτης, ἣν Ἀρτεμίδωρος Ἰστρῶνα φησί.


Pag. 112. Καὶ τινὸς ἀγαθοῦ παραιτίους γίνεσθαι τῷ δάμῳ. *Et alicujus beneficii populo auctores fieri.* Ita scilicet, pro mandatorum & postulatorum quæ inter civitates intercedebant formulâ. Præcessit enim in Eleuthernæorum psephismate. Totidemque verbis apud Josephum, ab Hudsono accuratissimè nuper editum, antiq. Jud. lib. 14. cap. 9. Pergameni Hyrcanum Judæum dato psephismate hortantur, συντηρεῖν καὶ αὔξειν τὴν φιλίαν, καὶ ἀγαθοῦ τινὸς αἴτιον γίνεσθαι.

Pag. 112. Τάν τε καθιέρωσιν τῷ Διονύσῳ τᾶς τε πόλιος καὶ τᾶς χώρας ὑμῶν ἔτι δὲ καὶ ἱερὰν καὶ ἄσυλον εἶναι (βουλόμενοι χαρίζεσθαι Περδίκκᾳ) δίδομεν. *Consecrari Baccho tum urbem tum regionem vestram, & sacram porro haberi & inviolatam (Perdiccæ gratificari cupientes) concedimus.* Opportunè postulat hic locus, ut adferantur nonnulla veterum de Urbibus Sacris & Asylis testimonia. Fuere igitur, ex consensu regum & populorum, multæ per orbem aræ, fana, templa, luci, omnia eo jure, eâque religione sancta, ut tutelari loci numini consecrata, cæteris mortalium perfugio essent, sibi ipsis contra rapinas, populationes & prædationes præsidio. Iisdem gaudebant beneficiis & integræ persæpe urbes, unde illud ΙΕΡ. ΚΑΙ. ΑΣΥΛ. in nummis toties obsignatum. His aliquando addebatur & circumjecti agri pars non exigua; aliquando etiam, quod tamen omnium rarissimum, tota sacræ civitatis qua qua patebat regio. Primi hoc in Asiæ continente Teii videntur obtinuisse; quibus tamen præivere tres sacræ insulæ, Sicilia, Samothraca, Delos. De Siciliâ testis in quartâ Verrinâ Cicero. *Vetus est hæc opinio, judices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis, atque monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam.* De Samothracâ Livius lib. 45. cap. 5. *Sacram hanc insulam, & augusti totam atque inviolati soli esse.* Idemque de Delo lib. præcedente, cap. 29. *Sanctitas templi insulæque inviolatos præstabat omnes.* Tale ac tantum fuit, quod toti nunc Teiorum ditioni, Baccho ritè consecratæ, Antiochus Syriæ, & Philippus Macedoniæ reges, per legatos, à diversis populis impetrârunt; id quod & Smyrnæ urbi non ita pridem Seleucus Callinicus præstitit: Ipsis scilicet Smyrnæis in marmore Oxoniensi sic professis, Ἔγραψεν δὲ καὶ πρὸς τοὺς βασιλεῖς, καὶ τοὺς δυνάστας, καὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη, ἀξιώσας ἀποδέξασθαι τό τε ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι, καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἄσυλον, i. e. *Quinetiam scripsit ad reges, & potestates, & civitates, & gentes, postulans ab eis ut fanum Veneris Stratonicidis inviolatum, urbemque itidem nostram sanctam & inviolatam recognoscerent.* Hoc ipsum tamen, tanquam origine malè firmâ nixum, in dubium postea vocatum à Romanis, imperante Tiberio Cæsare. Tum enim (inquit Tacitus, qui hâc de re unicè legendus, *annal. lib.* 3. *cap.* 62. &c.) *crebrescebat Græcas per urbes licentia atque impunitas asyla statuendi.* Auditæ igitur civitatum legationes; & introspectis majorum beneficiis, sociorum pactis, regum etiam qui ante vim Romanam valuerant decretis, ipsorumque numinum religionibus, *facta senatûs consulta, queis, multo cum honore, modus tamen præscribebatur; jussique ipsis in templis figere æra, sacrandam ad memoriam, neu specie religionis in ambitionem delaberentur.*

Pag. 113. Οἱ δὲ Κόσμοι οἱ τὸ κα ἀεὶ Κοσμοῦντες, i. e. *Cosmi autem qui eâ in perpetuum auctoritate fuerint.* His planè gemina occurrunt in præclaro Oxoniensi marmore, commune illud Hierapytniorum & Prianfiorum fœdus exhibente, quod primus, inter observationes ad Apuleii apologiam, doctissimus Pricæus edidit. Excepto quod in nostro marmore plenius legatur ΤΟΚΑΑΕΙ, in isto verò ΤΟΚΑΕΙ, eliso priore Α. Utrobique igitur hæc sic videntur distinguenda, οἱ τὸ κα ἀεί, aut cum elisionis notulâ, οἱ τὸ κ' ἀεί, intromissâ scilicet inter τὸ & ἀεὶ Creticâ expletivâ κα. Restat igitur ut τὸ ἀεὶ eâdem, ac τὸ νῦν, aut τὸ πρίν, constructione gaudeat; neque locum in his habeat Doricum adverbium τόκα pro τότε aliàs usitatum; quanquam rejectâ priore lectione, nullâque finalis ει justâ habitâ ratione, Pricæus illud huc adsciverit; edideritque οἱ τόκαει Κοσμόντες, i. e. *pro tempore Cosmi existentes.*

III. ΣΥΒΡΙΤΙΩΝ. *Sybritiorum. pag.* 113. Hi sunt, quorum, transpositis malè literis, tanquam Σιβυρτίων Polybius meminisse dicitur: Ita scilicet referente Stephano Byz. ex corruptis, ut crediderim, libri 13[i]. exemplaribus. Ei igitur sic enata est, quæ fortè nulla in Cretâ fuit, Σίβυρτος πόλις Κρήτης· τὸ ἐθνικὸν Σιβύρτιος, ὡς Πολύβιος ἐν τρισκαιδεκάτῳ. At verò Scylax, Polybio ferè æqualis scriptor, Cretam insulam in Australem ut fieri assolet, & Borealem partem dividens, Ἐλεύθερναι, inquit, πρὸς Βορέαν, πρὸς Νότον δὲ Συβρίτα, ἡ λιμὴν, i. e. *versus Boream sunt Eleutherna, at Austrum versus Sybrita cum portu.* Cùm igitur habeamus in hoc lapide, pag. nempe 113. & 114. Εἰ δέ τινες τῶν ὁρμωμένων ἐξ Συβριτίας, i. e. *siqui solventes ex Sybritiâ*, &c. mallem illud ἐθνικῶς de *terrâ* scilicet aut *regione* Sybritiâ capi; aut potius in apographo, secundùm verum civitatis nomen, ἐξ Συβρίτας, i. e. ἐκ Συβρίτας legi.

IV. ΣΑΞΙΩΝ. *Saxiorum. pag.* 114. Diligentissimo Francisco Haym, inter edendum Thesaurum Britannicum, Part. II. pag. 147. res non temnenda accidit: duos nimirum nummos contrectasse per omnia sibi invicem simillimos, excepto quòd unus eorum epigraphen ΟΑΞΙΩΝ, alter ΣΑΞΙΩΝ ferret. Priorem jam olim Goltzius vulgaverat, at posteriorem ipse tum primùm Haymius, unà cum his quos inferiùs adhibemus Rhauciorum & Cnosiorum nummis.



è Gazâ. Nobilissimi Devoniæ Ducis.


Et ΟΑΞΙΩΝ quidem epigraphe multis se tuetur testimoniis, qualia sunt Herodoti, lib. IV. c. 154. ἔστι τῆς Κρήτης Ὄαξος πόλις· Carmen Apollonii l. 1. v. 1131. δεξαμένη γαίης Οἰαξίδος, Poeticè pro Ὀαξίδος· Virgilianum in Eclogâ 1.---- *rapidum Cretæ ---- Oaxem:* Varronianum de eodem Oaxe, & Oaxiâ civitate, à Vibio Sequestri observatum: Stephani denique Byzantini, Ὀαξὸς πόλις Κρήτης---- ὁ πολίτης Ὀάξιος. Sed & veram non minus fuisse ΣΑΞΙΩΝ in nummo parili epigraphen, certissimè demonstrat nostræ inscriptionis titulus, cum initiali quadrato Σ, similiter formatus. Et ne quis dubitet de initialis literæ potentiâ, occurrit Gentile illud Σαξίων, aut (quod mirandum) Σαυξίων nomen, in psephismate sæpius repetitum. Judicet igitur Lector, fuerintne diversæ civitates ΣΑΞΟΣ & ΟΑΞΟΣ, an, quod numisma commune suadet, variata, pro more Cretico, ejusdem civitatis appellatio; non aliter ac Λάμπα & Λάππα, Ἴσρος & Ἰστρών, atque id genus alia. Verisimile est utrumque nomen suffectum fuisse longè antiquiori ΑΞΟΣ, quale legerat olim Stephanus Byz. in Herodoteis tunc temporis exemplaribus. Ἄξος enim, hoc est ἀγμὸς, ut inquit idem Stephanus, apprime competebat naturæ loci, qui καλάκρημνος, i. e. *præceps* & *confragosus* fuit. Atque hinc est, quòd per *Saxa* & præcipitia decurrens Oaxes fluvius, *rapidus* proinde à Poetâ vocari meruit. vid. Stephan. in Ἄξος & Ὄαξος.

Pag. 115. Πρειγευτὰς, *legatos.* Palam fit per hosce lapides quam verè olim Creticæ linguæ varietatem cecinerit Homerus, Odyss. τ. 175. Ἄλλη δ' ἄλλων γλῶσσα μεμιγμένη· i. e. *Cretæ diversis lingua est diversa popellis:* idque ob permistos indigenis Ἐτεοκρῆτας, sive veris antiquis Cretensibus, Achivos, Dorienses & Pelasgos advenas; sive, ut inquit Scylax, Lacedæmonios, Argivos, Athenienses, aliosque ex aliis Græciæ partibus colonos. Ἐτεοκρητῶν igitur crediderim fuisse non nota aliàs vocabula, πρειγευτὰς, πρείγιστοι, τὰ πρειγήϊα, ἁ πρειγεία, Saxiis, Rhauciis, Priansiis, & Latiis usitata; pro quibus cæteri Græci, immò & Cretenses quàm plurimi dixerunt, πρεσβευτὰς, πρεσβύταλοι, τὰ πρεσβήϊα, ἁ πρεσβεία. Hinc quibusdam antiquis visum fuit operæ pretium glossarum Creticarum lexica contexere: atque eorundem non inane spicilegium undequaque collectorum congessit doctissimus J. Meursius, in opere postumo de Cretâ, lib. 4. cap. 15.

Pag. 115. & 116. Διελέγου. Hujusmodi vocem, pro quâ pæne temere repofueram διέλεγον, in penultimâ duxi acuendam, tanquam Creticè usurpatam pro διελέγησαν, ut διελέχθην antea pro διελέχθησαν. Verbum enim medium διαλέγομαι omnino proprium est hujus loci, non autem activum διαλέγω. Quæ duo quàm diversâ sint significatione scitè ex Xenophonte demonstravit H. Stephanus. Ni igitur apographum clarè præferret ΔΙΑΛΕΓΟΝΤΟΣ, pag. 115. lin. 6. mallem illic editum διαλεγέντος.

Pag. 115. lege ΟΔΑΜΟΣΟΣΑΥΞΙΩΝ, & 116. ὁ δᾶμος ὁ Σαυξίων. i. e. *Populus Saxiorum.*

V. *Pag.* 116. ΡΑΥΚΙΩΝ. *Rhauciorum.* Quorum unà cum urbe Rhauco meminit Polybius, *legat. C.* Ἐπολεμήσαν Κνώσιοι μετὰ Γορτυνίων πρὸς τοὺς Ῥαυκίους, καὶ συνθήκας ἐποιήσαντο πρὸς ἀλλήλους ἐνόρκους, μὴ πρότερον λύσειν τὸν πόλεμον πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν τὸ Ῥαῦκον, i. e. *Bellum adversum Rhaucos gessere Cnossii & Gortynii, fœdusque jurati inierunt non prius se istud bellum omissuros quàm Rhaucum urbem vi cepissent.* Hæc igitur de Rhauciis & Rhauco urbe historicè Polybius. At si fides Antenori apud Ælianum, *Hist. Animal. lib.* 17. *cap.* 35. quem locum à Meursio videas citatum, de Cretâ lib. 1. c. 15. gemina fuit urbs Rhaucus in Cretâ insulâ; Mater una, altera Colonia. Unde Geographi fortasse conciliandi Stephanus Scylaxque; quorum ille in mediterraneâ Cretæ, hic verò, rectè emendatus, in orâ Australi maritimâ ponit *Rhaucum:* Maximè, si in testimonium advocetur



è Gazâ. *Nobilissimi* Devoniæ Ducis.

perantiquus ille, Cadmeis scriptus literis, ΝΙΟΙΚΥΑϘ nummus. Is enim disparibus duobus symbolis, caballo & tridente, insignis, videtur ad populum pertinere, loco saltem diversum, quanquam nomine, & natione, & ditione unum. Aliter haud facilè expediveris quid sibi velit epigraphe ΡΑΥΚΙΟΙΝ, mira sanè præ cæteris epigraphe, δυϊκῶς, sive duali numero, concepta; quæque quum verbo uno Latino nequeat exprimi, duobus sic certè exprimenda est; *Rhauciorum geminorum.* Scitè legenda est tota hæc epigraphe eo quo impressa est modo, hoc est à dextrâ ad sinistram; idque, ne inversa illa Ν Cadmea, quam videsis in tabulâ nostrâ ante pag. 24. pro Σῖγμα temerè habeatur.

VI. *Pag.* 118. ΑΡΚΑΔΩΝ. *Arcadum.* Quorum urbs, teste Stephano, pro varietate Creticâ, & Ἀρκάδες simul & Ἀρκαδία modo non uno efferebatur. Cives Polybio (*Historiarum lib.* 4.) ut & huic nostro psephismati, Ἀρκάδες. Fors autem & nummus Goltzianus, ΑΡΚΑΔΙΩΝ scriptus, huc etiam pertinebit.


Pag. 119. Μηνὸς Ἀρταμιτίου νεομηνίᾳ, Creticè pro νουμηνίᾳ, i. e. *Mensis Artamitii novilunio, sive die primâ.* Lucro equidem ponendum, quòd occurrant in hisce monumentis mensium Creticorum nomina. Hìc nempe Ἀρταμίτιος, quod & Græcis quidem cæteris commune; & postea, ut videbimus, quædam non aliàs audita, Ἐλευσίνιος, Ἡραῖος, Δρομήιος, Ἰμάλιος, præter alia duo, scripturâ non adeo certâ tradita . . . θερμολαῖος . . . αλλόσιος. Quibus adde ex imperfectâ apud Montfauconium inscriptione, in Diario Italico pag. 74. μηνὸς . . . δακιου Hoc enim ad Cretensem populum Hierapytnios spectare noscas, ex eo quod præcessit, ἐπράχθη ἐν ΙΕΡΑΠΥΤΝΗ, i. e. *actum fuit in Hierapytnâ.* Ast, ut obiter id moneam, ἐν ΙΕΡΑ ΠΥΓΝΗ pro ΙΕΡΑΠΥΤΝΗ magnificus ibi Antiquarius, nescio quo malo errore, legerat. Pejore igitur sic transtulit Latinè, Datum fuit decretum *in sacrâ pugnâ*; ratus, ut opinor, verti totum imperfectæ inscriptionis cardinem in lusoriâ illâ, quam Cretenses aliquando edebant, *pugna.*

Pag. 119. Ἢ τὰν χώραν ἀνιερῶνται, i. e. *aut regionem* prius consecratam *resecraverint.* Ecce! vocem habemus Græcam ἀνιερῶσαι, unde nata est Latina *resecrare.* Hanc vero unus quem sciam adhibuit Nepos in vitâ Alcibiadis, cap. 6. *Iidemque illi Eumolpidæ sacerdotes rursus resecrare sunt coacti, qui eum primi devoverant.*

Ibid.

Ibid. ξένια τὰ ἐκ τῶ νόμων, i. e. *Lautia ex lege, seu legitima.* In his enim parandis & præbendis excelluêre Cretenses populi, quorum Ξένια etiam attigit Homerus Odyss.τ. unde Eustathius in locum, Ἐν Κρήτῃ παρὰ τοῖς τελῦσι συσσίτια, τράπεζαι ἔκειντο ξενικαὶ καλέμεναι, ἐν αἷς ἐκάθιζον τῶ ξένων τὰς παρόντας, i. e. *In Cretâ, apud apparantes publica convivia, mensæ ponebantur hospitales dictæ, ad quas sedebant hospitum qui aderant eminentiores.*

Ibid. Πρόξενος τᾶς πόλεως ἁμῶν, i. e. *Civitatis nostræ hospites.* Hunc honorem illustribus quibusvis advenis omnes ferè Græci, & studiosè præ cæteris Cretenses, detulerunt. De Syracusanis refert Cicero in Verrinâ quartâ; *Decernunt ut L. Fratri hospitium publicè fieret . . . id non modò tum scripserunt, verùm etiam in ære incisum nobis tradiderunt.* Ejusdemque in ære sic incisi, & Demetrio cuidam concessi, apud Gruterum duo diversa exstant exemplaria, cccc. 8. cccc. 1.



è Gaza Nobilissimi Devoniæ Ducis.

VII. *Pag.* 120. ΕΔΟΞΕ ΚΝΩΣΙΩΝ ΤΟΙΣ [ΚΟΣΜΙΟΣ erroneè impressum pro] ΚΟΣΜΟΙΣ, i. e. *Placuit Cnosiorum*, &c. Et hi quoque peccârunt eâdem illâ licentiâ atque incertitudine scribendi. Ut enim libros taceam, in ipsis etiam nummis variatum est ΓΝΩΣΣΙΩΝ, ΓΝΩΣΙΩΝ, ΚΝΩΣΙΩΝ, quod ultimum à nostro lapide, & à nummo superiùs apposito, ut verius & antiquius confirmatur. Libet verò, dum antiquissimæ hujus civitatis psephisma edimus, & hunc quoque singularem ejusdem nummum contemplari, κειμήλιον longè pretiosissimum gazæ Devoniensi additum. Is ab uno latere, celeberrimum habet regis Minois carcerem, Cnosium dico labyrinthum. Alteri autem, quod nos hìc unicè spectamus, non Apollinis, ut quibusdam visum, sed, pro more civitatum democraticarum, ΠΟΛΧΟΥ, sive ΔΗΜΟΥ, hoc est *Populi caput*, unà cum voce ΠΟΛΧΟΣ, est impressum. Interim ΠΟΛΧΟΣ, quamvis mortuum esse videatur, & extinctum penitus vocabulum, vivit tamen hodie vigetque in Italico *Volgo*, Teutonicoque *Volck*, & *Folk*. Una omnibus origo ex Græcâ voce ὄχλος, i. e. *turba*, pro multitudine aut populo accepta, ut *turba Remi.* Quo sensu & ipsi de quibus nunc agimus, frequentes per Cretam populi, à Scymno Chio ὄχλοι sunt vocati, *Perieg. v.* 539.

Κρήτη δὲ νῆσος——— πλείςοις σχεδὸν ———*Creta ab antiquo insula*
Ὄχλοις ἀπ' ἀρχῆς κ̀ πόλεσιν οἰκυμένη, i. e. *Turbis referta & urbibus frequentibus.*

Hinc ὀχλοκρατεῖσθαι idem planè ac δημοκρατεῖσθαι, i. e. *democraticâ potestate uti*; & ὀχλαγία Hesychio reddita ἐκκλησία, i. e. *populi concio.* Jam verò ex ὄχλος Æoles transpositis literis fecêre ὄλχος; iidemque ex ὄλχος, præposito digamma, Fόλχος simul & φόλχος. Id Cretenses, pro more suo, aspiratam in tenuem mutantes, scripsêre πόλχος· at Latini *volgus*, Itali hodierni *volgo*, indigenæ Germani *volck*, Angli nostrates *folk*; sic scilicet ad Fόλχος illud Æolicum cæteris aliquanto propius accedentes.

Pag. 121. Τὰν ἀπὸ τᾶς ἀναςροφᾶς εὐταξίαν· Hujusmodi ἀναςροφὰν, apud Classicos haud facilè occurrentem, plenè explicatam dabit D. Jacobus c. iii. 13. δειξάτω ἐκ τῆς καλῆς ἀναςροφῆς τὰ ἔργα αὐτῦ ἐν πραΰτητι σοφίας.

Pag. 121. Τά τε Τιμοθέω κ̀ Πολυίδω. Citharâ persæpe edidit quædam *tum Timothei tum Polyidi.* Circiter ducentos ante hæc decreta annos, quo nempe anno Ithycles Athenis Archon fuit, hoc est ante Chr. 396. floruêre Musico ingenio celeberrimi Timotheus & Polyidus, ut testatur Diodorus Siculus lib. 14. Hic autem ille est Timotheus quem apud Macrob. *saturn.* 5. *cap.* 22. tantopere effert Alexander Poeta Ætolus, tanquam -----κιθάρης ἴδμονα κ̀ μελέων, *Timotheus citharâ carminibusque sciens.* Verba ille quàm felicissime *aptavit citharæ modis*, auxitque chordarum musicarum numerum; unde

unde cæteris ubique Græcis acceptiſſimus unis diſplicuit Lacedæmoniis, peregrinam omnem levitatem aſpernantibus, & antiquum vocum modum non ſervari immane quantum indignantibus. Græciæ igitur laudibus ſuperbientem Pſephiſmate tanquam immiſſo fulmine percuſſerunt. Quod quum in Boethii libris de muſicâ diu neglectum ſordeſceret, in lucem demum protractum, & certatim à viris doctis emendatum comparuit. Dum autem de Timotheo agimus, ſplendidum ſane antiquitatis monumentum, moris quoque & linguæ Laconicæ ſpecimen non contemnendum, noluimus ab hoc noſtro opere abeſſe. Lectionem interim exhibemus, non quidem veram (quis enim hoc ſperaverit in ſcripto unico Laconico per librarios Latinos tradito?) at veræ, ut putetur, proximam; ex variis per Jac. Gronovium cum MS. Cantabrigienſi codice collatis, ſummâ curâ atque fide, adornatam. *Vid. præfationem ad Theſ. Antiq. Gr. Vol.* V.

Pſephiſma Lacedæmoniorum de Timotheo.

Ἐπειδὴ Τιμόθεορ ὁ Μιλήσιορ παργίμενορ ἐτ]ὰν ἁμέ]ἐραν πόλιν τὰν παλαιὰν μῶαν ἀτιμάσδει, καὶ τὰν διὰ τᾶν ἑπ]ὰ χορδᾶν κιθάριξιν ἀποσρεφόμενορ, πολύφωνον εἰσάγων, λυμαίνε]αι τὰρ ἀκοὰρ τῶν νέων· διά τε τᾶρ πολυχορδίαρ καὶ τᾶρ καινότα]ορ τῶ μέλεορ ἀτενῆ καὶ ποικίλαν ἀν]' ἁπλόαρ καὶ τε]αμμέναρ ἀμφιέννυ]αι τὰν μῶαν, ἐπὶ χρώμα]ορ συνισάμενορ τὰν τῶ μέλεορ διασκευὰν, ἀντὶ τᾶρ ἐναρμονίω ποιῶν ἀν]ίσροφον ἀμοιβὰν· παρακλαθεὶς δὲ καὶ ἐτ]ὸν ἀγῶνα τᾶρ Ἐλευσινίαρ Δάμα]ρορ ἀπρεπῆ διεσκεύσα]ο τὰν τῶ μύθω διασκευὰν, τὰρ τᾶρ Σεμέλαρ ὠδῖναρ ὐκ ἔνδικα τὼρ νέωρ δίδακκε· Δεδόχθαι πὰ ὑπὲρ τύτοιν τὼρ βασιλέαρ καὶ τὼρ ἐφόρωρ μέμψαθαι Τιμόθεον· ἐπαναγκάξαι δὲ καὶ τᾶν ἕνδεκα χορδᾶν ἐκ]αμὲν τὰρ περιτ]ὰρ ὑπολιπόμενον τὰρ ἑπ]ὰ· ὅπωρ ἕκασορ τὸ τᾶρ πόλιορ βάρορ ὁρῶν εὐλαβῆται ἐτ]ὰν Σπάρ]αν ἐπιφέρεν τι τῶν μὴ καλῶν ἐθῶν, μή ποτε τᾶρ ἀρε]ᾶρ κλέορ ἀτιμῶν.

Quandoquidem Timotheus Mileſius adveniens in civitatem noſtram dehoneſtat antiquam muſicam, eamque quæ fit per ſeptem chordas citharizationem averſatus, multiſonam introducens, juvenum auditus inficit; perque chordarum iſtam multiplicitatem, & modulorum novitatem pro ſimplici & continuatâ variam circuminduit & tenore carentem muſicam; omnem in colore ponens modulandi apparatum, & enharmonicæ loco flexibilem faciens concinentiam: Quinetiam quum ad Eleuſiniæ Cereris ludos vocaretur, adornata male decora fabula, juvenes non rite docuit Semeles puerperium: Placêre utique ut reges ephorique ob hæc duo Timotheum reprehendant, cogantque è chordis undecim reſcindere ſuperfluas, relictis ſeptem: ut videns quis civitatis gravitatem vereatur in Spartam mali moris aliquid inferre, neque virtutis unquam ſplendorem dehoneſtet.

Hæc igitur Lacones de Timotheo: Quibus, ne pro moroſitate ſuâ ſoli hoc cenſuiſſe videantur, pleniſſime habemus ſuffragantem Pherecratem, Poetam Comicum, à Soterricho illo Plutarchiano in libello de Muſicâ allegatum.

Ibid. Καὶ τῶν ἁμῶν ἀρχαίων ποιητᾶν, *Veterumque noſtratium poetarum.* Multi hi fuêre à diligentiſſimo Meurſio recenſiti, inter quos princeps eminuit Thales, Lycurgi æqualis, Straboni μελοποιὸς ἀνὴρ καὶ νομοθετικὸς, *Melicorum auctor & legumlator*; ᾧ καὶ τὺς παιᾶνας καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἐπιχωρίυς ᾠδὰς ἀνατιθέασι, *Cui tum pæanas, tum alia Cretenſia carmina attribuunt.* Strab. lib. x.

Ibid. Καθὼς προσῆκεν ἄνδρα πεπαιδευμένως, *eo quo decebat virum literatum modo.* Patrium ſcilicet Cretenſibus, teſte Strabone, fuit, παῖδας γράμματά τε μανθάνειν καὶ τὰς ἐκ τῶν νόμων ᾠδὰς καί τινα εἴδη τῆς μυσικῆς, *pueros tum literas diſcere, tum legitima quædam carmina, necnon & muſicæ diverſas ſpecies.*

Pag. 121, 122. ΠΟΛΥΡΡΗΝΙΩΝ, ΚΥΔΩΝΙΑΤΑΝ, ΛΑΠΠΑΙΩΝ. *Polyrrheniorum, Cydoniatorum, Lappæorum.* Horum Cydoniatis certa una ſcriptura in nummis & lapidibus & libris conſtitit. Sed, qui in libris & in hoc lapide Πολυῤῥήνιοι, in nummis ſunt cum ρ ſimplici Πολυρήνιοι, eorumque urbs diverſimodè Πολυῤῥήνιον, Πολυῤῥηνία, & Πολύρην, ni fallant

fallant Stephani exemplaria. Λαππαῖοι, ut in hoc lapide, ita etiam & in nummis perpetuò per π geminum efferuntur; in Polybii verò aliorumque exemplaribus Λαμπαῖοι. Urbs etiam & Λάππα & Λάμπα usu promiscuo nominata eſt. Quam quidem diverſitatem ex Xenione Creticorum auctore ipſe notavit Stephanus. Ut jam tandem mirari deſinamus, ſi Cretenſia locorum & populorum nomina vix ulli certæ legi orthographicæ obſequantur.

Ibid. ΠΡΙΑΝΣΙΩΝ, ΛΑΤΙΩΝ. *Prianſiorum, Latiorum.* His urbs ſua Λατώ, ſive Λατὼς hoc tempore vocata eſt; nondum, quod Xenio apud Stephanum notavit, *Camara.* Prianſiis verò urbs erat nomine Πριάνσιος, populus Πριάνσιος & Πριανσιεὺς. Ita igitur corrigantur tum Stephani vetus epitomator in voce Πραίσος, & cl. J. Harduinus in male lecto ΠΡΙΑΙΣΙΕΩΝ, aut, ut alii, ΠΡΙΑΣΣΙΕΩΝ nummo, *Antiq. Pop. & Urb. Num. p.* 409. Extat autem urbis utriuſque longè amplior memoria, in comparibus fœderum tabulis, alterâ Prianſios inter & Hierapytnios, inter Latios & Olontios alterâ: quas quidem ambas huc accerſimus, nullo modo aut ſupervacaneas aut alienas, ſed ad hoc noſtrum opus & jure optimo, & ratione non unâ pertinentes. Sic enim jactura reſarcietur duorum quæ amiſſa cernimus Pſephiſmatum; ſub uno commodè conſpectu cadent omnes ferè quæ ſuperſunt Creticorum lapidum antiquitates; res denique, phraſes, verba, antehac mendosè edita, priſtinæ, ut ſperamus, lectioni, veroque ſenſui reſtituentur.

Harum prima (1) ter jam orbi erudito propinata eſt, qualem eam è marmore Arundeliano deſcripſerat Pricæus, charactere & majuſculo & minuſculo. Sed in utrâque illâ deſcriptione errata non pauca nunc comparent; quæ, ſeu fabrilia fuerint, ſeu Pricæana, in imâ paginæ orâ ſubindicabimus; abſque cenſurâ tamen viri illius eruditiſſimi, aliud tunc agentis, & extra cœptam orbitam verſati. Sed ecce tabulam Græcam & Latinam; cum Pricæanis, ſi cui vacet lubeatque, conferendam.

Fœdus inter duos Cretæ populos, Hierapytnios & Prianſios, Oxoniæ in Baſilicâ Bodleianâ hodie ſervatum.

ΘΕΟΣ ΑΓΑ

Ἀγαθᾷ τύχᾳ καὶ ἐπὶ σωτηρίαι. Ἐπὶ Κόσμ[ων μὲν ἐν Ἱεραπύτναι τῶν σὺν Ἐνίπαντι τῶ Ἑρμαίω, [καὶ μηνὸς Ἰμαλίω· ἐν δὲ Πριανσίωι ἐπὶ Κόσμων τῶν σὺ[ν Νέωνι τῶ Χιμάρω, καὶ μηνὸς Δρομηίω, τάδε συνέθε[ν]το καὶ συνε-

DEUS BONUS

Bonâ cum Fortunâ: Quodque in ſalutem ſit. Sub Coſmis quidem in Hierapytnâ collegis cum Henipante F. Hermæi, [& menſe] Imalio: In Prianſio autem ſub Coſmis collegis cum [Neone] F. Chimari, & menſe Dromeo, hæc pacti ſunt, placitiſque invicem

(1) *Ter;* viz. inter Joannis Pricæi Anglo-Britanni aureolas ad Apuleii apologiam notas ac obſervationes, edit. Pariſ. 1635. iterum inter Marmora Oxonienſia, 1676. & in Reineſii ſyntagmate 1682.

℣. 1. ἐπὶ σωτηρίαι, *in ſalutem*, diviſis nempe vocibus, ut Reineſio placuit. Quòd ſi adjectivè ἐπισωτηρίαι, i. e. *ſalutari* cum Pricæo legeris, favet quidem Τύχη alicubi Σωτεῖρα dicta. Prius tamen prætuli, ob alias quas vidi inſcriptiones ſic habentes.

℣. 1, 2. Ἐπὶ Κόσμων μὲν ἐν Ἱεραπύτναι τῶν σὺν Ἐνίπαντι τῶ Ἑρμαίω, i. e. *ſub collegis quidem in Hierapytnâ cum Henipante F. Hermæi Coſmis.* Sic ſe habet Cretica actorum formula, adſcripto quidem Eponymo anni cujuſque protocoſmo, innominatis verò cæteris ſociis novem Coſmis. Similia vide ſis apud Latios & Olontios in ſequenti fœdere, nec non apud Allariotas pag. ſeq. 137. & apud Gruterum in urbe ignotâ quidem, ſed Laconicæ certè originis, adeoque noſtris Creticis cognatæ, pag. ccxvi. ἐπὶ Ἐφόρων τῶν σὺν Φοιβολέλει, iterumque pag. ccxix ἐπὶ Ἐφόρων τῶν σὺν Ἱμέρτω μηνὸς Διοσθύε δεκάτα, i. e. *ſub Ephoris cum Himerto collegis, menſis Dioſthyi die decimâ.* Sed cùm de hujuſmodi formulis nihil innotuerit Pricæo, nil mirum ſi in hoc commate & deſcribendo & reddendo, pariterque verſu qui ſequitur 59. lapſus fuerit vir aliàs acutiſſimus ſanè & eruditiſſimus. Notentur obiter in tabulâ quam citavimus Gruterianâ menſes Διοσθύος & Ἐλευσίνιος, imperfectis iſtis in ſequenti noſtrâ Creticâ, Διος αλλοσιω & *λευσινιω reſpondentes. vide infra pag. 134.

℣. 2, 3. Καὶ μηνὸς Ἰμαλίω, i. e. *menſe Imalio.* Hæc ſic reſtituta bene quadrabunt cum ſequentibus καὶ μηνὸς Δρομηίω, i. e. *menſe Dromæo.* Imalium verò unum fuiſſe è menſibus frugiferis elicitur ex Heſychianis iſtis, Ἰμαλίοιο, πολλῦ, δαψιλῦς. Ἰμάλιον, πολυφόρον, καρποφόρον.

℣. 3. ἐν Πριανσίωι. Ita certè ſcribendum, poſt admiſſas Simonideas literas, & hìc & inferiùs verſu 33. quanquam utrobique marmorarius habeat Πρειανσιοι.

δόκησαν ἀλλάλοις Ἱεραπύτνιοι καὶ Πριάνσιοι, [ἐμονόντες ἐν ταῖς προϋπαρχώσαις στάλαις, ἰδίαι τε [θείσαις Γορτυνίοις καὶ Ἱεραπυτνίοις, καὶ ταῖ κατὰ κοινὸ[ν τεθείσαι καὶ Ἱεραπυτνίοις καὶ Πριανσίοις, καὶ ἐν ταῖ φιλίαι, [καὶ συμμαχίαι, καὶ ὅρκοις τοῖς προγεγονόσι, ἔν τ' αὐταῖς [πόλεσι, καὶ ἐπὶ ταῖ χώραι, αἷ ἑκάτεροι ἔχοντες καὶ κρατόντ[ες συνθήκαν ἔθεντο, εἰς τὸν πάντα χρόνον. Ἱεραπυτ[νίους ἐπὶ καὶ Πριανσίους ἦμεν παρ' ἀλλάλοις ἰσοπολιτείαν, καὶ ἐπιγαμίας, καὶ ἔνκτησιν, καὶ μετοχὰν καὶ θείων καὶ ἀνθρωπίνων πάντων. Ὅσοι κα ἔωντι ἔμφυλοι παρ' ἑκατέροις, καὶ πωλόντας καὶ ὠνωμένος, καὶ δανείζοντας καὶ δανειζομένος καὶ τ' ἄλλα πάντα συναλλάσσοντας, κυρίος ἦμεν κατὰ τὸς ὑπάρχοντας παρ' ἑκατέροις νόμος. Ἐξέστω δὲ τῶι τε Ἱεραπυτνίωι σπείρεν ἐν ταῖ Πριανσίαι, καὶ τῶι Πριανσιεῖ ἐν ταῖ Ἱεραπυτνίαι, διδῶσι τὰ τέλεα καθάπερ οἱ ἄλλοι πολῖται, κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρηι κειμένος. Ἐι δέ τι κα ὁ Ἱεραπύτνιος ὑπεχθῆται ἐς Πριάνσιον, ἢ ὁ Πριανσιεὺς ἐς Ἱεραπύτναν ὁτιοῦν, ἀτέλεα ἔστω καὶ ἐσαγομένωι, καὶ ἐξαγομένωι αὐτὰ, καὶ τούτων τὸς καρπὸς, καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν. Ὧν δὲ κα ἀποδῶται κατὰ θάλασσαν ἑώσας ἐξαγωγᾶς τῶν ὑπεχθεσίμων ἀποδότω τὰ τέλεα, κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρη κειμένος. Κατὰ ταῦτα δὲ καὶ εἴτις κ'[ασινὴς ἦι, ἀτε]λὴς ἔσω· αἰ δὲ κα σίνηται, ἀποτεισάτω τὰ ἐπίτιμια ὁ σεσιμμένος, κατὰ τὸς νόμος τὸς ἑκατέρη κειμένος. Πρειγήια δὲ ὧ [κ]α χρείαν ἔχηι πορηίω παρεχόντων οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι τοῖς Πριανσιεῦσι, οἱ δὲ Πριανσιέες Κόσμοι τοῖς Ἱεραπυτνίοις. Αἰ δὲ μὴ παρίσχαιεν, ἀποτεισάντων οἱ ἐπίδαμοι τῶν Κόσμων ταῖ πρειγείαι στατῆρας δέκα. Ὁ δὲ Κόσμος τῶν Ἱεραπυτνίων ἑρπέτω ἐν Πριανσίωι ἐς τὸ ἀρχεῖον, καὶ ἐν ἐκκλησίαι καθήσθω μετὰ τῶν Κόσμων·

firmârunt Hierapytnii & Priansii, fœderati in stelis prius existentibus, quæ propriæ fuere positæ Gortyniis & Hierapytniis, & hâc etiam quæ de communi posita est & Hierapytniis & Priansiis, & in amicitiâ, & in belli sorte, & in juramentis prius conceptis, tum in ipsis urbibus, tum per universum territorium, quà alterutri habentes & potientes fœdus inierunt, in omne ævum. Hierapytnios inter & Priansios, mutuam fore & æqualem civitatem, & connubia, & possidendi jus, & participationem tum divinorum tum humanorum omnium. Quicunque apud alterutros inquilini fuerint, eos & vendentes & ementes, & fœnori dantes & accipientes, & alia omnia permutantes, bono jure fore, secundum eas quæ apud alterutros subsistunt leges. Licitum autem esto Hierapytnio seminare in terrâ Priansiâ, & Priansio in terrâ Hierapytniâ, tributa quæ & alii cives pendentibus, secundum leges alterutri civitati statas. Si verò Hierapytnius in Priansium, aut Priansius in Hierapytnam quid subvexerit, immunitas esto & importanti & exportanti tum res ipsas, tum earundem fructus, sive per mare, sive per terram. Quorum verò redditur vectigal, quum per mare fit subvectorum exportatio, eorum vectigalia reddito, secundum leges alterutri civitati statas. Quoad hæc siquis nil offenderit, immunis esto: Si verò offenderit, mulctam persolvat offensæ reus secundum leges alterutri civitati statas. Quo verò commeatu legationes opus habuerint, præbento eum Hierapytnii Cosmi Priansiis, Priansii verò Cosmi Hierapytniis. Si verò non præbuerint, solvant legationi populares hi vel illi Cosmi singuli *stateras decem. Cosmus autem Hierapytnius Priansii in curiam ito, & in concione sedem cum Cosmis*

℣. 10. ἐπὶ ταῖ χώραι αἷ ἑκάτεροι ἔχοντες. Ita lego pro Pricæano χωραίαι. Et Pricæo valdè placuit ἔχοντες pro οἰκῶντες, arreptâ hinc occasione totius edendæ Inscriptionis. Quod si verum fuerit, at describendum esset divisis vocabulis χώραι αἷ pro Pricæano uno χωραίαι, ut D. Lucæ x. 13. χῶρα ζὶν pro Χωραζὶν.

℣. 21. ὑπεχθῆται, *subvehat:* formatum, ut opinari licet, à Cretico-Dorico ὑπεχθέομαι, idem significante ac ὑπάγομαι, unde inferius ℣. 25. ὑπεχθεσίμων idem fortè ac ὑπαγωγίμων.

℣. 26, 28. Ἑκατέρη. Subscripsi in utroque versu ἰῶτα dativi finale, pariterque ℣. 60, omissum incuriâ marmorarii.

℣. 29. Πρειγήια δὲ ὧ κα χρείαν ἔχηι πορηίω Cretico-Doricè pro πρεσβεῖα δὲ ὧ κα χρείαν ἔχηι πορείου. Vide quod supra annotatum est ad vocem πρειγευτὰς pag. 128. Est verò πορεῖον id ipsum quod μεθόδιον, hoc est legativum, seu commeatus publicè legatis datus, de quo similiter cautum est à Smyrnæis, inter Marm. Oxon. pag. 8. Τοῖς δὲ πρεσβευταῖς δότω μεθόδιον Καλλῖνος ὁ ταμίας.

ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ τῶν Πριανσιέων Κόσμος ἑρπέτω ἐν Ἱεραπύτναι ἐς τὸ ἀρχεῖον, καὶ ἐν ἐκκλησίαι καθήσθω μετὰ τῶν Κόσμων. Ἐν δὲ τοῖς Ἡρ[οχίοις] καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἑορταῖς, οἱ παρατυγχάνοντες ἑρπόντων παρ' ἀλλάλος ἐς ἀνδρήιον, καθὼς καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται. Ἀναγινωσκόντων δὲ τὰν στάλαν κατ' ἐνιαυτὸν οἱ τὸ κ' ἀεὶ κοσμόντες παρ' ἑκατέροις ἐν τοῖς Ὑπερβοίοις, καὶ προπαραγγελλόντων ἀλλάλοις πρὸ ἁμερᾶν δέκα ἢ κα μέλλωντι ἀναγινώσκεν. Ὁποῖοι δὲ κα μὴ ἀνάγνωντι, ἢ μὴ παραγγήλωντι, ἀποτεισάντων οἱ αἴτιοι τούτων στατῆρας ἕκατον, οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι τῶν Πριανσιέων ταῖ πόλει, οἱ δὲ Πριανσιέες Ἱεραπυτνίων ταῖ πόλει. Αἰ δέ τις ἀδικοίη τὰ συγκείμενα κοινᾶι διαλύων, ἢ Κόσμος, ἢ ἰδιώτας, ἐξέστω τῶι βωλομένωι δικάξασθαι ἐπὶ τῶ κοινῶ δικαστηρίω, τίμαμα ἐπιγραψάμενον τᾶς δίκας, κατὰ τὸ ἀδίκημα ὅ κα τις ἀδικήσηι. Καὶ εἰ κα νικάσηι, λαβέτω τὸ τρίτον μέρος τᾶς δίκας ὁ δικαξάμενος, τὸ δὲ λοιπὸν ἔστω τᾶν πόλεων. Αἰ δέ τι, Θεῶν βωλομένων, ἕλοιμεν ἀγαθὸν ἀπὸ τῶν πολεμίων, ἢ κοινᾶι ἐξοδΟΥσαντες, ἢ ἰδίαι τινὲς παρ' ἑκατέρων, ἢ κατὰ γᾶν ἢ κατὰ θάλασσαν, λαγχανόντων ἑκάτεροι κατὰ τὸς ἄνδρας τὸς ἕρποντας, καὶ τὰς δεκάτας λαμβανόντων ἑκάτεροι ἐς τὰν ἰδίαν πόλιν. Ὑπὲρ δὲ τῶν προγεγονότων παρ' ἑκατέροις ἀδικημάτων, ἀφ' ὧ τὸ κοινοδίκιον ἀπέλιπε χρόνω, ποιησάσθων τὰν διεξαγωγὰν οἱ σὺν Ἐνίπαντι καὶ Νέωνι Κόσμοι, ἐν ὧι κα κοινᾶι δόξηι δικαστηρίω ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι, ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων, καὶ τὸς ἐγγύος καταστασάν-

habeto. Similiter & Priansius Cosmus Hierapytnæ in curiam ito, & in concione sedem cum Cosmis habeto. In Herochiis *autem aliisque festis qui præsentes fuerint eunto apud se invicem ad sacras epulas, juxta atque alii cives. Omni autem ævo qui posthac apud alterutros Cosmi fuant, stelam quotannis legunto in festo Hyperboiorum, & denuntianto sibi invicem antequam lecturi sunt dies decem. Utri autem non legerint, aut non denuntiaverint, qui eorum in causâ fuerint solvant stateras centum; Hierapytnii quidem Cosmi Priansiorum civitati, Priansii verò Cosmi civitati Hierapytniorum. Si verò quis injustè egerit, mutua conventa violans, seu Cosmus fuat, seu privatus, licebit ei qui voluerit litem ad commune tribunal intendere, adscriptâ litis æstimatione, secundum noxam quam quis commiserit. Et si causâ vicerit, tertiam mulctæ partem qui litem intenderat accipito; ac reliquum civitatum esto. Si autem, Diis volentibus, boni quid ab hostibus capiamus, seu publicè expeditionem facientes, seu privatim ex alterutris aliqui; idque sive per mare, sive per terram, sortiuntor alterutri pro numero virorum egredientium, decimasque in civitatem propriam alterutri recipiunto. Quod autem injurias apud alterutros illatas attinet, à quo tempore commune jus defecerit, motas de iis controversias dirimunto qui sunt cum Henipante, & cum Neone Cosmi, quo utrisque civitatibus visum fuerit tribunali, dum ipsi in Cosmatu fuerint; superque his sponsores sistunto, ab eâ die quâ posita fuerit stela, mense saltem*

℣. 37. Ἡρ[οχίοις] aut ita explenda est lacuna, aut Ἡρ[αϊκοῖς]. Pro Ἡροχίοις facit Hesychius, cui Ἡρόχια, Θεοδαίσια. Erant verò Θεοδαίσια festum Creticum, idem ac cæteris Græcis Διονύσια, vide infra pag 134. Faciet tamen pro Ἡραϊκοῖς Ἡραῖος mensis Creticus Junonius, infra etiam pag. 137. notatus.

℣. 40. Οἱ τὸ κ' ἀεὶ. Pricæo τόκαει. vid. supra notatum p. 124.

℣. 43. Παραγγήλωντι. Fabrili errato pro -έλλωντι. Ita enim Cretici pro παραγγέλλωσι.

℣. 47. τὰ συγκείμενα κοινᾶι. Pricæo excidit κοινᾶι, in utrâque descriptione. Eidem ℣. 48. βωλομένωι.

℣. 50. νικάσηι, *causa vincat*. Pricæo mendose νικάθηι, ut etiam in præcedenti versu ἐπιγραψάμενος.

℣. 52. ἕλοιμεν, i. e. *capiamus* primâ personâ plurali, pro quo Pricæus tertia singulari ἕλοιμεν.

℣. 53. ἐξοδούσαντες. Ita scilicet in ipso lapide marmorarius, & in charactere minusculo Pricæus. ἐξοκρούσαντες voluit Reinesius, non advertens ου syllabam alienam esse ab harum civitatum dialecto. Legendum igitur ἐξοδεύσαντες, ut apud Polybium de Lyttiis Cretensibus, *Hist. lib.* 4. Λυττίων ἐξωδευκότων εἰς τὴν πολεμίαν πανδημεί. Mallem tamen, si lapis id fortè pateretur, ἢ κοινᾶι ἐξόδωι πάντες, ἢ ἰδίαι τινὲς παρ' ἑκατέρων.

℣. 59. Οἱ σὺν Ἐνίπαντι καὶ Νέωνι Κόσμοι, i. e. *Collegæ cum Henipante & Neone Cosmi*. Henipanti enim & Neoni hoc anno propria fuere Protocosmis in Hierapytnâ & Priansio nomina: vide superiùs notata ad vers. 1. Pricæo & Reinesio συνενιπαντὶ καινεῶνι, *populo sive universitati communitatum*: viris illis doctissimis duplicem quendam Dorismum in voce nihili καινεῶνι tanquam pro κοινῶν positâ statuentibus.

τῶν

των ὑπὲρ τούτων, ἀφ' ἇς κα ἀμέρας ἁ στάλα τεθῆι, ἐμ μηνί. Ὑπὲρ δὲ τῶν ὕστερον ἐγγινομένων ἀδικημάτων προδίκωι μὲν χρήσθων, καθὼς τὸ διάγραμμα ἔχει. Περὶ δὲ τῶ δικαστηρίω, οἱ ἐπιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν παρ' ἑκατέροις Κόσμοι πόλιν στανυέσθων ἄγ κα ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι δόξηι. Ἐξᾶς τὸ ἐπικριτήριον τελεται, καὶ ἐγγύος καθιστάντων, ἀφ' ἇς κα ἀμέρας ἐπίσταντι ἐπὶ τὸ ἀρχεῖον, ἐν Διμήνωι. Καὶ διεξαγόντων ταῦτα ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων κατὰ τὸ δοχθὲν κοινᾶι σύμβολον. Αἰ δὲ κα μὴ ποιήσωντι οἱ Κόσμοι καθὼς γέγραπται, ἀποτεισάτω ἕκαστος αὐτῶν στατῆρας πεντήκοντα, οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι Κόσμοι Πριανσίων ταῖ πόλει, οἱ δὲ Πριάνσιοι Κόσμοι Ἱεραπυτνίων ταῖ πόλει. Αἰ δέ τι κα δόξηι ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι βωλευομέναις ἐπὶ τῶι κοινᾶι συμφέροντι διορθώσασθαι, κύριον ἔστω τὸ διορθωθέν. Στασάντων δὲ τὰς στάλας οἱ ἐνεστακότες ἑκατέρηι Κόσμοι ἐπ' αὐτῶν κοσμόντων, οἱ μὲν Ἱεραπύτνιοι ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀθαναίας τᾶς Πολιάδος, καὶ οἱ Πριάνσιοι ἐν τῶι ἱερῶι τᾶς Ἀθαναίας τᾶς Πολιάδος. Ὁπότεροι δὲ κα μὴ στάσωντι καθὼς γέγραπται, ἀποτεισάντων τὰ αὐτὰ πρόστιμα, καθὼς καὶ περὶ τῶν δικαίων γέγραπται.

uno. Ast quoad alias in posterum injurias patrono utuntor defensore, eo quo in diagrammate habetur modo. Quod autem commune attinet tribunal; quotannis apud alterutros constituti Cosmi urbem, quam visum fuerit utrisque civitatibus, statuunto. Deinceps sacrum ob ineuntes judices peragatur, sponsoresque sistunto, ab eâ die quâ præsident in curiâ, spatio saltem bimestri. Et hæc quoque transigunto dum in Cosmatu fuerint, juxta placitum auctoritate communi symbolum. Si verò, prout hîc præscriptum habetur, Cosmi non fecerint, solvat eorum unusquisque stateras quinquaginta; Hierapytnii quidem Cosmi Priansiorum civitati, Priansii verò Cosmi civitati Hierapytniorum. Si autem utrisque civitatibus in commune bonum consulentibus visum fuerit quid rectiùs statuere, ratum firmumque esto quod statuerint. Stelas verò constituti in alterutrâ civitate Cosmi, dum ipsi in Cosmatu fuerint, statuunto; Hierapytnii quidem in fano Minervæ Poliadis, Priansii quoque in fano Minervæ Poliadis. Utri autem non statuerint, prout hîc præscribitur, mulctam solvant eandem quæ in capite de juribus præscripta est.

ỷ. 62. ἀφ' ἇς κα ἀμέρας ἁ στάλα τεθῆι ἐν μηνί, i. e. *à die quo posita fuerit stela mense uno.* Pricæo ἇς ταῦτα τεθηιέμμηνι, unde & in versiculo lapidis septimo sustinuit explere τεθηιεμμεναις.

ỷ. 64. Καθὼς τὸ διάγραμμα ἔχει, non aliter ac Demosthenes, Ἅπαντα ἐκ τοῦ διαγράμματος, i. e. *secundum descriptum schema* νεῖμαι κελεύω. Orat. περὶ συμμοριῶν.

ỷ. 66. στανυέσθων *statuant*, à themate Cretico στανύω pro ἱστάνω, voce mediâ, & terminatione Atticâ, ut antea χρήσθων, ποιησάσθων, & activa παρεχόντων, στασάντων &c. apud has duas Atticâ origine civitates: ita enim à Poliade Minervâ apud utrasque cultâ conjecturandum.

ỷ. 67. Ἐξᾶς τὸ ἐπικεριτήριον τελεται. Pro quo Pricæus ἐπὶ Κεριτήριον, vocem unam, ut existimo, malè in duas dirimens. Idem etiam τελεται pro τελέσαι, i. e. δῦναι per nescio quem Dorismum interpretatur. Mihi verò τελεται mendosè videtur incisum pro τελῆται aut τελεῖται, ut supra versu 22, ατελεα pro ἀτέλεια. Et per ἐπικεριτήριον voce unâ intelligi malim id quod aliàs vocatur εἰσιτήριον, i. e. sacrum ob ineuntes senatores, magistratusve judices, locum suum in curiâ capessentes, celebrari suetum. Tale quid in hoc planè commate innuitur, quale erat Atheniensium εἰσιούσης τῆς βουλῆς εἰσιτήρια θύειν. *Demosth. de falsâ Legat.*

ỷ. 68. ἐν Διμήνωι, i. e. *in mensium duorum spatio*, malè Pricæo ἐνδυμηνω. Hæsit igitur in literis intellectum certè omnem fugientibus. At Reinesio quæ vox fuerit subolebat.

ỷ. 70. Κατὰ τὸ δοχθὲν κοινᾶι σύμβολον, i. e. *secundum placitum sententiâ communi symbolum:* ubi *symbolum* habemus peculiari istâ, quam Harpocration ex deperditis Isæi & Demosthenis adduxit, significatione. σύμβολα enim interpretatur συνθήκας, ἃς ἂν ἀλλήλαις αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια, i. e. *pacta, de quibus cùm inter se mutuò convenerit civitatibus, eadem civibus suis injungunt, ad jura reddenda & accipienda.*

ỷ. 74. βωλευομέναις, βωλευομέναις pro quo & Pricæo, & ipsi etiam marmorario, sed mendosè.

ỷ. 77. Ἱεραπύτνιοι *Hierapytnii.* Operæ pretium erit hìc in ipso tabulæ fine, veram suam lectionem civitati Creticæ asserere; quod etiam ex nummis ΙΕΡΑΠΥΤ. inscriptis fecit illustrissimus Spanhemius *de præst. numism. p.* 339. Alios tamen ΙΕΡΑΠΥΘΝΙΩΝ sub Caligulâ affert Vaillantius: & ita semel edidit Gruterus. Dioni lib. 36. τὰ Ἱεράπυδνα. Verum autem nomen & origo nominis apud Strabonem, lib. 10. τῆς Ἴδης λόφος Πύτνα, ἀφ' οὗ Ἱεράπυτνα ἡ πόλις. Ibi πύτνα quid significat declarat istud alterum Ἱερὰ πέτρα hodiernum Græcorum, & *Girapetra* Italorum nomen. *Vide Tournefortii Itiner. Ep.* 1.

Fragmentum Stelarum quæ in præcedente fœdere tanquam Gortyniis & Hierapytniis positæ memorantur: in quo quidem & juramentum servari contigit, quod Gortynii, adeoque & Priansii, Hierapytniis præstare tenebantur, è Grutero, p. DV. repertum in Cretâ insulâ.

. . . . . Αἰ δέ τι καὶ δόξῃ βωλευομένοις ἐπὶ τῷ κοινᾷ συμφέροντι ἐπιδιορθῶσαι, ἢ ἐξελὲν, ἢ ἐνβαλὲν, μὴ ἔνορκον ἔσω. Ὅ,τι δὲ ἐγγράψαιμεν ἔνορκόν τε ἔσω, καὶ ἔνοινον.

. . . . *Si visum fuerit in commune bonum consulentibus rectius quid statuere, aut demere, aut inserere; neu statim virtute juramenti id ratum esto. Quodcunque verò scripserimus, virtute & juramenti & libamenti id ratum esto.*

Ὅρκος.

Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν, καὶ τὸν ΑΟΡΑΤΡΙΟΝ (sic) καὶ Ζῆνα Δικταῖον, καὶ Ἥραν, καὶ Ἀθαναίαν Ὠλερίαν, καὶ Ἀθαναίαν Πολιάδα, καὶ Ἀθαναίαν Σαμωνίαν, καὶ Ἀπόλλωνα Πύθιον, καὶ Λατῶ, καὶ Ἄρτεμιν, καὶ Ἄρεα, καὶ Ἀφροδίταν, καὶ Κωρῆτας, καὶ Κύρβαντας, καὶ Θεὸς πάντας καὶ πάσας. (1) Ἡμάν· Ἐγὼ εὐνοήσω τοῖς ἐπίπασι Ἱεραπυτνίοις τὸν ἅπαντα χρόνον, ἁπλόως καὶ ἀδόλως, καὶ τὸν αὐτὸν φίλον καὶ ἐχθρὸν ἕξω, καὶ πολεμήσω ἀπὸ χώρας πάντι σθένει οὗ καὶ οἱ ἐπίπαντες Ἱεραπύτνιοι, καὶ τὸ δίκαιον δώσω, καὶ ἐμμενῶ ἐν τοῖς συγκειμένοις, καὶ οὐ κακοτεχνήσω οὐδὲν τῶν ἐν τᾶδε ἰσοπολιτείᾳ γεγραμμένων, οὔτε λόγῳ, οὔτε ἔργῳ, οὐδὲ ἄλλῳ ἐπιτρέψω ἑκὼν καὶ γινώσκων παρευρέσει οὐδεμίᾳ, οὐδὲ τρόπῳ οὐδενί. Αἰ δέ τι ἐπιορκήσαιμι τῶν ὤμοσα, ἢ τῶν συνεθέμαν, τός τε Θεὸς τὸς ὤμοσα ἐμμανέας ἦμεν, καὶ ἐξόλλυσθαι κακίστῳ ὀλέθρῳ, καὶ μήτε γᾶν μήτε δένδρεα καρπὸν φέρεν, μήτε γυναῖκας τίκτεν κατὰ φύσιν, τῶτε πολέμῳ νικέεσθαι. Εὐορκῶσι δὲ ἁμῖν τός τε Θεὸς ἵλεος ἦμεν, καὶ γίνεσθαι πάντα ἀγαθά.

(1) Ἡμάν. i. e. *Amen.* Vide pag. 136.

Juramentum.

Juro Vestam, & ΑΟΡΑΤΡΙΟΝ, *& Jovem Dictæum, & Junonem, & Minervam Oleriam, & Minervam Poliada, & Minervam Samoniam, & Apollinem Pythium, & Latonam, & Dianam, & Martem, & Venerem, & Curetas, & Corybantas, & Deos Deasque omnes: Verè: Ego benevolentiam servabo universis Hierapytniis in omne ævum, sincerè & absque dolo; eundemque ac illi amicum habebo atque inimicum; èque territorio ubi & universi Hierapytnii, totis viribus belligerabo; judicia quoque subibo, manebo que in his conventis; neve quicquam imminuam in hoc communis civitatis fœdere scriptorum, neque verbo, neque facto; neque alicui alii id permittam volens sciensque quocunque aut commento, aut prætextu. Si verò eorum quæ juravi quid pejeravero, Deos quos juravi mihi iratos imprecor; meque pessimo exitio dumint; quin neque terra neque arbores fructum ferant; neque fœminæ secundum naturam pariant; bello denique devincar. Bene verò jurantibus Deos nobis fore propitios, & bona provenire omnia.*

Altera quam exhibemus Tabula non tam edita est Venetiis, quàm privatim ibi typis data, idque in folio tantummodo separato. Ergo è paucis quæ nunc supersunt exemplaribus unum mihi benignissimè transmisit reverendus Vir, D. Georgius Harbin, literarum, siquis alius, divinarum & humanarum sciens. Sed ad corrigenda tot & tanta sphalmata, utendum erat Criticâ severiore, nonnunquam etiam & conjecturâ, quàm pro mente & more nostro longè audaciore. Adeò miseris modis & qui primus exscripsit monumentum, & qui prelo postea paravit, literas ubique permutando, transponendo, demendo, interserendo, verba atque sensa perturbaverant. Idem & Seldeno visum, cujus olim hoc ipsum fuerat, quo nunc utimur exemplari: unde etiam & partem insequentis juramenti præclaro de Synedriis operi inseruit, lib. 2. cap. xi. Joanni quoque Meursio, vigiliis olim Creticis intento, in animo erat fœdus integrum exhibere. Sed quod vir ille præstantissimus morte præventus non perfecit relictum opus nunc aggredimur; folium scilicet Venetum aliquatenus pro tenuitate nostrâ emendare, & emendatum Latinè vertere, exceptis quæ de finibus habentur. Hæc enim omnem versionem respuunt; emendationem vix ullam patiuntur. Vide Meursium de Cretâ, p. 42.

Tabula Fœderum inter duos Cretæ insulæ populos Latios & Olontios è marmore vetusto, quo rusticus quidam in agro Cydoniensi non procul à Salinis mensæ in vicem utebatur, quod illustrissimus & excellentissimus D. D. *Franciscus Molinus* dum Cretæ proconsulari imperio præesset, misit ad illustrissimum & excellentissimum D. D. *Dominicum Molinum* fratrem Senatorem amplissimum. *Cretæ verò præfuit Molinus*, A. D. 1645.

Ἀγαθᾷ τύχᾳ καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ. Συνέθοντο Λάτιοι καὶ Ὀλόντιοι καὶ [συνεδόκεον] ἐν Λατῷ ἐπὶ τῶν Κόσμων τῶν σὺν Πυλέρῳ τῶ .... μηνὸς [Διος] ἀλλοσίω τρια και Δι, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐπὶ τῶν [αυτων] σὺν Σωφρονίχῳ τῶ Ἀριστίων[ος μηνὸς Ἐ]λευσινίω Δι[φίλως] καὶ συμμάχως ἀλλάλοις ὑπομένειν ἁπλόως καὶ ἀδόλως εἰς τὸν πάντα χρόνον ΚΑΙ ΑΠ... ΚΑΙ.... ΑΘΡΟΝ ΕΣ ΗΝ ΚΑΙΤΙΣΚΕΜΒΕΗΕΙΣΤΑΝΤΩΝ ΛΑΤΙΩΝΧΩΡΑΝ Η ΑΠ ΟΤΑΜΝΗ· ΤΑΙΧΩΡΑΣΤΑΣΛΑΤΙΩΝΗΦΡΟΥ ΡΙΑ........ΛΑΜΒΑΝΗΤΑΙ... ....ΑΠ ΟΦΑΣΙΣΤΩΣΠΑΝΤΑΣ ....ΠΟΛΕΜΕΟΝΤΑΣΑΠΟΧ ΩΡΑΣ.......ΩΝΧΩΡΑΝΛΑΜΒΑ ΝΗΤΑΙ.....ΟΗΤΑΙ...... ΑΠ Ο ΦΑΣΙΣ........... ΠΟΛΕΜΙΟΝ ΠΑΝΤΑΠΟΛΕΩΝ. Τῷ Λατίῳ ἢ τῷ Ὀλοντίῳ τῷ βωλομένῳ [μετοχὰν ἦμεν] θείων καὶ ἀνθρωπίνων πάντων ἐν ἑκατέρᾳ τᾷ πόλει. Οἱ Κόσμοι ἐπ' αὐτῶν Κοσμόντων περιιόντων .... (1) ἐν θεοδαισίοις παραγγέλλοντες. Δεῖν τε [ἀλλαλοις] πέμπειν κά ποτε μέλλωντι ἀναγινώσκεν τ[αν συνθήκαν, καὶ] τὰς ἀγέλας ἐξορκίζεν. Ἐι δὲ μὴ ἐξορκίζοντι οἱ Λάτιοι Κόσμοι, ἢ μὴ παραγγέλλοντι ἐπὶ τὰν ἀνάγνωσιν τᾶς συνθήκας, ἢ μὴ ἀναγνώοντι, ἀποτεισάντων ὁ Κόσμος ἕκαστος ἀργυρίω στατῆρας ἕκατον τοῖς Ὀλοντίοις. Ὡσαύτως δὲ καὶ οἱ Ὀλόντιοι, εἰ μὴ ἐξορκίζοντι τὰς ἀγέλας, ἢ μὴ παραγγέλλοντι, ἢ μὴ ἀγνώοντι τὰν συνθήκαν, ἀποτεισάντων ὁ Κόσμος ἕκαστος ἀργυρίω στατῆρας ἕκατον τοῖς Λατίοις. Ἐι κα Κόσμος ἔλθη Λάτιος εἰς Ὀλόντα ἢ Ὀλόντιος ἐς Λατὼν, τότε ἐς τε πρυτανήϊον καὶ ἀνδρήϊον ἐς πομπὰν ἑρπόντι. Αἰ δὲ πλέονες ἕρποιεν Λάτιοι Κόσμοι [ἐς Ὀλόντα ἢ] Ὀλόντιοι ἐς Λατὼν, παρ' ἕτερον ἥθων, ὅπῃ καὶ ἰδιῶται. Ἐπιόντων οἱ Πρείγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας οἱ ἑκάτεροι ἐρευνέοντες καὶ ῥυθμίζοντες τὼς περὶ τὼς αὐτὼς, καὶ τὰ ἄλλα πάντα κεχρημένοι, (2) ἐν δὲ τᾷ ὁδῷ τὰς ξενικὰς

Bonâ cum Fortunâ, quodque in salutem vertat. Fœdus inierunt Latii & Olontii, & vicissim placitis firmârunt, in Lato quidem sub Cosmis cum Pylero F. . . . . mensis . . . ἀλλοσιου *die decimâ tertiâ, in Olonte verò sub Cosmis cum Sophronicho F. Aristionis mensis Eleusinii die decima; amicos & belli consortes alterutris se invicem permansuros, sincerè & absque dolo malo, in omne ævum. —————————— si quis impetum fecerit in Latiorum territorium———ejusve aut castella, aut ———ceperit; ———statim——— omnes Olontios ab eorum territorio in auxilium venturos. Et si quis Olontiorum territorium aut ceperit, aut ———statim adfuturos Latios, ad arcendum omnem hostem civitatum. Latio atque Olontio sic volenti participationem fore tum divinorum tum humanorum omnium in alterutrâ civitate. Cosmi, dum ipso in Cosmatu fuerint, circumeant in Theodæsiis* tempus legendi fœderis *denuntiantes. Alteri etiam ad alteros vicissim mittunto, quo tempore* fœdus *sunt lecturi, & puerorum greges juramento adacturi. Si verò non adegerint Latii Cosmi, aut non denuntiaverint legendum fœdus, aut non legerint, persolvat Olontiis unusquisque Cosmus argenteos stateras centum. Similiter autem & Olontii, si greges juramento non adegerint, aut non denuntiaverint, aut non legerint fœdus, persolvant Latiis Cosmus unusquisque argenteos stateras centum. Si Cosmus Latius Olonta, aut Olontius Laton venerit, tunc & ad Prytaneum, & sacras virorum epulas in pompa accedant. Si autem plures Olonta venerint Latii Cosmi, aut Laton Olontii, simul sedeant, quo loco sedent & privati. Alterutrinque superveniant seniores qui legum æquitati præsident, factoque examine pares juxta pares collocanto; ut de omnibus aliis statuentes, ita & de epulis quæ propter viam fient hospitalibus. Si autem quis quem injuriâ in his vialibus affecerit, solvat sextuplum. Ut autem de cæteris re-*

(1) Ἐν θεοδαισίοις hoc est apud Cretenses Διονυσίοις. Θεοδέσιος enim Hesychio Διόνυσος.

(2) ἐν τᾷ ὁδῷ τὰς ξενικὰς θοίνας, *epulas hospitales propter viam.* Legatis & advenis illustrioribus peregrè venientibus aut proficiscentibus veteres propter viam lautia præbuerunt: præcipuè Cretenses, apud quos una aliqua ad urbem ducens via ξενικὴ proinde vocabatur; atque hinc est quod de Cretensibus dixit Strabo, χαθοίνας

θοίνας. Ἀι δέ τίς τινα ἀδικήσαι ἐν ταύταις ταῖς ὁδοῖς, ἀποτεισάτω ἔξαπλα. Τὰ πρὸς τἄλλα δὲ ϗ δικαῶσι οἱ κρίται (3) ϗ ἐπιγαμίας ἀλλάλοις. Κύριον δ' ἦμεν τόν τε Λάτιον ἐν Ὀλόντι ποτὶ τὸν Ὀλόντιον, ϗ Ὀλόντιον ἐν Λατῷ ποτὶ τὸν Λάτιον, ϗ πωλέοντα διὰ τὰ χρεώψια, ϗ ὠνεόμενον, ϗ δανείζοντα ϗ δανειζόμενον, ϗ τὰ ἄλλα πάντα συναλλάττοντα κατὰ τὼς ταύτα νόμως τὼς ἑκατέρη κειμένως. Ἑρπόντων δὲ ἐς τὰς ἑορτὰς οἱ μὲν Λάτιοι ἐς Ὀλόντα ἐς τὰ [Θεο] δαίσια ϗ ἐς τ' Ἄῤῥητα . . . Ὡσαύτως δὲ ϗ Ὀλόντιοι [ἐς Λατὼν] ἐν ταῖς θυσίαις μάλα τῶν νομιζομένων. Ἐι δέ τι ϗ δόξῃ ταῖς πόλεσι (4) [βωλευσαμέναις χρήσιμον λίθῳ ἀπιγράψαι, (5) ἔνοινον ϗ ἔνορκον ἦμεν· ὅ,τι δ' ἂν κ' ἐξέλοιεν ἢ μὴ ἐπιγράψαιεν, μήτε ἔνορκον μήτε ἔνοινον] Ἀναγράψαι δὲ τὰν συνθήκαν ταύταν [ἐς λίθον] τὰν θέμεν ἑκάτεροι ἐν τᾷ ἰδίᾳ πόλει, οἱ δὲ Λάτιοι ἐν τῷ ναῷ Ποσειδῶνος ϗ Ὀλόντιοι ἐν τῷ ἱερῷ τῶ Ζηνὸς τῶ Ταλλαίω. Θέμεν δὲ ϗ ἄλλαν στάλαν [κοινᾶ] μὲν ἐν Κνωσῷ ἐν τῷ ἱερῷ τῶ Ἀπόλλωνος τῶ Δελφινίω, ϗ τὰν συνθήκαν . . . ἐν ἑκατέρᾳ πόλει ἐν τῷ ἱερῷ τᾶς. . . . [ΠΑΝΤΟΓΙΟΝ sic pro] πανδόκιον τῶν δραπετικῶν σωμάτων.

bus, ita & de connubiis judices apud alterutros jus dicunto. Latium autem in Olonte eodem atque Olontius bono jure fore, Olontium item in Lato eodem atque Latius, & vendentem per interpositas debiti cautiones & ementem, fœnori quoque dantem & accipientem, & quæcunque alia permutantem secundum leges hâc in parte alterutri civitati statas. Accedant autem ad festa, Latii quidem apud Olonta ad Theodæsia, & arcana Cereris: Similiter verò & Olontii apud Laton, in iis præcipue sacris quæ legitima habentur. Si autem placuerit civitatibus in commune consulentibus utile aliquid lapidibus inscribere, id virtute libamenti & juramenti ratum fore. Quodcunque autem ademerint, aut non inscripserint, id neque libamenti neque juramenti vim habere. Descriptum fœdus referant in lapidem, quem ponant alterutri in urbe propriâ, Latii scilicet in templo Neptuni, & Olontii in fano Jovis Tallæi. Ponant autem aliam quoque stelam in urbe Cnoso, in templo Apollinis Delphinii.. fædusque . . . in alterutrâ urbe in templo Divæ . . . . . receptaculum fugitivorum servorum.

ΟΡΟΙ ΤΑΣ ΛΑΤΙΩΝ ΠΟΛΕΩΣ — *FINES LATIORUM CIVITATIS.*

ΑΠΟ ΘΑΛΑΣΣΑΣ ΑΜ ΠΟΤΑΜΟΝ ΤΟΝ....ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΣ Ε...ΕΠΙ ΤΑΝ
ΥΠΑΓΡΑΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΒΕΓΚΑΣΟΝ ΚΑΙ ΑΠΟ ΤΑΣ ΕΠΙΤΟΛΑΣ ΤΩ
ΒΕΓΚΑΣΩ ΕΚ ΤΑΣ ΠΕΤΡΑΣ ΠΕΡΙ ΑΜΠΕΤΙΞ ΕΣ ΤΑΝ ΑΛΛΑΝ ΠΕ-
ΤΡΑΝ ΑΙ ΑΤΑΙΝΙΑ ΠΑΡΑΤΕΡΩ ΚΑΙ ΤΟΥΤΩ ΤΩ ΕΠΙ ΤΑΣ ΚΕΦΑΛΑΣ
ΤΑΝΝΑΠΑΝ ΤΩΣ ΕΡΕΙΠΙΩΝΑΣ ΜΕΣΑΣ ΕΣ ΤΑΝ ΚΕΦΑΛΑΝ ΤΑΝ
ΕΠΑΝΩ ΤΩ ΕΡΜΑ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΜΠΕΤΙΞ ΕΠΙ ΤΟ ΑΝΤΡΟΝ .... ΚΑΙ ΕΣ
ΤΑΝ ΟΔΟΝ ΤΑΝ ΔΙΑΛΑΞΟΝ ΑΜΠΕΤΙΞ ΕΠΙ ΤΟ ΑΝΤΡΟΝ .... ΑΓΟΥ-
ΣΑΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΘΙΝΟΜΑΡΟΝ ΚΗΣ ΤΑΝ ΚΕΦΑΛΑΝ ΚΑΤΩ ΤΩ ΚΝΑ-
ΦΩ ΚΑΙ ΤΟΥΤΩ ΕΣ ΤΑΝ ΠΕΤΡΑΝ ΕΣ ΤΟΝ ΠΑΧΥΝ ΑΜΟΝ ΕΣ ΤΑΝ
ΣΚΟΠΑΝ ΚΑΙ ΤΟΥΤΩ ΕΠΙ ΤΟ ΕΞΕΔΡΙΟΝ ΤΟ ΚΑΤΑ ΝΟΤΙΑΙΟΝ ΚΑΙ
ΕΝΤΙ ΚΑΙ ΕΣ ΤΑΝ ΚΑΤΩ ΑΛΙΚΑΝ ΚΗΣ ΤΑΝ ΕΠΑΝΩ ΩΙΑΝ ΤΑΣ ΠΕ-
ΤΡΑΣ ΚΗΣ ΤΟΝ ΡΟΙΝΟΠΑ ΚΗΣ ΤΑΝ ΥΠΠΑΣΙΑΝ ΚΗΣ ΤΑΝ ΟΔΟΝ

καὶ διαιτῶνται, i. e. *humi convivantur.* Non dissimile erat Herculi Sanco proficiscendi gratiâ sacrificium, ad quod allusit Plautus, *Rud. Act.* I. *sc.* 2. *Propter viam illi sunt vocati ad prandium.*

(3) *καὶ ἐπιγαμίας.* Non immeritò de jure circa connubia dicundo hìc cavetur, quia, ut inquit Strabo, *γαμεῖν μὲν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ' αὐτοῖς οἱ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παιδῶν ἀγέλης ἐκκριθέντες. Universi apud Cretenses coguntur uxores ducere, qui eodem tempore ex puerorum grege excernuntur, lib.* 10. Par quoque Romanorum de maritandis ordinibus lex, sed molesta admodum & ferax contentionum fuit.

(4) *βωλευσαμέναις, κ. τ. λ.* hæc nos uncis inclusa, jubente sensu, & faventibus parallelis formulis, restituimus ex aliis hoc modo miserè corruptis & transpositis, ΚΟΛΕΥΣΑΙ ΕΝΑΙΣΙΜΟΝ ΕΣΘΩΝ ΕΠΙΓΡΑΨΑΙ ΟΤΙΔΑΝ ΚΕΞΕΛΘΙΕΝ ΜΗΤΕ ΕΝΟΡΚΟΝ ΜΗΤΕ ΕΝΟΙΝΟΝ ΜΗ ΕΠΙΓΡΑΨΙΕΝ ΟΙΝΟΝ ΚΑΙ ΕΝΟΡΚΟΝ ΕΙΜΕΝ. ----Vide Fragmentum paginæ 133.

(5) *ἔνοινον* hoc est *ἔνσπονδον.* Etenim in fœdera jurantes vino simul libaverunt, juxta Homericum Odyss. τ. 288. *Ὤμνυε δὲ πρὸς ἔμ' αὐτὸν ἀποσπένδων.* Cùm autem statim postea occurrat *συνθήκαν ταύταν* ΕΝΟΙΝΟΝ, legerim potiùs ΕΝΟΡΚΟΝ, aut, ut sequentia meliùs cohæreant, ΕΣ ΛΙΘΟΝ.

ΤΑΝ ΑΓΟΥΣΑΝ ΕΠΙ ΑΚΙΜΙΝ ΚΑΙ ΕΣ ΙΑΛΚΕΤΑΣ ΕΠΙ ΤΩΣ ΚΩΡΗΤΑΣ ΚΑΙ ΑΝ ΕΛΛΗΝΕΣ ΤΟΝ ΚΟΛΟΝΑ ΔΩΡΙΣΙ ΚΗΣ ΤΑ ΝΗΥΜΝΗ ΤΑΛΛΑ ΚΗΣ ΣΩΡΟΣΑΝ ΚΗΣ ΤΑΝ ΟΔΟΝ ΚΗΠΙ ΤΑΝ ΛΙΜΝΑΝ ΚΗΣ ΤΑΝ ΔΗΡΑΔΑ ΚΗΣ ΤΟΝ ΑΡΚΕΔΡΟΕΝΤΑ ΚΗΠΙ ΔΙΟΣ ΑΚΡΟΝ ΚΗΠΙ ΔΩΡΗΙΑΝ ΚΗΣ ΚΥΡΤΟΡΑΞΟΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΚΑΤΑΒΑΘΜΟΝ ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΑΜΠΕΤΙΞ ΕΙΣ ΤΟΝ ΣΠΙΝΟΕΝΤΑ ΚΗΣ ΤΑΝ ΣΥΝΟΝΙΑΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΑΡΑΚΑ ΚΗΣ ΧΑΜΒΡΙΤΡΑΣΟΝ ΑΝΑ ΩΡΡΕΙ ΕΣ ΤΩΣ ΠΡΙΝΟΕΣΣΑΣ ΚΗΣ ΤΑΝ ΔΗΤΑΛΛΑΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΠΕΡΙΣΤΕΡΙΩΝΑ ΚΑΙ ΠΕΡΙΑΜΠΕΤΙΞΑΙ ΑΙ ΣΤΕΦΑΝΑΙ ΚΗΣ ΔΑΝΙΠΑΣΟΝ ΚΑΙ ΕΣ ΤΑΝ ΑΙΓΥΡΟΝ ΑΙ ΑΙ ΣΤΕΦΑΝΑΙ ΚΗΣ ΔΑΝΙΠΑΣΟΝ ΕΣ ΠΑΜΦΥΡΙΑΣΟΝ ΕΣ ΤΑΝ ΛΙΜΝΑΝ ΚΗΣ ΤΑΝ ΟΔΟΝ ΤΑΝ ΔΑΜΟΣΙΑΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΕΠΑΘΕΝΤΑ ΚΑΤΑ ΡΑΧΙΝ ΕΣ ΣΥΑΦΝΑΣ ΤΑΣ ΑΝΩ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΠΟΤΑΜΟΝ ΕΣ ΚΟΡΔΩΙΛΑΝ ΚΑΙ ΔΙΑ ΡΑΧΙΝ ΕΣ ΛΑΓΙΝΑΠΥΤΟΝ ΕΠΙ ΤΟ ΑΝΤΡΟΝ ΚΗΣ ΚΑΛΛΙΟΡΑΣΟΝ ΕΠΙ ΤΟ ΑΝΤΡΟΝ ΚΗΣ ΜΕΤΑΛΛΑΠΥΤΟΝ ΕΠΙ ΤΟΝ ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΑΝΤΙΟΝ ΡΟΟΝ ΕΠΙ ΤΟ ΣΤΙΩΤΙΟΝ ΚΑΙ ΤΩΔΕ ΑΝ ΡΑΧΙΝ ΕΠΙ ΤΟΝ ΑΧΑΜΑΝΤΑ

ΟΡΟΙ ΛΑΤΙΩΝ ΠΟΤΙ ΟΛΟΝΤΙΩΣ. *LATIORUM OLONTIOS versus FINES.*

ΑΠΟ ΘΑΛΑΣΣΑΣ ΕΣ ΠΛΥΜΟΝ ΑΝ ΡΑΧΙΝ ΕΠΙ ΤΟ ΑΡΧΑΙΟΝ ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟΥΤΩ ΩΣ ΤΩΔΕ ΡΕΩΘΗΝΩ ΤΩ ΤΕΜΕΝΕΟΣ ΟΙ ΟΡΟΙ ΦΙ ΕΣ ΤΑΝ ΔΩΡΕΑΝ ...ΕΧΟΝΤΕΣ ΚΗΣ ΤΑΝ ΑΙΡΕΠΩ ΚΗΣ ΤΑΝ ΠΡΥΜΝΙΤΙΣΣΑΝ ΚΗΠΙ ΤΗΣ ΚΑΛΟΛΑΚΚΗΣ ΤΑΝ ΠΕΡΙΒΑΣΙΝ ΚΗΣ ΑΡΧΕΛΑΡΚΑΝ ΕΣ ΤΑΝ ΔΗΡΑΔΑ ΕΠ ΑΡΤΙΩΝ ΠΡΙΝΩΝ ΚΗΣ ΤΟΝ ΑΧΑΜΑΝΤΑ.

Ὀμῶσαι τὼς Λατίως τοῖς Ὀλοντίοις καὶ τὼς Ὀλοντίως τοῖς Λατίοις τὸν ὑπογεγραμμένον ὅρκον.

Præstanto Latii Olontiis, & Olontii vicissim Latiis juramentum infra scriptum.

ΟΡΚΟΣ ΛΑΤΙΩΝ.

Ὀμνύω τὰν Ἑστίαν καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Κρηταγενέα καὶ τὰν Ἥραν καὶ τὸν Ζῆνα τὸν Ταλλαῖον καὶ τὸν Ποσειδᾶν καὶ τὰν Ἀμφιτρίταν, καὶ τὰν Λατὼν κ' Ἄρτεμιν καὶ Ἄρεα καὶ τὰν Ἀφροδίταν καὶ τὰν Ἐλευσίναν καὶ τὰν Βριτόμαρτιν καὶ Ἑρμᾶν καὶ Κωρῆτας καὶ Νύμφας. καὶ τὼς ἄλλως Σιὼς πάντας καὶ πάσας. (1) Ἠμάν· Ἐγὼ τοῖς Ὀλοντίοις ἐμμενιῶ ἐν τᾷ φιλίᾳ καὶ συμμαχίᾳ καὶ ἰσοπολιτείᾳ, καὶ τοῖς ὅρκοις ἐμμενιῶ καὶ βοαθησιῶ ἁπλόως καὶ ἀδόλως καὶ κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν. Καὶ εἴ τις κα πολεμέων Ὀλοντίοις ἢ ἐφέρπῃ ἐπὶ πόλιν, ἢ ἐπὶ χώραν, ἢ ἐπ' (2) ὠρεῖα, ἢ λιμένας τὼς τῶν Ὀλοντίων, καὶ οὐ προλειψιῶ οὔτε ἐν πολέμῳ οὔτε ἐν εἰρήνᾳ, ἀλλ' ἐμμενιῶ ἐν τοῖς συγκειμένοις ὅρκοις, δίκας τε καὶ πράξεις διδῶσαι καθὼς καὶ συνθεόμεθα, εὐορκέοντι μὲν ἦμεν πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐφορκέοντι δὲ τὰ ἐναντία.

JURAMENTUM LATIORUM.

Juro Vestam, & Jovem in Cretâ genitum, & Junonem, & Jovem Tallæum, & Neptunum, & Amphitriten, & Latonam, & Dianam, & Martem, & Venerem, & Eleusinen, & Britomartin, & Mercurium, & Curetas, & Nymphas, & alios Deos, Deasque omnes: Verè: Ego cum Olontiis in amicitiâ permanebo & in sorte belli, & in communi civitatis jure; juramentis etiam manebo, & auxiliabor sincerè, & absque dolo per terram & per mare. Et siquis hostili more Olontios invaserit per urbem, aut per territorium aut per horrea, aut per portus ad Olontios pertinentes, egoque neque in bello neque in pace deseruerim, sed juramentis mutuò datis manserim, jura quoque & facta secundum conventa præstiterim; tum bene mihi juranti multa quidem & bona provenire, pejeranti autem contraria.

ΟΡΚΟΣ ΟΛΟΝΤΙΩΝ Ο ΑΥΤΟΣ

IDEM ET OLONTIORUM JURAMENTUM.

(1) Ἠμάν, i. e. *Verè*, Græcè ἀληθῶς, ὄντως, πεπιστωμένως Post invectum autem accentuum Græcanicorum usum vox ημαν à Grammaticis in duo, hoc est ἢ μὰν Ἠ pessimè discerpta est. Est enim adverbium jurandi, ab Hebræo אמן purissimè traductum, quod & juramentorum formulis præfixum originem dedit vocabulo Græco ΟΜΝΥΜΙ. (2) ὠρεῖα. Supra lin. 7. cum duplici ρ, ἀνὰ ὠρρεῖ' ἐς. Est igitur vox Dorico-Cretica, unde Latinè *horreum*. Hesychio ὥρια seu ὥρια, φυλακτήρια, quod tamen in serie inter voces ὠρέες & ὠρεῖν planè ὠρεια legendum.

Fœderis inter Latios & Olontios ampliatio.

Ἐπὶ Κόσμων μὲν τῶν σὺν Μαιναίῳ τῶ Χαιρνητάδα μηνὸς ἐτέω Θερμολαίω δεκάτα, ἐν δὲ Ὀλόντι ἐπὶ τῶν σὺν Κρατίνῳ τῶ Ἀριστονύμω μηνὸς (6) Ἡραίω δεκάτα, ἔδοξε Λατίοις καὶ Ὀλοντίοις κοινᾶ βωλευσαμένοις προσθέμεν πρὸς τὰν φιλίαν καὶ συμμαχίαν καὶ ἰσοπολιτείαν καὶ πρὸς τἄλλα φιλάνθρωπα τὰ γεγονότα ταῖς πόλεσι, καὶ τὰ νῦν δόξαντα προσγράψαι πρὸς τὰς προϋπαρχώσας αὐτοῖς στάλας, χρήσιμα ὄντα καὶ συμφέροντα, ὅπως μᾶλλον αὔξηται ἁ φιλία.

Sub Cosmis quidem cum Mænæo Chærnetadæ F. mensis . . . . Θερμολαιω die decimâ, in Olonte autem sub iisdem cum Cratino Aristonymi F. mensis Heræi die decimâ, placuit Latiis & Olontiis in commune consulentibus ampliari amicitiam & consortium belli & commune jus civitatis, & quæcunque inter civitates alia benevola intercessere: Quæque nunc placuerint describere in stelis apud ipsos prius existentibus, utpote utilia & conducibilia, ut magis augeatur amicitia.

Dolendum equidem quod per tot annos quibus sereniſſima Venetûm Reſpublica Cretæ inſulæ imperitavit, tam pauca veterum Cretenſium monumenta Dominam urbem adveherentur. Tanto pluris igitur faciendum, quod in Muſeo nunc exſtat Tarviſiano, autographum marmor Allariticum, olim quidem à Grutero p. DV. ſed & denuò anno 1702 à R. D. Montfauconio, in Diario Italico publicatum. Hoc nos, nequid hic deſit antiquiorum lapidum Cretenſium, coronidis loco nunc apponimus; ſed ex collatis duobus exemplaribus textu aliquantulum correcto, & malè natâ Montfauconii verſione incudi, ut neceſſe erat, redditâ. Præivit decretum Pariorum ad Allariotas Cretæ populos de Aſylo, deque amicitiâ renovandâ miſſum. His ſic reſponſum ab Allariotis: qui quidem Stephano Ἀλλαριάται, dum urbs ipſa Ἀλλωρία, ſed mendosè, ut nunc videmus, appellatur.

Ἀλλαριωτᾶν οἱ Κόσμοι καὶ ἁ πόλις Παρίων τᾶ πόλει καὶ τῷ δάμῳ χαίρεν. Παραγινομένων τῶν πρεσβευτᾶν ποτ' ἁμὲ Φάνιός τε καὶ Δόρκω, οὓς ἀπεστείλατε πρεσβεύσοντας περὶ τῶ [ἀ]σύλω ποθ' ἁμὲ, καὶ ἀνανεωσαμένων αὐτῶν ἐν τᾶ πρεσβείᾳ κατὰ τὸ ψήφισμα τὸ παρ' ὑμῶν τάν τε φιλίαν καὶ τὰν εὔνοιαν τὰν ὑπάρχουσαν ταῖς πόλεσι ποτ' ἀλλάλας διαφυλάττεν· Ἐπὶ Κόσμων τῶν περὶ Φιλόμβροτον τὸν Εὐθυμάχω, ἀγαθᾷ τύχᾳ δεδόχθαι Ἀλλαριωτᾶν τοῖς Κόσμοις καὶ τᾶ πόλει, ἐπαινέσαι μὲν τὸν δᾶμον τὸν Παρίων, ὅτι διαφυλάττει τὰν φιλίαν καὶ τὰν εὔνοιαν πρὸς τὰν πόλιν τὰν ἁμάν· κατὰ ταῦτα δὲ ὑπάρχειν τοῖς Παρίοις τὰν φιλίαν καὶ τὰν εὔνοιαν παρὰ Ἀλλαριωτᾶν, ὅπως φαινώμεθα τὰ ὅμοια τοῖς προαιρουμένοις ἁμὲς συντελόντες. Εἶμεν δὲ Ἀλλαριώταις καὶ Παρίοις ἰσοπολιτείαν, μετέχωσιν τῷ τε Ἀλλαριώτα ἐμ Πάρῳ καὶ (1) θεϊνῶν καὶ ἀνθρωπίνων· ὡσαύτως δὲ καὶ τῷ Παρίῳ ἐν Ἀλλαρίᾳ μετέχωσι καὶ θεϊνῶν καὶ ἀνθρωπίνων. Ἐὰν συνδοκεῖ ταῦτα τῷ δάμῳ τῷ Παρίων ἀναγραψάντων αἱ πόλεις ἀμφότεραι εἰς στά-

Allariotarum Cosmi civitasque Pariorum senatui atque populo salutem. Quandoquidem huc pervenerunt legati ad nos Phanis atque Dorcus, quos misistis de Asylo ad nos mandata delaturos; iique, juxta decretum vestrum, de novo in legatione sunt professi amicitiam eam atque benevolentiam conservare, quæ civitatibus inter se mutuò intercessit: Sub collegis cum Philombroto Euthymachi F. Cosmis; bonâ cum Fortunâ placere Cosmis & civitati Allariotarum, ut laudetur quidem populus Pariorum, eo quòd conservet amicitiam & benevolentiam erga civitatem nostram; eodem autem modo subsistere etiam apud Allariotas, erga Parios amicitiam atque benevolentiam; ut palam simus iis, qui id priores exoptârunt, par officium persolventes. Allariotis autem Pariisque æqualem fore civitatem; Allariotæ scilicet in Paro tum divinorum tum humanorum participanti: Similiter autem & Pario participanti in Allariâ tum divinorum tum humanorum. Hæc si mutuò placent populo Pariorum, describunto ambæ civitates in stelâ

(6) Μηνὸς Ἡραίω, *menſe Heræo*, ſeu Junonio, ab Ἥρας, i. e. *Junone*, poſtea Junio, detritis duabus literis, à Romanis dicto, quem tamen priſci Latini, Aricini Præneſtinique, Junonium dixerunt, *Macrob. ſat.* I. 12. & Ovid. Faſt. vi. 61. *Eſt illis menſis Junonius*, &c.

(1) Nequis dubitet de antiquâ voce Θεϊνὸς, ſciat eſſe Æolicum, interpoſito digamma, ΘεFινος olim ſcriptum, unde emerſit Latinum *divinus*, ut à ΘεїFος, Divus.

λαν λιθίναν, καὶ ἀνθέντων Πάριοι μὲν ἐς τὸ ἱερὸν τᾶς Δάματρος, Ἀλλαριῶται δὲ ἐς τὸ ἱερὸν Ἀπόλλωνος. Ταῦτα δὲ εἶναι ἐφ' ὑγείᾳ καὶ σωτηρίᾳ τᾶν πόλεων ἀμφοτέρων. Ἐὰν δέ τι φαίνηται ὑμὲν προσθεῖναι ἢ ἀφέλαι, εὐχαριστῶμες. Ἔρρωσθε.

lapideâ, & reponunto Parii quidem in fano Cereris, Allariotæ autem in fano Apollinis. Eademque ad salutem & incolumitatem amharum civitatum vertant. Siquid autem vobis aut addere aut demere visum fuerit, pergratum nobis feceritis. Valete.

Habes, benigne Lector, quindecim Cretensium populorum acta. Quæ si creârint fortè sitim eruditis & alia plura ex antiquis fontibus hauriendi; adeunda sunt Politica Aristotelis, sparsa per Polybium historica, Strabonis quoque lib. 10. Geographica, & quæ reliqua sunt Dionis, ubi mutilatus incipit liber 36. Sed & optimè Neotericorum par mirabile, auctor *de Republicâ Cretensium* Ubbo Emmius, & *de Cretâ* Joannes Meursius, cæci itineris comites arcessentur. Iis enim ducibus, per Cretam insulam, uti & per reliquam universam Græciam iter amœnissimè capiendum. Sed valeat tandem Creta, magno mortalibus exemplo in omne ævum futura. Ab initio enim maris imperio potentissima, optimis quoque legibus & institutis gubernata, pertraxit in admirationem sui summos viros Lycurgum & Pythagoram. Postea conversis moribus mentiendo, furando, piraticam faciendo odio per orbem fuit. A Romanis igitur multata est antiquissimâ libertate; & quæ antehac neque Persis neque Græcis servierat, provincia facta elanguit. Itaque sub Cæsaribus, quæ reliquæ erant ex centum urbibus in quandam communitatis speciem coaluere: quod testantur nummi Imperatorii ΚΟΙΝΟΝ ΚΡΗΤΩΝ inscripti. Eâ ratione & Titus ΚΡΗΤΩΝ, i. e. *Cretensium* episcopus, non unius alicujus in Cretâ civitatis, ab antiquis nominatus fuit. Titi verò successoribus, Cretæ metropolitis dictis, subditæ fuêre hæ sedes episcopales, in novellâ Imp. Leonis cognomine Philosophi, hoc ordine recensitæ: Γορτύνη, Κνωσσὸς, Ἀρκαδία, Χερρόνησος, Αὐλοπόταμος, Ἄγριος, Λάμπη, Κυδωνία, Ἱερὰ Πέτρα, Σίτεια, Κίσσαμος, seculo nono exeunte. Hodie vicatim habitatur sub Turcico jugo insula, neque plus quam tribus urbibus, *Candia, Canea, Rhetymo.*

Monumenta Attalica.

SUADET operis ratio ut Teiis superiùs traditis succedant diversæ quidem, sed nec inferioris notæ monumenta, quæ Attalica jure appellaveris. Produnt enim originem à Regibus Asiæ Pergamenis; &, quod palmarium est, anno Attali Philadelphi septimo, hoc est ante Christum 152, clarissimo ætatis indicio insigniuntur. Pertinent autem ad Dionysiacos illos, hoc est scenicos artifices, quorum præivit pag. 107. in decreto Ætolorum mentio; quibusque idem tunc honos ab Ætolis qui populo Teiorum habitus. Mox verò jussu ac auctoritate (1) regum Pergamenorum, queis pænè omnis cis Taurum Asia post Antiochum debellatum paruit, in sodalitia legitimè coacti vicina Teo loca insederunt; ibique pro

variis ipſorum cœtibus, varias ſibi indiderant appellationes. Duo ex eo genere fuere Κοινὸν τῶν Ἀτ]αλιςῶν, & Κοινὸν τῆς Ἐχίνȣ Συμμορίας, i. e. *Commune Attaliſtarum*, & *Commune Sodalitii ab Echino dicti.* Damus igitur lapides, alios quidem fractos, alios ſatis integros, luculentum rei, ſi hæc ſuper è Strabone addideris, teſtimonium. " Lebedi (ut teſtatur ille lib. 14.) ſedes erat & domicilium ſynodo " Dionyſiacorum Artificum, qui ſolennes per Ioniam & inde ad " Helleſpontum uſque ludos pretio conducti peragebant. Teos, (à " Lebedo ſtadiis centum viginti diſtans) antea ſedes eorum fuerat. " Sed cum incidiſſet ſeditio, Epheſum confugerunt. Cumque " Attalus eos in Myónneſum traduxiſſet, quæ eſt inter Teon & " Lebedum; miſſis legatis Teii à Romanis petiverunt, ne pro nihilo habere velint munitum iri ipſis Myonneſum. Ita illi Le- " bedum commigraverunt; Lebediis illos, quanquam tumultuo- " ſum, & (ut Straboni aliàs obſervatum) infidum hominum ge- " nus, ob [2] incolarum penuriam recipientibus. Fixi igitur ſedibus artifices, opibus quoque & tutelâ regiâ gloriantes, hujuſmodi honores viris de ſe bene meritis detulerunt. Moti autem loco primo lapides, ad conſtruenda ut ferè fit ſepulchra, in cœmeteriis hodie viſuntur prope *Sivérhiſſar* & *Era-kí*; quæ duo ſunt cis Teum & Lebedum, à Smyrnâ iter facientibus, in Iſthmo Erythræo oppida.

ΨΗΦΙΣΜΑ ΑΤΤΑΛΙΣΤΩΝ.

ΓΝΩΜΗ ΤΟΥ ΚΟΙΝΟΥ ΤΩΝ ΑΤΤΑΛΙΣΤΩΝ ΕΠΕΙΔΗ ΟΝΕΟΣ
ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΚΡΑΤΩΝ ΞΩΤΙΧΟΥ ΕΝ ΤΕΤΩΙΞΗΝ
ΠΟΛΛΑΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΑΣ ΑΠΟΔΕΙΞΕΙΣ ΕΠΟΙΕΙΤΟ ΤΗΣ ΠΡΟΣ
ΤΟΥΣ ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΤΙΔΙΑΝ ΥΠΕΡ ΕΚΑΣ
ΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΥΦΕΑΥΤΟΥ ΣΥΝΗΓΜΕΝΩΝ ΚΑΙ ΚΕΙ
ΜΕΝΩΝ ΤΗΝ ΠΛΕΙΣΤΗΝ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ ΠΡΟΝΟΙΑΝ ΣΠΟΥ
ΔΗΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ΟΥΘΕΝ ΕΛΛΕΙΠΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΛΑ ΑΜΕΙ
ΝΟΝΑ ΚΑΙ ΦΙΛΑΝΘΡΩΠΑ ΤΗΙ ΣΥΝΟΔΩΙ ΠΑΡΑ ΤΩΝ ΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΑΠΟΔΕΧΟΜΕΝΩΝ ΑΥΤΩΝ ΤΗΝ ΤΕ ΕΚΕΙΝΟΥ
ΑΠΑΝΤΑ ΤΡΟΠΟΝ ΠΡΟΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΗΜΕΤ
ΕΡΑΝ ΑΙΡΕΣΙΝ ΚΑΙ ΣΥΝΑΓΩΓΗΝ ΑΞΙΑΝ ΟΥΣΑΝ ΤΗΣ ΕΑΥΤ
ΩΝ ΕΠΩΝΥΜΙΑΣ [ΟΥΚΟΛ sic] ΔΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΕΠΙΔΙΔΟΥΣ ΚΑΙ
ΧΟΡΗΓΩΝ ΔΙΕΤΕΛΕΙ ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΤΕ ΤΟΙΣ ΠΡΟΥΠΗΡΓΜΕΝΟ
ΙΣ ΑΚΟΛΟΥΘΑ ΠΡΑΣΣΕΙΝ ΚΑΙ ΜΕΤΑΛΛΑΣΣΩΝ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΕΝ ΠΕ
ΡΓΑΜΩΙ ΠΡΟΕΝΟΗΘΗ ΤΗΣ ΣΥΝΟΔΟΥ ΚΑΙ ΓΡΑΨΑΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΝ
ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΣ ΚΑΙ ΝΟΜΟΝ ΙΕΡΟΝ ΑΠΟΛΙΠΩΝ
ΟΝ

ΟΝΕΞΑΠΕΣΤΕΙΛΕΝ ΗΜΙΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΤΤΑΛΟΣ ΕΠΙΣΗΜΟ
ΤΕΡΑΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΗΝΥΠΑΡΧΟΥΣΑΝΕΣ ΤΗΝΣΥΝΟΔΟΝΕΥΝΟΙΑ
Ν ΔΙΟΝ ΤΟΤΕ ΑΤΤΑΛΕΙΟΝ ΤΟ ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΘΕΑΤΡΩΙ Ο ΚΑΙ
Ξ ΩΝΚΑΘΙΕΡΩΚΕΙΤΟΙΣ ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣ ΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝΚΑΙΤΗΝΣΥΝ
ΟΙΚΙΑΝ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΩΙ ΒΑΣΙΛΕΙΩΙ ΤΗΝ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΟΥΣΑΝ ΜΙΚ..
ΡΟΥ ΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝ ΔΕ ΚΑΙ ΚΑΘΙΕΡΟΙ ΤΗΙ ΣΥΝΟΔΩΙ ΚΑΙ ΑΡΓΥΡΙΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΟΥ ΔΡΑΧΜΑΣ ΜΥΡΙΑΣ ΚΑΙ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΑΣ
ΑΦΩΝ ΕΚ ΤΗΣ ΠΡΟΣΟΔΟΥ ΘΥΣΙΑΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΥΝΟΔΟΥΣ..ΠΟΙΗ
ΜΕΘΑ ΚΑΘΩΣ ΑΥΤΟΣ ΕΝ ΤΗΙ ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΙ ΠΕΡΙ ΕΚΑΣΤΩΝ
ΔΙΑΤΑΧΕΝ ΑΝΑΤΙΘΗΣΙΝ ΔΕ ΚΑΙ ΣΩΜΑΤΑ ΤΟΙΣ ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣ
ΠΕΡΙΟΝΤΑ Α ΚΑΤΑ ΜΕΡΟΣ ΥΠΕΡ ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΝ ΤΩΙ ΚΑΘΙΕΡΩΜΕ
ΝΩΙ ΥΦ ΕΑΥΤΟΥ ΝΟΜΩΙ ΔΕΔΗΛΩΧΕΝ ΑΝΑΛΙΠΕΝ ΔΕ ΚΑΙ ΤΑ
ΠΡΟΣ ΕΥΣΧΗΜΟΣΙΝΕΝ ΤΩΙ ΤΕΜΕΝΕΙ ΧΡΗΣΤΗΡΙΑΙΚΑΝ ΑΚΑΙ
ΠΑΡΑΛΥΣΑΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣΚΑΙΤΗΣΕΙΣΤΑΥΤΑΔΑΠΑΝΗΣΚΑΙΧΟΡΗ
ΓΙΑΣ ΤΟΥΣ ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΣΙΝΑ ΟΥΝ ΚΑΙ Η ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΑΤΤΑ
ΛΙΣΤΩΝ ΑΞΙΑΣ ΦΑΙΝΗΤΑΙ ΤΟΙΣ ΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ ΑΠΟΝΕΜΟΥΣΑ
ΧΑΡΙΤΑΣ ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΟΙΣ ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣ ΚΥΡΩΣΑΙ ΜΕΝ ΤΟΝ
ΙΕΡΟΝ ΝΟΜΟΝ ΤΟΝ ΑΠΟΛΕΛΕΙΜΜΕΝΟΝ ΥΠΟ ΚΡΑΤΩΝΟΣ ΣΥΝ..
I........Ε ΕΠΩΝΥΜΟΥΣ ΗΜΕΡΑΣ ΚΡΑΤΩΝΟΣ ΤΕ ΚΑΙ * * * *

Psephisma Attalistarum.

Γνώμη τοῦ Κοινοῦ τῶν Ἀτταλιστῶν. Ἐπειδὴ ὁ νέος τῆς Συνόδου Κράτων Ξωτίχου ἔν τε τῷ ζῆν πολλὰς καὶ μεγάλας ἀποδείξεις ἐποιεῖτο τῆς πρὸς τοὺς Ἀτταλιστὰς εὐνοίας, καὶ κατ᾽ ἰδίαν ὑπὲρ ἑκάστου καὶ κατὰ κοινὸν τῶν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ συνηγμένων καὶ κειμένων, τὴν πλείστην ποιούμενος πρόνοιαν, σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας οὐθὲν ἐλλείπων, καὶ πολλὰ ἀμείνονα καὶ φιλάνθρωπα [3] τῇ συνόδῳ παρὰ τῶν βασιλέων ἐποίησεν, ἀποδεχομένων αὐτῶν τήν τε ἐκείνου ἅπαντα τρόπον πρὸς ἑαυτοὺς εὔνοι-

Decretum communitatis Attalistarum. Quandoquidem synodi juvenis Crato Zotichi F. & dum viveret multa & magna indicia fecerit suæ erga Attalistas benevolentiæ, tum privatim respectu singulorum, tum communiter respectu omnium sub ipso aggregatorum & positorum, plurimâ usus providentiâ; curæ atque studii nihil omnino prætermittens; multa etiam commoda & beneficia synodo à regibus obtinuit; gratiose ipsis accipientibus omnian

av

αν καὶ τὴν ἡμετέραν αἵρεσίν τε καὶ συναγωγὴν ἀξίαν οὖσαν τῆς ἑαυτῶν ἐπωνυμίας· [οὐκ ἀλλὰ] δὲ καὶ τῶν ἰδίων ἐπιδιδοὺς καὶ χορηγῶν διετέλει· βουλόμενός τε τοῖς προυπηργμένοις ἀκόλουθα πράσσειν, καὶ μεταλλάσσων τὸν βίον ἐν Περγάμῳ προενοήθη τῆς συνόδου, καὶ γράψας ἐπιστολὴν πρὸς τοὺς Ἀτταλιστάς, καὶ νόμον ἱερὸν ἀπολιπών, ὃν ἐξαπέστειλεν ἡμῖν βασιλεὺς Ἄτταλος, ἐπισημοτέραν ἐποίησεν τὴν ὑπάρχουσαν εἰς τὴν σύνοδον εὔνοιαν, δι' ὃν τό τε Ἀτταλεῖον τὸ πρὸς τῷ θεάτρῳ, ὃ καὶ ζῶν καθιερώκει, τοῖς Ἀτταλισταῖς ἀνατίθησιν, καὶ τὴν (4) συνοικίαν τὴν πρὸς τῷ βασιλείῳ τὴν πρότερον οὖσαν Μικ..ρου· ἀνατίθησιν δὲ καὶ καθιεροῖ τῇ συνόδῳ καὶ ἀργυρίου Ἀλεξανδρείου δραχμὰς μυρίας καὶ πεντακοσίας, ἀφ' ὧν, ἐκ τῆς προσόδου, θυσίας τε καὶ συνόδους πεποιήμεθα, καθὼς αὐτὸς ἐν τῇ νομοθεσίᾳ περὶ ἑκάστων διάταχεν· ἀνατίθησιν δὲ καὶ σώματα τοῖς Ἀτταλισταῖς τὰ (5) περιόντα, ἃ κατὰ μέρος ὑπὲρ ἁπάντων ἐν τῷ καθιερωμένῳ ὑφ' ἑαυτοῦ νόμῳ δεδήλωκεν· ἀνάλιπεν δὲ καὶ τὰ πρὸς εὐσχημοσύνην ἐν τῷ τεμένει χρηστήρια ἱκανά, παραλῦσαι βουλόμενος καὶ τῆς εἰς ταῦτα δαπάνης καὶ χορη-

modam illius erga te benevolentiam, & sectam & collegium nostrum; dignumque illud habentibus quod ab ipsis cognominetur; neque minus etiam ex propriis elargiendo & erogando perstitit; cupiensque his inceptis congruenter agere, & è vitâ Pergami excedens providè synodum respexit; scriptâque ad Attalistas epistolâ, & relictâ sacrâ lege quam transmisit nobis rex Attalus, insigniorem eam reddidit quam erga synodum habuit benevolentiam; quâ ex lege & Attalêum prope theatrum, quod & vivus ipse consecraverat, Attalistis dedicat, nec non & contubernium prope regiam, quod priùs Mic..ri fuit; dedicat autem consecratque synodo argenti etiam Alexandrini drachmas decies mille & quingentas; quarum ex proventu & sacrificia & conventus fecimus; prout ipse in ferendâ lege de singulis constituit; porrò servorum capita quædam peculiaria Attalistis dedicat; quæ omnia in sacratâ ab ipso lege sigillatim indigitavit; in delubro etiam, ultra ea quæ ornamento erant, non pauca reliquit utensilia; cupiens scilicet hujus quoque impensæ &

γίας τοὺς Ἀτταλιστάς· Ἵνα οὖν καὶ ἡ σύνοδος τῶν Ἀτταλιστῶν ἀξίας φαίνηται τοῖς εὐεργέταις ἀπονέμουσα χάριτας, δεδόχθαι τοῖς Ἀτταλισταῖς κυρῶσαι μὲν τὸν ἱερὸν νόμον τὸν ἀπολελειμμένον ὑπὸ Κράτωνος, συν[τηρεῖσθαι δὲ] ἐπωνύμους ἡμέρας Κράτωνός τε καὶ . . .

*erogationis immunes reddere Attalistas: Ut igitur Attalistarum synodus palam sit benefactoribus grates dignas rependens; Placere Attalistis firmam ratamque habere sacram legem relictam à Cratone; diesque (observandos) cognomines Cratonis, & * * **

Cætera hìc confracto lapide desiderantur. Sed idem & à tergo scriptus imperfectam quandam χρηστηρίων, ut superiùs vocantur, hoc est utensilium, & instrumenti Attalistici rationem exhibet; sive ea à Cratone legata fuerant, sive aliò ad Attalistas pertinentia.

ΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣΩΣΤΕΥΠΑΡΧΕΙΝΑΥΤΟΙΣΚΑΙΤΑΣΤΡΩΜ
ΑΤΑΚΑΙΤΑΣ . . . .
ΕΝΝΕΑΨΙΛΑΣ . . . . ΚΑΙΤΙΝΑΤΙΜΙΑΟΝΤΑ
ΤΡΑΠΕΞΑΣΔΥΟΤΡΙΠΟΔΙΑΔΥΟ ΝΑΝΟΝ (sic) ΔΙΜΕΤΡΗΤΟΝ
ΧΑΛΚΙΟΝΤΕΤΡΑΧΟΙΑΙΟΝΚΑΙΑΜΒΙΚΟΝΛΕΚΑΝΗΝΕΣΠΟ
ΤΗΡΙΑΚΑΙΑΛΛΗΝΠΟΔΟΝΙΠΤΗΡΑΛΥΧΝΙΑΝΧΑΛΚΗΝΣΑΛ
ΠΙΓΓΩΤΗΝΛΥΧΝΟΝΧΑΛΚΟΥΝΔΙΜΥΞΟΝΔΙΦΡΟΝΕΒΕΝΙΝ
ΟΝΑΣΠΙΔΑΚΑΙΔΟΡΥ

. . . . . Ἀτταλισταῖς. ὥστε ὑπάρχειν αὐτοῖς καὶ τὰ στρώματα καὶ τὰς . . . . καί τινα τίμια ὄντα, τραπέζας δύο, τριπόδια δύο, (6) [κάδον] διμετρητὸν, χαλκίον τετραχοιαῖον, καὶ ἄμβικον, λεκάνην ἐς ποτήρια, καὶ ἄλλην ποδονιπτῆρα, λυχνίαν χαλκῆν σαλπιγγωτὴν, λυχνὸν χαλκοῦν δίμυξον, δίφρον ἐβένινον, ἀσπίδα καὶ δόρυ.

. . . . . Attalistis: unde & superesse ipsis & lectulos, & . . . . & quædam pretii non contemnendi; mensas binas, tripodia bina, cadum *mensurâ duplici, vas æreum capacitate quatuor congiorum, & calicem, pelvem ad pocula, aliamque ad abluendos pedes, candelabrum æreum formâ buccinæ ansatum, lychnum æreum duo ellychnia habentem, sellam ebeno factam, clypeum & hastam.*

Psephisma

Psephisma Sodalitii ab Echino dicti.


ΕΠΙΠΡΥΤΑΝΕΩΣΣΜΕΙΝΩΝΟΣ
ΤΟΚΟΙΝΟΝΤΗΣΕΧΙΝΟΥΣΥΜΜΟΡΙΑΣ
ΕΤΙΘΗΣΕΝ

Ἐπὶ Πρυτανέως Σμείνων☉ τὸ Κοινὸν τ̃ Ἐχίνȣ συμμορίας ἐτίθησεν.

Sub Prytane Smeinone commune sodalitii ab Echino dicti posuit.



Coronæ Oleaginæ





Coronæ Oleaginæ



ΕΔΟΞΕΝΤΗΙΕΧΙΝΟΥΣΥΜΜΟΡΙΑΙΕΠΕΙΔΗΔΗΜΗΤΡΙ
ΟΣΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥΠΡΟΚΛΕΙΔΗΣΠΡΟΚΛΕΙΔΟΥΟΝΕ
ΩΤΕΡΟΣΝΙΚΙΑΣΦΙΛΩΝΟΣΕΣΤΙΑΙΟΣΣΙΜΑΛΙΩΝΟΣΠΡΟ
ΤΕΡΟΝΤΕΤΗΝΑΥΤΩΝΣΠΟΥΔΗΝΕΝΔΕΙΚΝΥΜΕΝΟΙΕΙΣΤΗΝ
ΣΥΜΜΟΡΙΑΝΔΙΕΤΕΛΟΥΝΑΠΟΔΕΙΚΝΥΝΤΕΣΤΕΠΡΟΣ
ΤΑΤΑΙΚΑΙΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΚΑΤΑΚΟΛΟΥΘΕΙΝΤΗΙΕΑΥΤ
ΩΝΠΡΟΘΕΣΕΙΤΑΣΤΕΝΟΜΙΞΑΜΕΝΑΣ
ΠΑΤΡΙΟΥΣΘΥΣΙΑΣΣΥΝΕΤΕΛΕΣΑΝΤΟΙΣ
ΘΕΟΙΣΚΑΙΤΟΙΣΕΥΕΡΓΕΤΑΙΣ
ΚΑΛΩΣΚΑΙΕΠΙΦΑΝΩΣΣΥΝΕΙΣΔΕΞΑΝΤΟΤΕΚΑΙΤΗΝΣΥΜΜ
ΟΡΙΑΝΦΙΛΟ
ΤΙΜΩΣΚΑΙΕΚΤΕΝΩΣΕΙΣΕΝΕΓΚΑΜΕΝΟΙΤΗΝΕΙΣΤΑΥΤΑΔΑΠΑΝΗΝ
ΠΑΣΑΝΕΚΤΟΥΙΔΙΟΥΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙΕΝΑΠΑΣΙΤΟΥΤΟΙΣΑΔΑΠΑΝΟΝ
ΤΗΝΣΥΜΜΟΡΙΑΝΚΑΘΙΣΤΑΝΕΙΝΟΠΩΣΟΥΝΚΑΙΤΟΚΟΙΝΟΝΤΗΣΣΥ
ΜΜΟΡΙΑΣΕΥΧΑΡΙΣΤΩΣΠΡΟΣΦΕΡΟΜΕΝΟΝΦΑΙΝΗΤΑΙΤΟΙΣ
ΚΑΛΟΙΣΚΑΙΑΓΑΘΟΙΣ
ΤΩΝΑΝΔΡΩΝΔΕΔΟΧΘΑΙΤΗΙΕΧΙΝΟΥΣΥΜΜΟΡΙΑΙΕΠΑΙΝΕΣ
ΑΙΔΗΜΗ
ΤΡΙΟΝΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥΠΡΟΚΛΕΙΔΗΝΠΡΟΚΛΕΙΔΟΥΤΟΝΝΕΩΤΕΡΟΝ

ΝΙΚΙΑΝΦΙΛΩΝΟΣΕΣΤΙΑΙΟΝΣΙΜΑΛΙΩΝΟΣΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΕΚΑΣ
ΤΟΝΑΥΤΩΝΣΤΕΦΑΝΩΙΘΑΛΛΟΥΑΡΕΤΗΣΕΝΕΚΕΝΚΑΙΦΙΛΟΔΟΞΙΑΣ
ΤΗΣΕΙΣ
ΤΗΝΣΥΜΜΟΡΙΑΝΑΝΑΓΓΕΛΛΕΣΘΑΙΔΕΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΚΑ
ΘΕΚΑΣΤΟΝ
ΕΤΟΣΜΕΤΑΤΑΣΣΠΟΝΔΑΣΟΤΑΝΗ...ΩΔΟΧΗΓΙΝΗΤΑΙΤΗΣΔΕΑΝΑΓ
ΓΕΛΛΙΑΣΕΠΙΜΕΛΕΙΣΘΑΙΤΟΥΣΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝΕΤΟΣΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΥΣ
ΠΡΟΣΤΑΤΑΣΑΝΑΓΡΑΨΑΙΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΤΟΔΕΚΑΙΤΟΥΣΣΤΕ
ΦΑΝΟΥΣΕΙΣΣΤΗΛΗΝΛΙΘΙΝΗΝΚΑΙΣΤΗΣΑΙΠΑΡΑΤΟΝΒΩ
ΜΟΝΤΗΣΣΥΜ
ΜΟΡΙΑΣΟΠΩΣΔΕΣΥΝΤΕΛΕΣΘΗΤΑΕΨΗΦΙΣΜΕΝΑΑΠΟΔΕΙΞΑΙΑΝ
ΔΡΑΣΟΙΤΙΝΕΣΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΑΥΤΩΝΠΟΙΗΣΟΝΤΑΙΑΠΕΔΕ
ΧΘΗΣΑΝΠΡΟΚΛΕΙΔΗΣΠΡΟΚΛΕΙΔΟΥΟΝΕΩΤΕΡΟΣΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΥ

Ἔδοξεν τῇ Ἐχίνου συμμορίᾳ. Ἐπειδὴ Δημήτριος Καλλιστράτου, Προκλείδης Προκλείδου ὁ νεώτερος, Νικίας Φίλωνος, Ἑστιαῖος Σιμαλίωνος πρότερόν τε τὴν αὑτῶν σπουδὴν ἐνδεικνύμενοι εἰς τὴν συμμορίαν, διετέλουν ἀποδεικνύντες τε προστάται, καὶ βουλόμενοι κατακολουθεῖν τῇ ἑαυτῶν προθέσει τάς τε νομιζομένας πατρίους θυσίας συνετέλεσαν τοῖς θεοῖς καὶ τοῖς εὐεργέταις καλῶς καὶ ἐπιφανῶς, συνεισδέξαντό τε καὶ τὴν συμμορίαν φιλοτίμως καὶ ἐκτενῶς, εἰσενεγκάμενοι τὴν εἰς ταῦτα δαπάνην πᾶσαν ἐκ τοῦ ἰδίου, βουλόμενοι ἐν ἅπασι τούτοις ἀδάπανον τὴν συμμορίαν καθιστάνειν· Ὅπως οὖν καὶ τὸ κοινὸν τῆς συμμορίας εὐχαρίστως προσφερόμενον φαίνηται τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν· Δεδόχθαι τῇ Ἐχίνου συμμορίᾳ

Placuit Echini ſodalitio. Quandoquidem Demetrius F. Calliſtrati, Proclides junior F. Proclidis, Nicias F. Philonis, Heſtiæus F. Simalionis jam olim ſuum erga ſodalitium affectum teſtati, eundem Præſides quoque facti demonſtrare non deſtiterunt, at cupientes ipſorum propoſito adhærere, legitima & patria ſacra pulchrè ſplendidéque diis & benefactoribus perfecerunt, intentoque animi ſtudio ſodalitium epulo exceperunt, omnem ad id ſumptum ex proprio conferentes, cupientes in his omnibus immune ab omni ſumptu ſodalitium præſtare: Ut igitur commune ſodalitii erga probos bonoſque viros gratum ſe commonſtret, Placere Echini ſodalitio laudare Demetrium F. Calliſtrati, Pro-

ἐπαι-

ἐπαινέσαι Δημήτριον Καλλιστράτου, Προκλείδην Προκλείδου τὸν νεώτερον, Νικίαν Φίλωνος, Ἑστιαῖον Σιμαλίωνος, καὶ στεφανῶσαι ἕκαστον αὐτῶν στεφάνῳ θαλλοῦ, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ φιλοδοξίας τῆς εἰς τὴν συμμορίαν· Ἀναγγέλλεσθαι δὲ τὸν στέφανον καθ' ἕκαστον ἔτος μετὰ τὰς σπονδὰς ὅταν ἡ χρεωδόχη γίνηται· Τῆς δὲ ἀναγγελίας ἐπιμελεῖσθαι τοὺς καθ' ἕκαστον ἔτος γινομένους προστάτας. Ἀναγράψαι δὲ τὸ ψήφισμα τόδε καὶ τοὺς στεφάνους εἰς στήλην λιθίνην, καὶ στῆσαι παρὰ τὸν βωμὸν τῆς συμμορίας. Ὅπως δὲ συντελεσθῇ τὰ ἐψηφισμένα, ἀποδεῖξαι ἄνδρας οἵτινες τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῶν ποιήσονται. Ἀπεδέχθησαν Προκλείδης Προκλείδου ὁ νεώτερος Δημήτριος Καλλιστράτου.

clidem juniorem F. Proclidis, Niciam F. Philonis, Hestiæum F. Simalionis, & unumquemque eorum coronâ oleaginâ coronari, virtutis ergô & generositatis erga sodalitium præstitæ. Coronam autem singulis annis annuntiatum iri post facta libamina, quo tempore datur visceratio. Annuntiationem autem iis curæ fore, qui quotannis constituentur præsides. Insculpant autem hoc psephisma & coronas ipsas in lapidea stelâ, ponantque juxta aram sodalitii. Ut autem hæc decreta perficiantur, designentur viri qui curam ipsorum gerent. Designati fuêre Proclides junior F. Proclidis & Demetrius F. Callistrati.

Cratonis ad Attalistas Epistola.

PRÆTER cæteras Cratonis laudes & illud etiam in psephismate gratè recolunt Attalistæ, quòd Pergami, quum esset morti proximus, Epistolam ad ipsos dederat. Ea igitur non indigna visa est quæ posteritati, incisa lapidi, traderetur. Sed invidia temporis & fortunæ de totâ nihil reliquum fecit præter imperfectos quatuor ab initio versiculos: in quibus aliqua tamen legere curiosa, plura datur intelligere. Signatur enim annus Attali in Ioniâ jam regnantis, idque assumpto, quod Historiæ concinit, cognomine Philadelphi. Porrò subindicatur fratris ejus Eumenis tantopere adamati consecratio, ob paternum in tres fratres & in subditos animum, inter divos relati. Ejus igitur sacerdos Eponymus anni fuit, unà

cum sacerdote artificum. *Artifices* enim in hoc Fragmento disertim appellantur; nequis fortè dubitaret quinam ii fuerint, de quibus hic agitur, Attalistæ.

.....ΥΟΝΤΟΣΑΤΤΑΛΟΥΦΙΛΑΔΕΛΦΟΥΕΤΟΥΣΕΒΔΟΜ...
....ΥΣΤΡΟΥΕΠΙΔΕΙΕΡΕΩΣΤΩΝΤΕΧΝΙΤΩΝΚΡΑΤΙΝ....
..ΟΘΕΤΟΥΚΑΙΙΕΡΕΩΣΘΕΟΥΕΥΜΕΝΟΥΑΡΙΣΤΑΙΟΥΚΡΑΤΩ..
...ΥΤΟΙΣΑΤΤΑΛΙΣΤΑΙΣΤΟΙΣΥΦΕΑΥΤΟΥΣΥΝΗΓΜΕ.....

Βασιλε]ύοντος Ἀττάλου (7) Φιλαδέλφου, ἔτους ἑβδόμ[ου, μηνὸς Δ]ύστρου, ἐπὶ δὲ (8) ἱερέως τῶν τεχνιτῶν Κρατίν[ου, καὶ ἀγων]οθέτου καὶ ἱερέως (9) Θεοῦ Εὐμένους Ἀρισταίου, Κράτων Ζωτίχου τοῖς Ἀτταλίσταις ὑφ' ἑαυτοῦ συνηγμέ[νοις καὶ κειμένοις χαίρειν].

Regnante Attalo Philadelpho, anno septimo, mense Dystro, sub sacerdote autem artificum Cratino, agonotheta etiam & sacerdote Dei Eumenis Aristæo, Crato F. Zotichi Attalistis sub ipso aggregatis & positis salutem.

Decretum honorarium anno Attali II. *primo, ante Christum* 158.

AB Ionicâ novâ Attali ditione ad veterem Pergamenam tendimus, invitati illuc à non dissimili ejusdem Attali memoriâ, sed anno regni primo, quo necdum Philadelphi sibi titulum adsciverat. Extat ea in marmore juxta aquæ fontem, prope oppidum hodiernum *Kirk-agatch*, novem à Thyatiris milliaribus, quâ Pergamum itur viâ. Neque dubium est quin fuisse veterum Nacrasitarum, populi intra Lydiæ fines regibus Pergamenis subditi: quorumque in vicino pago *Bok-hair* epistylium legitur sic inscriptum, Η. ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. ΝΑΚΡΑΣΕΙΤΩΝ. ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Ο. ΔΗΜΟΣ. i. e. *Nacrasitarum, Macedonia oriundorum, Senatus Populusque.* His igitur, si ex loco reperti lapidis aliisque rectè conjecturavimus, sequentia non incongruè tribuenda.

ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣΑΤΤΑΛΟΥΠΡΩΤΟΥ
ΕΤΟΥΣΜΗΝΟΣΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΥΤΕΣΣΑ
ΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑΤΗΙΕΠΕΙΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣΜΕΛΕΑ
ΓΡΟΥΕΠΙΣΤΑΤΗΣΠΡΟΧΕΙΡΙΣΘΕΙΣΕΝΤΩΙ
ΤΗΣΠΑΝΗΓΥΡΕΩΣΧΡΟΝΩΙΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ
ΤΩΝΑΧΘΕΝΤΩΝΒΑΣΙΛΕΙΩΝΚΑΙΕΥΕΡΓΕΤΗΣ
ΩΝΟΦΙΛΑΓΑΘΟΣΕΝΕΜΠΑΣΙΝΕΚΔΕΞΑΜΕΝΟΣ

ΤΑΣ

ΤΑΣΤΕΠΑΡΟΥΣΑΣΘΕΩΡΙΑΣΠΡΑΤΤΟΝΤΑΣΚΑΙ
ΤΟΥΣΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΑΣΞΕΝΟΥΣΚΑΙΠΡΟΤΕ
ΡΟΝΔΕΣΤΡΑΤΗΓΟΣΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΤΑΣΤΑΘΕΙΣ
ΑΝΕΣΤΡΑΦΗΚΑΤΑΤΟΔΕΟΝΕΠΗΓΓΕΛΤΑΙΔΕΚΑΙΝΥΝ
ΑΝΑΘΗΣΕΙΝΦΙΑΛΑΣΔΥΟΕΚΑΤΕΡΑΝΑΠΟΔΡΑΧΜΩΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΩΝΕΚΑΤΟΝΕΔ....ΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕΑΥ
ΤΟΝΚΑΙΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙΧΡΥΣΩΙΣΤΕΦΑΝΩΙΕΙΝΑΙΔΕΑΥ
ΤΩΙΚΑΙΣΙΤΗΣΙΝΕΜΠΡΥΤΑΝΗ..ΠΡΟΣΦΕΡΕΣΘΑΙΔΕ
ΚΑΙΛΙΒΑΝΩΤΟΝΚΑΙΤΑΔΕΔΟΓΜΕΝΑΑΝΑΓΡΑΨΑΙΕΙΣ
ΣΤΗΛΗΝΛΕΥΚΟΥΛΙΘΟΥΚΑΙΑΝΑΘΕΙΝΑΙΕΝΤΗΙ
ΣΤΟΑΙΠΡΟΤΟΥΑΡΧΕΙΟΥΤΑΔΕΕΣΟΜΕΝΑΑΝΑΛΩ
ΜΑΤΑΕΙΣΤΕΤΟΝΣΤΕΦΑΝΟΝΚΑΙ...ΕΙΣΤΗΝ
ΣΤΗΛΗΝΠΑΡΕΞΕΙΝΤΟΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΤΑΜΙΑΝ *

Βασιλεύοντος Ἀττάλου, πρώτου ἔτους, μηνὸς Ὑπερβερεταίου τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Ἐπεὶ Ἀπολλώνιος Μελεάγρου ἐπιστάτης προχειρισθεὶς, ἐν τῷ τῆς Πανηγύρεως χρόνῳ ἀγωνοθέτης τῶν ἀχθέντων βασιλείων, καὶ εὐεργέτης ὢν ὁ φιλάγαθος ἐν ἅπασιν, ἐκδεξάμενος τάς τε παρούσας θεωρίας πράττοντας, καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους, καὶ πρότερον δὲ στρατηγὸς τῆς πόλεως καθεσταθεὶς (10) ἀνεστράφη κατὰ τὸ δέον, ἐπήγγελται δὲ καὶ νῦν ἀναθήσειν φιάλας δύο, ἑκατέραν ἀπὸ δραχμῶν Ἀλεξανδρείων ἑκατόν· Ἔδοξεν ἐπαινέσαι τε αὐτὸν, καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ, εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ σίτησιν ἐμ Πρυτανείῳ, προσφέρεσθαι δὲ καὶ λιβανωτὸν, καὶ τὰ δεδογμένα ἀναγράψαι εἰς στήλην λευκοῦ λίθου, καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῇ στοᾷ πρὸ τοῦ ἀρχείου. Τὰ δὲ ἐσόμενα ἀναλώματα

Regnante Attalo, anno primo; mensis Hyperberetæi die decimâ quartâ. Quandoquidem Apollonius F. Meleagri Epistates declaratus, Agonotheta certaminum quæ panegyris tempore acta fuere Attaleorum, & propensus in omnibus benefactor, hospitio excipiens tum præsentium editores spectaculorum, tum peregrè accedentes hospites, & antea quidem civitatis Prætor constitutus secundum officium se benegessit, nunc autem promisit dedicaturum se phialas binas, alterutram drachmarum constantem Alexandrinarum centum: Placuit & laudare ipsum, & coronâ eum aureâ coronare; præbendum autem ipsi in Prytaneo victum, thus etiam offerendum; & hæc placita in stela lapidea candida conscribere, & in porticu ante curiam ponere.

εἰς

εἴς τε τὸν ςέφανον, καὶ εἰς τὴν ςήλην, παρέξειν τὸν τῆς πόλεως ταμίαν.

Qui vero faciendi fuerint & in coronam & in ſtelam ſumptus, præbiturum eos ærarii præfectum.

Ad Monumenta Attalica Notæ.

(1) *Regum Pergamenorum, quêis pœnè omnis cis Taurum Aſia poſt Antiochum debellatum paruit.* Hinc Teos & Lebedos reges habuere Eumenem, Attaloſque Eumenis ſucceſſores, ex decreto Senatûs Romani, apud Polybium, *Legat.* 24. τῶν ἐπίταδε τοῦ Ταύρου κατοικούντων, ὅσοι μὲν ὑπ' Ἀντιόχου ἐτάττοντο, τούτους Εὐμένει δοθῆναι, i. e. *populos cis Taurum habitantes, qui quidem Antiocho paruerant, eos Eumeni dari.* Vide & Livii lib. 38. cap. 39. Has igitur, & his vicinas urbes, Attalicarum nomine Bullatio ſuo innuit Horatius, Ep. i. xi.

An venit in mentem Attalicis ex urbibus una?
An Lebedum laudas? —— ——

(2) *Ob incolarum Lebedi penuriam*; ut poſtea ævo Horatiano.

Scis Lebedus quàm ſit Gabiis deſertior atque
Fidenis vicus. —— —— —— ibid.

(3) φιλάνθρωπα τῇ συνόδῳ παρὰ τῶν βασιλέων, i. e. *beneficia ſynodo à regibus obtenta. Regum* pluraliter dixere, quia, præter Attalum tunc regnantem, regio quoque nomine & diademate, in aulâ Pergamenâ unà degebat & nepos Attalus, Eumenis filius, qui poſtea Philometoris titulo regnavit; hæredemque dixit Populum Romanum. Eodem quoque ſenſu & intuitu Scymnus Chius perieg. verſu 16. τοῖς ἐν Περγάμῳ βασιλεῦσι dixit.

(4) συνοικίαν τὴν πρὸς τῷ βασιλείῳ, i. e. *contubernium prope regiam.* Lebedi fuiſſe contubernium Attaliſtarum ſuperiùs docetur à Strabone. Cùm vero idem propè βασίλειον ſeu palatium fuerit, facit hoc ut credamus delectatum Ionicâ amœnitate Attalum aulam illic aliquando ſedemque regiam habuiſſe. Unde & facilius explicatum dabitur quod jam adduximus Horatianum —— *Attalicis ex urbibus una.* Quin immò credibile eſt hanc ipſam regiam Romano alicui ex ſortis Attalicæ venditione obveniſſe.

(5) σώματα . . . τὰ περιόντα, i. e. *ſervorum perſonas quaſdam*, Latinis dictas peculiares aut peculioſas; proprias nempe & probatas, præque aliis in pretio habitas; eo ſenſu quo Helleniſtis dicuntur λαὸς περιούσιος, περιουσιασμὸς, ex Hebræo סגלה verſa. Neque aliâ ratione piorum Chriſtianorum cœtum λαὸν Chriſti περιούσιον vocavit D. Paulus, *Tit.* ii. 14. περιούσιος enim à περιεῖναι *præſtare*, ut ἐπιούσιος in precatione Dominicâ ab ἐπιεῖναι *inſtare.*

(6) κάδον διμέτρητον, i. e. *Metretarum duarum cadum*, qui tamen ordinariè eſt unius. Pro NANON quod mendosè legitur in apographo ferri poterit κάνον *caniſtrum*; præferrem verò κάδον.

(7) Βασιλεύοντος Ἀττάλου Φιλαδέλφου, i. e. *Regnante Attalo Philadelpho.* Cautè hìc ut in ſequente lapide Βασιλεύοντος, non Βασιλέως, dicitur, i. e. *regnante*, non autem *rege*, Attalo. Nam veri & recti amantiſſimus ſcriptor Strabo pari modo & βασιλεύσαντα eum dixit, non βασιλέα. Quippe quia Eumenes nonniſi tutorem regni, & filii admodum parvuli, hunc fratrem ſuum Attalum reliquerat. Reipſa tamen regem egit, unde apud Attaliſtas noſtros, alioſque incautiùs loquutos, interque eos & ipſum alibi Strabonem, prævaluit *Regis* Attali Philadelphi nomen. Benè verò in cognomine Philadelphi, non tantum Straboni ſed & Luciano & Scymno Chio lapis noſter adſtipulatur. Quorum hic de Apollodoro, Chronicorum auctore, hæc habet, *perieg. v.* 45.

Ἐκεῖνα μὲν οὖν κεφάλαια συναθροίσας χρόνων
Εἰς βασιλέως ἀπέθετο Φιλαδέλφου χάριν, i. e.

Ergo iſta capita temporum recolligens
Regi Philadelpho gratum munus obtulit.

Ille verò *in Macrobiis*, Ἄτταλος ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος τῶν Περγαμηνῶν... βασιλεύων... δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον, i. e. *Attalus, cognomine Philadelphus, qui Pergamenorum regem egit, duos & octoginta annos natus excessit è vivis.* Rationem cognominis in tractatu *de Fraterno amore* hanc Plutarchus edidit; quòd, præter amorem Eumeni viventi præstitum, neglectis quos habuerat genitos sibi liberos, Attalo pupillo, Eumenis fratris filio, diadema etiam vivus imposuerit, Regemque eum appellaverit.

(8) Ἀττάλου Φιλαδέλφου ἔτους ἑβδόμου, i. e. *Attali Philadelphi anno septimo.* Anno ante Christum 158. cœpit post Eumenem regnare noster Attalus, mense saltem Hyperberetæo, ut ex sequenti lapide colligitur: unde annus ejus regnantis septimus, hoc lapide signatus, incidit in annum ante Christum 152, eumque mense Dystro saltem dimidium jam currentem.

(9) Ἐπὶ δὲ ἱερέως τῶν τεχνιτῶν Κρατίνου, i. e. *sub sacerdote artificum Cratino.* Suos igitur sibi habuisse sacerdotes hujusmodi artificum collegia tum hic noster lapis tum Gruteriani alii testantur; quorum unum hîc libet allegare: COLLEGIA. FABR. ET. CENT. L. CORNELIO. PROSODICO. VI. VIR.AVG. BRIXIAE. ET.VERON. SACERD. COLLEG. IVVENVM. BRIXIAN. PRIMVM. INSTITVTI. OB. MERITA. EIVS. HONORE. CONTENTVS. IMPENDIVM. REMIS. DATIS. IN. TVT. COLONIS. H-S. N.D. *Grut.* CCCXLVII. 3..


Ἱερέως Θεοῦ Εὐμένους, i. e. *sacerdote Dei Eumenis.* Quanquam hic casus secundus apud alios Εὐμένους efferatur, in Ioniâ tamen receptum est Εὐμένου, ut in præcedente inscriptione Προκλείδης Προκλείδου, & in aliis quas dedimus Milesiis, *pag.* 92, 93. Μενεκράτου, Εὐκράτου. Hoc posito, certum est constare ex hac inscriptione, quod aliàs haud credam innotuisse, Eumenis Regis Pergameni apotheosin; Attalo ejus fratre insanum hunc honorem tum fortasse deferente, cùm Attalo pupillo, ejusdem Eumenis filio, nomen regium & diadema, sibi ipsi Philadelphi titulum imponeret.

(10) ἀνεστράφη καλῶς τὸ δέον, i. e. *bene se gessit*, propriè *bene conversatus est.* Quæ vox observationem hìc meretur, quia hactenus pro S. Scripturæ propriâ nec alibi usitatâ habita est. Patrium igitur fuit Asiaticis, æquè ac DD. Petro & Paulo, ἀναστροφὴν & ἀναστρέφεσθαι hoc sensu dicere: Neque diversum erat quod de Cretensibus & D. Jacobo supra observavimus in Notis ad Monumenta Teia, pag. 127.

Monumentum Aphrodisiense.

PLARASENSES & Aphrodisienses, vicinæ in Cariâ civitates, nescio quo jure, quove fœdere conjunctæ, communia multa beneficia à Dictatore Cæsare & Triumviris, & Senatu Romano consecutæ sunt. Id palàm facit hoc monumentum duabus insigne inscriptionibus; quarum primam doctissimus Sherardus ex Aphrodisiade, hodie *Geyra*, reportavit, A. D. 1705, comite tunc viro optimo, ad meliora nunc transgresso, Antonio Picenini, M.D. Coirensi; alteram verò A. D. 1716, eruditum iter tum simul faciente laudato sæpe & laudando D. Doctore Lisle. Congruit autem in-

ſcriptionibus & celeberrima illa coram ſenatu R. de aſylis diſceptatio. Ibi enim referente Tacito, *Annal.* 3. *c.* 62. Aphrodiſienſes religionem Veneris tuentes *Dictatoris Cæſaris ob vetuſta in parteis merita, & recens Divi Auguſti decretum attulêre.* Et prudenter quidem non niſi Julium & Auguſtum crepabant Aphrodiſienſes, de Antonio altum tum ſilentes. Eo enim everſo, ut inquit Strabo, omnia ejus acta ſunt reſciſſa. At non ita pridem poſt devictos Brutum Caſſiumque, immunitates paſſim vendens civitatibus, legeſque pretio figens & refigens, dominus Aſiæ Antonius ſuſque deque omnia ferebat. Ad eum igitur, ſtatim ac convenerat de ſecundo triumviratu, confugêre Aphrodiſienſes, de conſervandis & de augendis forte juribus ſoliciti; maximè quia acta Julii Cæſaris, quibus hi potiſſimum nitebantur, penes Antonium promenda aut premenda pro ſuo arbitrio ſervabantur. Fœderatis igitur civitatibus, per Solonem earum civem & legatum, ab triumviro hunc in modum eſt reſponſum.



M. Antonii Triumviri Epiſtola ſcripta, ut videtur, anno U.C. 717, ante Chriſtum 34.

[M.ΑΝΤΩΝΙΟΣΑΥΤΟΚΡΑΤ	[M. Ἀντώνιος αὐτοκρά-	*M. Antonius Impe-*
ΩΡΥΠΑΤΟΣΑΠΟΔΕΔΕΙ]	τωρ ὕπατος ἀποδεδει]	*rator Coſ. deſigna-*
ΓΜΕΝΟΣΤΟ B ΚΑΙ [ΤΟ Γ]	(1) γμένος τὸ β. καὶ [τὸ γ]	*tus iter. & tert.*
ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝΤΗΔ...	(2) τριῶν ἀνδρῶν [ΤΗΔ...]	iii *Vir* ſecundò
ΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝΠΡΑ	τῶν δημοσίων πρα-	*Reipublicæ*
ΓΜΑΤΩΝΔΙΑΤΑΞΕΩΣ	γμάτων διατάξεως	*conſtituendæ,*
ΠΛΑΡΑΣΕΩΝΚΑΙΑΦΡΟ	Πλαρασέων καὶ Ἀφρο-	*Plaraſenſium & Aphro-*
ΔΕΙΣΙΕΩΝΑΡΧΟΥΣΙΝ	δεισιέων ἄρχουσιν,	*diſienſium Archontibus,*
ΒΟΥΛΗΔΗΜΩΧΑΙΡΕΙΝ	βουλῇ, δήμῳ χαίρειν.	*concilio, populo ſal.*
ΕΙΕΡΡΩΣΘΕΕΥΑΝΕ	Εἰ ἔρρωσθε, εὖ ἂν ἔ-	*Si valetis, bene ſit;*
ΧΟΙΥΓΙΑΙΝΩΔΕΚΑΙ	χοι, ὑγιαίνω δὲ καὶ	*ego quoque cum exercitu*
ΑΥΤΟΣΜΕΤΑΣΤΡΑ	αὐτὸς μετὰ τοῦ στρα-	*bene valeo. Solon*
ΤΕΥΜΑΤΟΣΣΟΛΩΝ	τεύματος. Σόλων	

ΔΗΜΗΤΡΙΟΥΥΜΕΤΕΡΟΣ
ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΣΕΠΙ
ΜΕΛΕΣΤΑΤΑΠΕΦΡΟΝ
ΤΙΚΩΣΤΩΝΤΗΣΠΟ
ΛΕΩΣΥΜΩΝΠΡΑΓ
ΜΑΤΩΝΟΥΜΟΝΟΝ
ΗΡΚΕΣΘΗΕΠΙΤΟΙΣ
ΓΕΓΟΝΟΣΙΝΟΙΚΟΝΟ
ΜΗΜΑΣΙΝΑΛΛΑΚΑΙ
ΗΜΑΣΠΑΡΕΚΑΛΕΣ
ΕΝΕΙΣΤΟΤΟΥΓΕΓΟ
ΝΟΤΟΣΥΜΕΙΝΕΠΙ
ΚΡΙΜΑΤΟΣΚΑΙΔΟΓΜΑ
ΤΟΣΚΑΙΟΡΚΙΟΥΚΑΙΝΟ
ΜΟΥΑΝΤΙΠΕΦΩΝΗΜΕ
ΝΑΕΚΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΔΕΛΤΩΝΕΞΑΠΟΣΤΕΙ
ΛΑΙΥΜΕΙΝΤΑΑΝΤΙΓΡΑ
ΦΑΕΦΟΙΣΕΠΑΙΝΕ
ΣΑΣΤΟΝΣΟΛΩΝΑΜΑΛ
ΛΟΝΑΠΕΔΕΞΑΜΗΝΕΣ
ΧΟΝΤΕΕΝΤΟΙΣΥΠΕΜΟΥ
ΓΕΙΝΩΣΚΟΜΕΝΟΙΣ
ΩΚΑΙΤΑΚΑΘΗΚΟΝΤΑ
ΑΠΕΜΕΡΙΣΑΦΙΛΑΝ
ΘΡΩΠΑΑΞΙΟΝΗΓΗ
ΣΑΜΕΝΟΣΤΟΝΑΝ
ΔΡΑΤΗΣΕΞΗΜΩΝΤΕΙ
ΜΗΣΥΜΕΙΝΤΕΣΥΝ
ΗΔΟΜΑΙΕΠΙΤΩΕΧΕΙΝ
ΤΟΙΟΥΤΟΝΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΕΣΤΙΝΔΕΑΝΤΙΓΡΑΦΑ
ΤΩΝΓΕΓΟΝΟΤΩΝΥ
ΜΕΙΝΦΙΛΑΝΘΡΩΠΩΝ
ΤΑΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ
ΑΥΜΑΣΒΟΥΛΟΜΑΙ
ΕΝΤΟΙΣΔΗΜΟΣΙΟΙΣ
ΤΟΙΣΠΑΡΥΜΕΙΝ
ΓΡΑΜΜΑΣΙΝΕΝΤΑΞΑΙ
ΓΡΑΜΜΑΤΑΚΑΙΣΑΡΟΣ


Δημητρίου ὑμέτερος
πρεσβευτὴς ἐπι-
μελέστατα πεφρον-
τικὼς τῶν τῆς πό-
λεως ὑμῶν πραγ-
μάτων, οὐ μόνον
ἠρκέσθη ἐπὶ τοῖς
γεγονόσιν οἰκονο-
μήμασιν, ἀλλὰ καὶ
ἡμᾶς παρεκάλε-
σεν εἰς τὸ τοῦ γεγο-
νότος ὑμῖν ἐπι-
κρίματος καὶ δόγμα-
τος καὶ ὁρκίου καὶ νό-
μου (3) ἀντιπεφωνημένα
ἐκ τῶν δημοσίων
δέλτων ἐξαποστεῖ-
λαι ὑμῖν τὰ ἀντίγρα-
φα. Ἐφ' οἷς ἐπαινέ-
σας τὸν Σόλωνα μᾶλ-
λον ἀπεδεξάμην, ἔ-
χον τε ἐν τοῖς ὑπ'
ἐμοῦ γεινωσκομένοις,
ᾧ καὶ τὰ καθήκοντα
ἀπεμέρισα φιλάν-
θρωπα, ἄξιον ἡγη-
σάμενος τὸν ἄν-
δρα τῆς ἐξ ἡμῶν τει-
μῆς· Ὑμῖν τε συν-
ήδομαι ἐπὶ τῷ ἔχειν
τοιοῦτον πολείτην.
Ἔστιν δὲ ἀντίγραφα
τῶν γεγονότων ὑ-
μῖν φιλανθρώπων
τὰ ὑπογεγραμμένα,
(4) ἃ ὑμᾶς βούλομαι
ἐν τοῖς δημοσίοις
τοῖς παρ' ὑμῖν
γράμμασιν ἐντάξαι.
Γράμματα (5) Καίσαρος.

Demetrii F.
legatus vester,
adhibitâ de rebus
civitatis vestræ
diligentissimâ
curâ, non solum
eâ quæ facta est rerum
dispositione con-
tentus fuit; sed &
nos rogavit,
ut exemplaria
confirmationis vobis
concessæ, & decreti,
& juramenti, &
legis expressa ex publicis
tabulis vobis
transmitterem.
Hanc ob rem collau-
dans Solonem, fami-
liarius eum accepi,
habuique inter mihi
cognitos; cui
etiam ea quæ par erat
beneficia imper-
titus sum; dignum
existimans hominem
illo apud nos honore.
Vobisque con-
gratulor qui talem
habeatis civem.
Sunt verò infra scripta
beneficiorum vo-
bis indultorum
exemplaria;
quæ vos
inter publica
apud vos scripta
referre volo.
LITERAE CAESARIS.

Ita se fert epistola M. Antonii, ad stigmam post vocem *ἐντάξαι* desinens. Continuò hanc secuta est (ut indicat ille titulus ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΚΑΙΣΑΡΟΣ à scribâ Antonii appositus) Dictatoris Cæsaris epistola, omnis hujus erga Aphrodisienses favoris basis & origo. Cæsaris epistolam excepit descriptum ex tabulis publicis nuperum quoddam Triumvirorum *ἐπίκριμα*, hoc est, priorum à Cæsare *κρινομένων* comprobatio, fortè etiam & ampliatio. Sed quum neutrum eorum nunc compareat, contenti simus hoc, quod meliore fortunâ

superest,

ſupereſt utcunque truncatum & mutilatum; Δόγμα dico, ſive Senatûs conſultum, quo hæc Cæſaris & Triumvirorum acta confirmantur. Huic nos, ut legi poſſit & intelligi, decidua verſuum extrema, ex conjecturâ non improbabili, reſtituimus. Procœmium quoque, loco ejus quod amiſſum eſt, ex alio non diſſimili apud Joſephum confinximus: ita breviculum ſanè atque neceſſarium, ut non poterit longè à vero aberrare. Videris autem, Lector erudite, an aliud tibi ſuccurrat antiquius his duobus monumentum, non habens ι literulam dativis ubique caſibus affixam. Id credo facilius eveniſſe in Græcis è Latino factis, cujuſmodi hæc fuere Latinè primùm concepta ſub Antonio, ut phraſis Romana indicat.



Decretum quo Senatus Romanus pro ratis & firmis habuit conceſſa a Dictatore Cæſare, & Triumviris Lepido, Antonio, Octaviano, Plaraſenſibus & Aphrodiſienſibus beneficia, an. U. C. 714. ante Chriſtum 37.

* *

1 ΔΙ]ΚΑΙΑΕΣΘΑΛΑΤΕ[ΠΑΝΤ]ΑΕΛΕΥΘΕΡΟΥΣΕΙΝΑΙΤΩ[ΤΕ]ΔΙΚΑΙΩΚΑ ΙΤΑΙΣ[ΝΟΜΟΘΕΣΙΑΙΣΤΑΙΣΙΔΙΑΙΣΤΗΝΠΟΛ

2 ΙΝ]ΤΗΝΠΛΑΡΑΣΕΩΝΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩΝΧΡΗΣΘΑΙΜΗΤΕΕΓΓΥ ΗΝΕ[ΙΣΦΕΡΕΙΝΤΟΥΤΟΙΣΚΑΤΑΤΟΠΑΡΟΝΔΟΓΜΑ

3 Κ]ΑΙΚΕΛΕΥΣΙΝΟΜΟΛΟΓΕΙΝΑΤΕΤΙΝΑΕΠΑΘΛΑΤΕΙΜΑΣΦΙΛΑΝ ΘΡΩ[ΠΑ ....ΤΡΕΙΣΑΝΔΡΕΣΟ]

4 ΙΤΗΣΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝΠΡΑΓΜΑΤΩΝΔΙΑΤΑΞΕΩΣΤΩΙΔΙΩΕΠΙΚΡΙ ΜΑΤΙΠΛ[ΑΡΑΣΕΥΣΙΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΥΣ

5 Ι]ΠΡΟΣΕΜΕΡΙΣΑΝΠΡΟΣΜΕΡΙΟΥΣ ΙΝΣΥΝΕΧΩΡΗΣΑΝΣΥΝΧΩΡ ΗΣΟΥΣΙΝΤΑ[ΥΤΑΠΑΝΤΑΒΕΒΑΙΑ

6 Γ]ΕΝΕΣΘΑΙΟΜΟΙΩΣΤΕΑΡΕΣΚΕΙΝΤΗΣΥΓΚΛΗΤΩΤΟΝΔΗΜΟΝ ΤΟΝΠΛΑ[ΡΑΣΕΩΝΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕ]

7 ΩΝΤΗΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΚΑΙΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝΑΥΤΟΥΣΠΑΝΤΩΝΤΩ ΝΠΡΑΓ[ΜΑΤΩΝΕΧΕΙΝΚ

8 ΑΘ] ΑΠΕΡΚΑΙΤΙΣΠΟΛΙΤΕΙΑΤΩΚΑΛΛΙΣΤΩΔΙΚΑΙΩΚΑΛΛΙΣΤΩΤΕ ΝΟΜΩΕΣΤΙΝ[ΧΡΩΜΕΝΗΑΠΟ

9 ΔΗΜΟ]ΥΤΟΥΡΩΜΑΙΩΝΤΗΝΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΚΑΙΤΗΝΑΤΕΛΕΙΑΝΕ ΧΕΙΦΙΛΗΤΕΚΑΙΣΥ[ΜΜΑΧΟΣ

10 ΟΥΣΑΤΟΔΕ]ΤΕΜΕΝΟΣΘΕΑΣΑΦΡΟΔΙΤΗΣΕΝΠΟΛΕΙΠΛΑΡΑΣΕΩΝ ΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕΩ[Ν

11 ΙΕΡΟΝΕ]ΣΤΩΤΑΥΤΩΤΩΔΙΚΑΙΩΤΑΥΤΗΤΕΔΕΙΣΙΔΑΙΜΟΝΙΑΩΔΙΚ ΑΙΩΚΑΙΗΔΕΙΣ[ΙΔΑΙΜΟΝΙΑ

12 ΤΟΕΦΕ]ΣΙΑΣΕΣΤΙΝΕΝΕΦΕΣΩΚΥΚΛΩΤΕΕΚΕΙΝΟΥΤΟΥΙΕΡΟΥΕΙΤΕ ΤΕΜΕΝΟΣΕΙΤ[ΕΙΕ

13 ΡΟΣ]ΤΟΠΟΣΑΣΥΛΟΣΕΣΤΩΟΠΩΣΤΕΗΠΟΛΙΣΚΑΙΟΙΠΟΛΕΙΤΑΙΟ ΙΠΛΑΡΑΣΕΩΝ[ΚΑΙΑΦΡΟΔΕΙΣΙΕ

14 ΩΝΤΩ]ΝΚΩΜΩΝΧΩΡΙΩΝΟΧΥΡΩΜΑΤΩΝΟΡΩΝΠΡΟΣΟΔΩΝΠΡΟΣ ΤΗΝΦΙΛΙΑΝΤΟ[Ε

15 ΦΗΜ]ΙΝΚΡΑΤΩΣΙΝΧΡΩΝΤΑΙΚΑΡΠΙΖΩΝΤΑΙΤΕΠΑΝΤΩΝΠΡΑΓΜ ΑΤΩΝΑΤΕ[ΛΕΙΣΜΗΤΕ

16 ΦΟΡΟΝΔ]ΙΑΤΙΝΑΑΙΤΙΑΝΕΚΕΙΝΩΝΔΙΔΟΝΑΙΜΗΔΕΣΥΝΕΙΣΦΕΡΕΙ ΝΟΦΕΙΛΩΣΙΝ

17 [ΑΛΛΑΥΤ]ΟΙΣΚΑΤΟΥΣΑΝΜΕΤΑΤΑΥΤΑΕΝΕΑΥΤΟΙΣΚΥΡΩΣΙΝΧ ΡΩΝ[ΤΑΙ . . . .

[(6) Ὕπατοι λόγους ἐποιήσαντο. Ἀρέσκειν τῇ Συγκλήτῳ, περὶ ὧν ὁ Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων ἔκρινεν, αὐτοὺς κατὰ τὰ δί]καια ἐσθλά τε [πάντ]α ἐλευθέρους εἶναι, τῷ τε δικαίῳ, καὶ ταῖς [νομοθεσίαις ταῖς ἰδίαις τὴν πόλ]ιν τὴν Πλαρασέων καὶ Ἀφροδεισιέων χρῆσθαι, μήτε ἐγγύην ἐ[ισφέρειν, τούτοις κατὰ τὸ παρὸν δόγμα κ]αὶ κέλευσιν ὁμολογεῖν· Ἅ τέ τινα ἔπαθλα τειμὰς φιλάνθρω[πα....τρεῖς ἄνδρες ο]ἱ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων διατάξεως (7) τῷ ἰδίῳ ἐπικρίματι Πλ[αρασεῦσι καὶ Ἀφροδεισιεῦσ]ι προσεμέρισαν, προσμερίσουσιν, συν-

. . . . . Coss. retulerunt. Placere Senatui, quantum ad ea quæ de Plarasensibus & Aphrodisiensibus Caius Cæsar censuit; quoad *jura commodaque omnia liberos eos fore; suo quoque jure suisque legibus patriis uti, neve sponsionem aliquam afferre Plarasensium & Aphrodisiensium civitatem; his omnibus per præsens hoc decretum & jussionem consentire. Quinetiam quæcunque præmia, honores, beneficia Triumviri reipublicæ constituendæ propria sua comprobatione Plarasensibus & Aphrodisiensibus largiti sunt, largienturve, concesserunt, concedent-*

ἐχώρησαν,

ἐχώρησαν, συνχωρήσουσιν, τα[ῦ-
τα βέβαια γ]ενέσθαι. Ὁμοίως τε
ἀρέσκειν τῇ Συγκλήτῳ τὸν δῆμον
τὸν Πλα[ρασέων ϗ Ἀφροδεισιέ]-
ων τὴν ἐλευθερίαν ϗ τὴν ἀτέλει-
αν αὐτοὺς πάντων τῶν πραγ[μά-
των ἔχειν, καθ]άπερ τις πολιτεία
τῶ καλλίστω δικαίω καλλίστω τε
νόμω ἐστὶν [χρωμένη, ἣ ἀπὸ δήμ]
ου τοῦ Ῥωμαίων τὴν ἐλευθερίαν ϗ
τὴν ἀτέλειαν ἔχει, φίλη τε ϗ σύ-
[μμαχος οὖσα. Τὸ δ'] τέμενος
Θεᾶς Ἀφροδίτης ἐν πόλει Πλα-
ρασέων ϗ Ἀφροδεισιέων ἱερὸν ἔ[στω]
ταυτῶ τῶ δικαίω, ταυτῆ τε
δεισιδαιμονία, (8) ᾧ δικαίω, ϗ
ᾗ δεισ[ιδαιμονία, τὸ Ἐφε]σίας
ἐστὶν ἐν Ἐφέσω. Κύκλω τε ἐκείνου
τοῦ ἱεροῦ εἴτε τέμενος, εἴτ[ε ἱερὸς]
τόπος (9) ἄσυλος ἔστω. Ὅπως
τε ἡ πόλις ϗ οἱ πολεῖται οἱ Πλα-
ρασέων [ϗ Ἀφροδεισιέων τῶ]ν
κωμῶν, χωρίων, ὀχυρωμάτων,
ὄρων, προσόδων πρὸς τὴν φιλί-
αν, τὸ [ἐφ' ἡμ]ῖν, κρατῶσιν, χρῶν-
ται καρπίζωνταί τε, πάντων
τῶν πραγμάτων ἀτε[λεῖς, μήτε
φόρον δ]ιά τινα αἰτίαν ἐκείνων
διδόναι, μηδὲ ξυνεισφέρειν ὀφεί-
λωσιν, [ἀλλ' αὐτ]οῖς κατ' οὖσαν
μετὰ ταῦτα ἐν ἑαυτοῖς κύρωσιν
χρῶν[ται, ...

ve, ea rata & firma fore. Simili etiam modo Senatui placere populum Plarasensium & Aphrodisiensium quoad res omnes libertatem habere & immunitatem, prout quævis alia civitas optimo jure optimaque lege usa, quæ à Populo Romano libertatem habet & immunitatem, amica sociaque nostra. Templum autem Deæ Veneris in urbe Plarasensium & Aphrodisiensium sacrum eodem jure, eademque religione esto, quo jure quâque religione est Deæ Ephe- in Epheso. Quodque in circuitu est istius templi, sive septum, sive sacer locus, jure Asyli esto. Ut autem civitas civesque Plarasenses & Aphrodisienses vicos, castella, munitiones, fines, proventus, amicorum ritu, quantum in nobis est, possideant, utantur, fruanturque, rerum omnium immunes, neve tributum eorum nomine qualemcunque ob causam pendant, neve pecuniam conferre teneantur, sed liberè iis utantur juxta propriam post hæc decreta competentem ipsis potestatem *

* * * * * * * * * * *

Desunt

Desunt quædam, ad ὅρκιον certè & νόμον, i. e. *juramentum* & *legem* istam, spectantia, quorum utriusque in Epistolâ Antonianâ mentio. Quippe, ex parte Romanorum, lege cavendum erat ut data Plarasensibus & Aphrodisiensibus hæc promissa servarentur; ex parte Plarasensium & Aphrodisiensium, præstandum Romanis erat juramentum, in fide se & amicitiâ permansuros. Credibile est hoc quod dedimus decretum, idem illud fuisse (Divi Augusti tunc vocatum) quod Romam allatum est ab Aphrodisiensibus, quo melius jus asyli & religionem Veneris tuerentur. Divo enim Augusto sunt tributa omnia Reipublicæ Romanæ ab inito triumviratu acta. At sive idem fuerit sive diversum, spero non fore absuturum tam cognatum, tam illustre ornamentum à splendidioribus, quæ pòst dabuntur, Annalium Taciti editionibus.

Monumentum Stratonicense.

IDEM non verebor dicere de religiosissimo quod insequitur Psephismate, quo traduntur Jovis & Triviæ ceremoniæ, quodque, idem qui & cætera, transcripsit illustriss. Cos. Sherardus, suscepto ad Stratoniceam & quæ circumvicina sunt itinere, anno Dom. 1709. Unà enim Senatum adiere, imperante Tiberio Caesare, & Stratonicensium & Aphrodisiensium civitas; hi de suâ Venere, illi de Jove & Triviâ, deque asylis & de religionibus soliciti. Utrique etiam eadem adhibuêre impetrandi juris argumenta; vetus Dictatoris Cæsaris, recens Divi Augusti decretum. Et quidem quod ad Augusti decretum attinet, ejus videntur meminisse in hoc ipso lapide Stratonicenses. Magni enim faciunt *sacra Jovis & Hecates* (hoc est Deæ Triviæ) *asyla*, tanquam *sacro Senatui probata, juxta decretum Augusti Cæsaris* (si lacunam rectè implevimus) *& æternæ Reipublicæ Romanæ.* Sed ut hæc constare possint, ætas monumento tribuenda est infra annum U. C. 726, ante Christum 25, quo primùm Cæsar Octavius à Senatu Augustus, Græcè Σεβαστὸς, appellatus est. Habe igitur non levi curâ, sed & summâ simul fidelitate restitutum è duabus lapidis dirupti partibus, sicut fors

fors tulerat projectis, apud Stratoniceam Cariæ olim civitatem, *Eski-hissar* hodie vocatam.

Decretum Stratonicensium de Jovis & Triviæ ceremoniis.

ΕΠΙΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΥΠΤΟΛΕ[ΜΑΙΟΥ . . . .
: . . . . [ΔΙΟΝ] ΥΣΙΟΥΓΡΑΜΜ
ΑΤΕΩΣ[ΣΕΒΑΣ]ΤΗΣΒΟΥΛΗΣΕ
ΙΠΟΝΤΟΣΤΗΝΠΟΛΙΝΑΝΩΘΕΝΤΗΤΩΝΠΡΟΕΣΤΟΤΩΝΑΥΤΗΣΜΕΓΙ
ΣΤΩΝΘΕΩΝ[ΠΡΟΝΟΙΑΧΡΥΣΑΟΡΕΩΣΔΙΟΣΚΑΙΕΚ]ΑΤΗΣΕΚΠΟΛΛΩΝΚΑΙΜ
ΕΓΑΛΩΝΚΑΙΣΥΝΕΧΩΝ
ΚΙΝΔΥΝΩΝΣΕΣΩΣΘΑΙΩΝΚΑΙΤΑΙΕΡΑΑΣΥΛΑΚΑΙΙΚΕΤΑΙΚΑΙΙΕΡΑΣΥ
ΝΚΛΗΤΟΣΔΟΓΜΑΤΙΣΕ[ΒΑΣΤΟΥΚΑΙΣΑΡΟΣΚΑΙ]ΤΗΣΤΩΝΚΥΡΙΩΝΡΩΜ
ΑΙΩΝΑΙΩΝΙΟΥΑΡΧΗΣ
ΕΠΟΙΗΣΑΝΤΟΠΡΟΦΑΝΕΙΣΕΝΑΡΓΕΙΑΣΚΑΛΩΣΔΕΕΧΗΠΑΣΑΝΣΠΟ
ΥΔΗΝΕΙΣΦΕΡΕΣΘΑΙΕΙΣΤΗΝΠΡΟΣ[ΘΕΟΥΣΕΥΣΕΒ]ΕΙΑΝΚΑΙΜΗΔ ΕΝ
ΑΚΑΙΡΟΝΠΑΡΑΛΙΠΕΙΝΤΟΥΕΥΣΕΒΕΙΝ
ΚΑΙΛΙΤΑΝΕΥΕΙΝΑΥΤΟΥΣΚΑΘΙΔΡΥΤΑΙΔΕΑΓΑΛΜΑΤΑΕΝΤΩΣΕΒΑΣ
ΤΩΒΟΥΛΕΥΤΗΡΙΩΤΩΝΠΡΟΕΙΡΗΜΕΝΩ[ΝΘΕΩΝΕΠΙΦΑΝ]ΕΣΤΑΤΑΣΠ
ΑΡΕΧΟΝΤΑΤΗΣΘΕΙΑΣΔΥΝΑ
ΜΕΩΣΑΡΕΤΑΣΔΙΑΣΚΑΙΤΟΣΥΝΠΑΝΠΛΗΘΟΣΘΥΕΙΤΕΚΑΙΕΠΙΘΥΜΙ
ΑΚΑΙΕΥΧΕΤΑΙΚΑΙΕΥΧΑΡΙΣΤΕΙΑ[ΙΕΙΤΟΙΟΙΣ]ΔΕΟΥΤΩΣΕΠΙΦΑΝΕΣ
ΤΑΤΟΙΣΘΕΟΙΣΚΑΚΤΗΣ
ΔΙΥΜΝΩΔΙΑΣΠΡΟΣΟΔΟΥΚΑΙΘΡΗΣΚΕΙΑΣΕΥΣΕΒΟΥΝΑΥΤΟΥΣ[ΔΙΑΤ
ΕΛΕΙ]ΕΔΟΞΕΤΗΒΟΥΛΗΑ[ΙΡΕΙΣΘΑΙ]ΝΥΝΕΚΤΙΝΩΝΕΥΓΕΓΟΝΟΤΩΝΠ
ΑΙΔΑΣΤΡΙΑΚΟΝ
ΤΑΟΥΣΤΙΝΑΣΚΑΘΕΚΑΣΤΗΝΤΗΝΗΜΕΡΑΝΜΕΤΑΤΩΝΔΗΜΟΣΙΩΝ
ΠΑΙΔΟΦΥΛΑΚΩΝ[ΑΝΙΕΝ]ΑΙΟΠΑΔΟΥ[ΝΤΑΣΕΙΣΒ]ΟΥΛΕΥΤΗΡΙΟΝΔΕΥ
ΧΕΙΜΟΝΟΥΝΤΑΣΚΑΙΕΣΤΕ
ΦΑΝΩΜΕΝΟΥΣΘΑΛΛΟΥΕΧΟΝΤΑΣΔΕΜΕΤΑΧΕΙΡΑΣΟΜΟΙΩΣΘΑΛΛ
ΟΥΣΟΙΤΙΝΕΣΣΥΝΠΑΡΟΝ[ΤΟΣΚΑΙ]ΚΙΘΑΡΙΣΤΟΥΚΑΙΚΗΡΥΚΟΣΑΣ
ΟΝΤΑΙΥΜΝΟΝΟΝ
ΑΝΣΥΝΤΑΞΗΣΩΣΑΝΔΡΟΣΔΙΟΜΗΔΟΥΣΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣΕΑΝΔΕΤΙ
ΝΕΣΤΩΝΑΙΡΕΘΕΝ[ΤΩΝΠΑΙΔΩΝΕΝΚΡ]ΙΘΩΣΙΝΕΙΣΤΟΥΣΕΦΗΒΟΥΣΗΟ
ΜΗΔΕΙΣΘΕΩΝ
ΒΟΥΛΗΣΕΙΕΝΤΕΛΕΥΤΗΣΩΣΙΝΜΗΕΝΚΡΙΘΕΝΤΕΣΕΙΣΤΟΥΣΕΦΗΒΟ
ΥΣΑΛΛΟΥΣΑΝΘΑΙΡΕΙΣΘΑΙ[ΤΟΣΟΥΤΟΥΣ]ΕΠΙΤΗΝΑΥΤΗΝΥΜΝΩΔΙ
ΑΝΤΩΝΠΑΙΔΟΦΥ
ΛΑΚΩΝΚΑΙΤΟΥΠΑΙΔΟΝΟΜΟΥΦΑΝΕΡΟΝΤΟΥΤΟΕΝΓΡΑΦΩΣΠΟΙΟΥ
ΝΤΩΝΥΠΕΡΤΟΥ[ΙΣΗΝΕΙΣΤΟΝΠΑΝΤΑ]ΑΙΩΝΑΤΗΝΑΥΤΗΝΔΙΑΜΕΙΝΑ
ΙΤΗΣΑΝΘΑΙ
ΡΕΣΕΩΣΤΑΞΙΝΚΑΙΘΡΗΣΚΕΙΑΝΚΑΙΕΥΣΕΒΕΙΑΝΤΩΝΘΕΩΝΟΥΣΗΣΕ
ΞΟΥΣΙΑΣ[ΑΥΤΟΙΣΟΠΟΤΑ]ΝΤΙΝΕΣΑΥΤΩΝΜΗΩΣΙΝΥΓΙΕΙΣΗΠΕΝΘΕΙ

ΟΙΚΕΙΩΚΑΤΕΧΩΝΤΑΙΕΑΝΔΕΤΙΤΟΥΤΩΝΜΗΠΡΑΧΘΗΟΙΜΕΝΑΡΧ
ΟΝΤΕΣΚΑΙΟΠ[ΑΙΔΟΝΟΜΟΣ]ΕΣΤΩΣΑΝΥΠΕΥΘΥΝΟΙΑΣΕΒΕΙΑΟΙΔΕ
ΔΗΜΟΣΙΟΙΠΑΙΔΟΦΥΛΑΚΕΣΔΕΣΜΩ[ΤΗΡΙΩΕΝΕΧΩΝΤΑΙ]ΕΤΙΔΕΚΑΙΤΟΝΚ
ΑΘΕΚΑΣ[ΤΟΝΕΝΙΑΥΤΟΝ]ΓΕΙΝΟΜΕΝΟΝΙΕΡΕΑΤΗΣΕΚΑΤΗΣΚΑΤΑΛΕ
ΓΕΙΝΕΚΤΩΝΕΝΤΩΠΕΡΙΠΟΛΙΩΤΗΣΘΕΟΥΚΑΙΤΩΝΣΥΝΕΓΓΥΣΠΑΙΔΑ
ΣΚΑΘΕΚΑΣΤΟΝ ....ΚΑΙΑΥΤΟΥΣΑΣΟΝΤΑΣΤΟΝΣΥΝΗΘΗΥ
ΜΝΟΝΤΩΘΕΩΚΑΘΩΣΑΝΩΘΕΝΕΓΕΙΝΕΤΟΕΧΟΝΤΑΕΞΟΥΣΙΑΝΚΑΙ
ΚΑΤΑΤΩΝΠΑΤΕΡ[ΩΝΩΤΡΟΠ]ΩΚΑΤΑΥΤΩΝΤΩΝΠΑΙΔΩΝΕΑΝΟΙ
ΜΕΝΠΑΤΕΡΕΣΜΗΠΑΡΕΧΩΣΙΝΑΥΤΟΥΣΠΡΟΣΥΜΝΩΔΙΑΝΚΑΙΕΥΣΕ
ΒΕΙΑΝ[ΟΙΔΕΠ]ΑΙΔΕΣΜΗΠΡΟΣΕΔΡΕΥΩΣΙΝΔΙΚΗΝΕΙΣΑΝΓΕ
ΛΙΑΣΗΑΛΛΗΣΗΣΑΝΒΟΥΛΗΤΑΙΠΟΙΟΥΝΤΑΔΙΔΟΝΤΟΣΤΟΥΙΕΡΕΩΣ
ΚΑΙ[ΤΟΥΠΑΙΔΕΥΤΙ]ΚΟΥΕΥΝΟΥΧΟΥΤΑΟΝΟΜΑΤΑ
ΤΩ[ΠΑΡΕΔΡΩ]ΕΝΓΡΑΦΩΣΜΙΑΤΗΣΒΟΥΛΗΣΚΑΘΩΣΚΑΙΕΠΙΤΩΝΕΝΤΗ
ΠΟ[ΛΕΙΔΙΚΑΣΘΕΝΤΩΝΔΙΗΓ]ΟΡΕΥΤΑΙΕΑΝΔΕΤΙΤΟΥΤΩΝΟΙΕΡΕΥΣ
ΗΟ[ΕΥΝΟΥΧΟΣ]ΜΗΠΟΙΗΣΗΕΝΟΧΟΥΣΑΥΤΟΥΣΕΙΝΑΙΤΟΙΣΑΥΤΟΙΣΟΙ
ΣΚΑΙ[ΑΜΑΡΤΑΝΟΝΤΑΣΤΟΥΣΠΑΙ]ΔΑΣΤΟΝΔΕΤΩΝΠΑΙΔΩΝΜΕ
.........ΤΗΣΥΜΝΩΔΙΑΣΕΝ[ΚΡΙΘΕΝΤΑ]ΕΙΣΤΟΥΣΕΦΗΒΟΥΣ .... ΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣ * * * * * *

Ἐπὶ Στεφανηφόρου Πτολε[μαίου .... [Διον]υσίου γραμματέως [σεβασ]τῆς βουλῆς εἰπόντος, τὴν πόλιν ἄνωθεν (1) τῇ τῶν προεστότων αὐτῆς μεγίστων θεῶν [προνοίᾳ Χρυσαορέως Διὸς καὶ Ἑκ]άτης, ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων καὶ συνεχῶν κινδύνων σεσῶσθαι, ὧν καὶ τὰ ἱερὰ ἄσυλα, καὶ ἱκέται, καὶ ἱερὰ σύγκλητος, δόγματι Σε[βαστοῦ Καίσαρος, καὶ] τῆς τῶν κυρίων Ῥωμαίων αἰωνίου ἀρχῆς, ἐποιήσαντο προφανεῖς ἐναργείας· Καλῶς δὲ ἔχει πᾶσαν σπουδὴν εἰσφέρεσθαι εἰς τὴν πρὸς [Θεοὺς εὐσέβ]ειαν, καὶ μηδένα καιρὸν παραλιπεῖν τοῦ εὐσεβεῖν, καὶ λιτανεύειν αὐτούς· Καθίδρυνται δὲ ἀγάλματα ἐν τῷ σεβαστῷ βουλευτηρίῳ τῶν προειρημένω[ν θεῶν, ἐπιφα-

Sub Stephanephoro Ptolemæo . . .. ſententiam dicente . . .... Dionyſii F. ſcribâ venerabilis concilii; hanc ab antiquo urbem, maximorum Deorum, ejus præſidum, Chryſaoris Jovis & Hecates providentiâ, ex multis magniſque & continuis periculis ſervatam fuiſſe, quorum & ſacra aſyla & confugientes ad ea ſupplices, quin & ſacer ſenatus; decreto Auguſti Cæſaris æternique dominorum Romanorum imperii, præclara fecere indicia; oportere autem omnem adhiberi curam de pietate erga Deos, neque ullam omitti occaſionem eos colendi ſupplicandique; porrò in auguſtâ curiâ dedicata eſſe prædictorum Deorum ſimulacra,

νεστάτας παρέχοντα τῆς θείας δυνάμεως ἀρετάς, δι' ἃς καὶ τὸ σύνπαν πλῆθος θύει τε καὶ ἐπιθυμιᾷ, καὶ εὔχεται, καὶ (2) εὐχαριστεῖ ἀ[ιεὶ τοιοίσ]δε οὕτως (3) ἐπιφανεστάτοις θεοῖς, κἀκ τῆς δι' ὑμνῳδίας προσόδου καὶ θρησκείας εὐσεβοῦν αὐτοὺς [διατελεῖ·] Ἔδοξε τῇ βουλῇ ἀ[ιρεῖσθαι] νῦν, ἐκ τινῶν (4) εὖ γεγονότων, παῖδας τριάκοντα, οὕστινας καθ' ἑκάστην τὴν ἡμέραν μετὰ τῶν δημοσίων παιδοφυλάκων [ἀνιέν]αι ὀπαδ[οῦντας εἰς β]ουλευτήριον λευχειμονοῦντας καὶ ἐστεφανωμένους θαλλοῦ, ἔχοντας δὲ μετὰ χεῖρας ὁμοίως θαλλούς, οἵτινες, συνπαρόν[τος καὶ] κιθαριστοῦ καὶ κήρυκος, (5) ᾄσονται ὕμνον, ὃν ἂν συντάξῃ Σώσανδρος Διομήδους ὁ Γραμματεύς. Ἐὰν δέ τινες τῶν αἱρεθέν[των παίδων ἐνκρ]ιθῶσιν εἰς τοὺς ἐφήβους, ἢ ὁ μηδεὶς, θεῶν βουλήσει, ἐντελευτήσωσιν μὴ ἐνκριθέντες εἰς τοὺς ἐφήβους, ἄλλους ἀνθαιρεῖσθαι [τοσούτους] ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὑμνῳδίαν, τῶν παιδοφυλάκων καὶ τοῦ παιδονόμου φανερὸν τοῦτο ἐνγράφως ποιούντων, ὑπὲρ τοῦ [ἴσην εἰς τὸν πάντα] αἰῶνα τὴν αὐτὴν διαμεῖναι τῆς ἀνθαιρέσεως τάξιν, καὶ θρησκείαν, καὶ εὐσέβειαν τῶν θεῶν, οὔσης ἐξουσίας [αὐτοῖς ὁπότα]ν τινὲς αὐτῶν

præbentia divinæ potentiæ manifestissimas virtutes, ob quas universa etiam multitudo, & sacrificat, & thura adolet, & precatur, & gratias agit continuas Diis tam eximiè præsentibus, atque eâ quæ per hymnodiam fit supplicatione & obsecratione eos colendo perseverat: Placuit concilio, deligi nunc ex clarè genitis pueros triginta, eosque singulis diebus unà cum publicis puerorum custodibus junctos comites ad curiam procedere, albis indutos, & olivâ coronatos, ramosque similiter oleaginos manibus gestantes, qui, præsente tum citharistâ tum præcone, decantabunt hymnum, qualem Sosander Diomedis F. scriba composuerit. Siqui autem è pueris sic delectis inter ephebos adsciscantur, eorumve aliqui moriantur, Diis sic volentibus, inter ephebos non adsciti, alios eorum loco ad eandem hymnodiam deligi, puerorum custodibus & pædonomo rem scripto notam facientibus, ut in omne ævum idem permaneat ordo electionis, & obsecrationis, & cultûs Deorum; concessâ tamen iis licentiâ, quoties eorum aliqui aut non bene valeant, aut luctu domestico im-

μὴ

μὴ ὦσιν ὑγιεῖς, ἢ πένθει οἰκείῳ κατέχωνται. Ἐὰν δέ τι τούτων μὴ πραχθῆ, οἱ μὲν ἄρχοντες καὶ ὁ π[αιδονόμος] ἔστωσαν ὑπεύθυνοι ἀσεβείᾳ· Οἱ δὲ δημόσιοι παιδοφύλακες δεσμω[τηρίῳ ἐνέχωνται.] Ἔτι δὲ καὶ τὸν καθέκασ[τον ἐνιαυτὸν] γεινόμενον ἱερέα τῆς Ἑκάτης καταλέγειν ἐκ τῶν ἐν τῷ περιπολίῳ τοῦ θεοῦ καὶ τῶν συνεγγὺς παῖδας καθέκαστον [ἐνιαυτὸν] καὶ αὐτοὺς ἄσοντας τὸν συνήθη ὕμνον τῷ θεῷ, καθὼς ἄνωθεν ἐγείνετο, ἔχοντα ἐξουσίαν καὶ κατὰ τῶν πατέρ[ων, ᾧ τρόπ]ῳ καθ' αὐτῶν τῶν παίδων, ἐὰν οἱ μὲν πατέρες μὴ παρέχωσιν αὐτοὺς πρὸς ὑμνῳδίαν καὶ εὐσέβειαν, [οἱ δὲ π]αῖδες μὴ προσεδρεύωσιν, δίκην εἰσαγγελίας, ἢ ἄλλης ἧς ἂν βούληται, ποιοῦντα, διδόντος τοῦ ἱερέως καὶ [τοῦ παιδευτι]κοῦ εὐνούχου τὰ ὀνόματα τῷ [παρέδρῳ] ἐγγράφως, μιᾷ τῆς βουλῆς, καθὼς καὶ ἐπὶ τῶν ἐν τῇ πό[λει δικασθέντων διηγ]όρευται. Ἐὰν δέ τι τούτων ὁ ἱερεὺς ἢ ὁ [εὐνοῦχος] μὴ ποιήσῃ, ἐνόχους αὐτοὺς εἶναι τοῖς αὐτοῖς οἷς καὶ [ἁμαρτάνοντας τοὺς παῖ]δας. Τὸν δὲ τῶν παίδων με . . . . τῆς ὑμνῳδίας ἐν[κριθέντα] εἰς τοὺς ἐφήβους . . . . τῆς πόλεως * * * * *

pediantur. Horum autem ſiquid omittatur, Archontes, & puerorum rector impietatis rei aguntor: Puerorum verò publici cuſtodes in vincula conjiciuntor. Porro placet, ut qui quotannis fuerit Hecates ſacerdos quoſdam, ex iis qui in ſacro Deæ circuitu & in vicinia degunt, pueros quotannis . . . . conſcribat, qui & ipſi conſuetum Deæ hymnum concinent, prout ab antiquo factum eſt: idemque habeat in puerorum parentes, æquè ac in ipſos pueros, auctoritatem; ſi parentes quidem ad hymnodiam & ſupplicationem liberos non ſubmittant, & ſi pueri non ſe aſſiduos ſiſtant; litem intendendo, ſeu delatione, ſeu alia qua voluerit via; exhibente adſeſſori nomina in ſcriptis, & ſacerdote, & qui pueros inſtituit eunucho, die concilii primâ, ſicuti de iis quæ ad civitatis juriſdictionem attinent, præſcriptum eſt. Sin horum aliquid prætermiſerit ſacerdos, aut eunuchus, pœnis iiſdem fore obnoxios, quibus & ipſi delinquentes pueri. Puerum verò, poſt celebratam ritè hymnodiam, adlectum inter ephebos * * * * * *

* * * * * * * * *

His

His tam imperfectè desinentibus libet & illa altera connectere non minus imperfectè incipientia. Suadent enim tot cognatæ res, & verba, ut unius & ejusdem Psephismatis divisæ partes esse videantur, ad sacra Jovis & Triviæ pertinentes. Neque obstat Serapium hic inferius memoratum; quia eundem fuisse Jovem & Serapidem, tum nummi probant *Ζεὺς Σάραπις* inscripti, tum alia apud nos Stratoniceæ urbis inscriptio, ΔΙΙ ΣΕΡΑΠΕΙ, i. e. Jovi Serapidi sacra. Immò idem fuisse Stratonicensium Serapium & Curiam, *βουλευτήριον* dictam, ex infra positis facilè elicitur.

* * * * * * * * * * * * * * * * * * * *

ΕΙΚΟΝΑ ... ΙΝΗΝΕΧΟΥΣΑΝΤΟ.. ΟΜΑ...Ε
ΑΥΤΟΥΚΑΙΤΟΝΜΕΝΠΑΙΔΟΝΟΜΟΝΑΝΑΓΡΑΨΑΙ
ΤΟΨΗΦΙΣΜΑΕΝΤΩΠΡΟΝΑΩΤΟΥΣΕΡΑΠΙΟΥ
ΠΑΙΔΙΚΗΤΟΝΔΕΙΕΡΕΑΤΗΣΘΕΟΥΑΝΑΣΤΗΣΑΙ...
ΛΙΘΙΝΗΝΕΧΟΥΣΑΝΑΝΑΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑΤΑΔΙΑΦ....
ΤΑΤΟΥΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣΕΝΤΩΙΕΡΩΤΗΣΘΕΟΥΑΝΑ
ΓΡΑΦΗΝΑΙΔΕΤΟΨΗΦΙΣΜΑΕΝΤΗ...ΕΔΡΑΤΟΥΒΟΥΛΕΥ
ΤΗΡΙΟΥΕΝΔΕΞΙΑΠΡΟΣΤΗΝΑΙΩΝΙΟΝΔΙΑΜΟΝΗΝΤΗΣ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣΤΩΝΘΕΩΝΤΟΔΕΑΝΑΛΩ..ΤΗΣΕΠΙΓΡΑ
ΦΗΣΕΞΟΔΙΑΣΘΗΝΑΙΥΠΟΤΩΝΕΠΙΣΤΑΤΩΝΤΟΥΒΟΥΛΕΥ
ΤΗΡΙΟΥ.

* * * *Εἰκόνα λιθίνην ἔχουσαν τὸ ὄνομα τὸ ἑαυτοῦ. Καὶ τὸν μὲν παιδονόμον ἀναγράψαι τὸ ψήφισμα ἐν τω προνάω τοῦ Σεραπίου παιδικῆ. Τὸν δὲ ἱερέα τοῦ Θεοῦ ἀναστῆσαι τὴν λιθίνην, ἔχουσαν ἀναγεγραμμένα τὰ* (6) *διαφέροντα τοῦ ψηφίσματος ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Θεοῦ. Ἀναγραφῆναι δὲ τὸ ψήφισμα ἐν τῇ προέδρα τοῦ βουλευτηρίου ἐν δεξιᾷ, πρὸς τὴν αἰώνιον διαμονὴν τῆς εὐσεβείας τῶν Θεῶν. Τὸ δὲ ἀνάλωμα τῆς ἐπιγραφῆς ἐξοδιασθῆναι ὑπὸ τῶν ἐπιστατῶν τοῦ βουλευτηρίου.*

... curare ponendam *imaginem lapideam, ipsius nomine inscriptam. Et rectorem puerorum literatè conscribere Psephisma in vestibulo Serapii. Deæ autem sacerdotem lapideam ponere, inscripta habentem quæ potiora sunt Psephismatis in Deæ ipsius templo. Conscribendum autem Psephisma in primo curiæ subsellio, à dextris, ad æternam cultûs Deorum permanentiam. Sumptum autem ad inscriptionem præbendum esse à Curiæ Epistatis.*

Ad

Ad Monumentum Aphrodiſienſe Notæ.

(1) * * * γμένος τὸ Β̄ καὶ . . . τριῶν ἀνδρῶν, κ. τ. λ. i. e. *Coſ. deſignatus iter. & tert. Triumvir*, &c. Suaviter hic ridere liceat extritum ex noſtræ inſcriptionis capite malè fauſtum Antonii nomen; nec non & tertium illum, quem quidem Romæ non geſſit, conſulatum: planè ut in magiſtratuum non unâ apud Gruterum ſerie, pag. ccxcv. ccxcviii. Id enim & Romæ & in provinciis factum, non caſu, non injuriâ temporis, ſed juſſu Senatûs, & acerbo in Antonium odio, poſtquam vir inſanus, interfector Ciceronis, & emancipatus Cleopatræ, patriæ ſuæ hoſtis & judicatus & profligatus fuerat. At quæ reliqua ſunt facilè explentur ex edicto & epiſtolis quas Epheſi ante quadriennium dederat, quaſque Joſephus *Antiq. lib.* 14. ſervavit ſic incipientes, Μάρκος Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ, edictum verò, Μάρκος Ἀντώνιος αὐτοκράτωρ τριῶν ἀνδρῶν καταστάντων περὶ τῶν δημοσίων πραγμάτων, εἶπεν. Eadem Latinè paſſim, ſed & pleniora, leguntur in Antonii nummis; quorum unum ejus Epiſtolæ præfiximus: ut ibi ſcilicet, præter titulos Antonii, & jugatam ei Cleopatram, ſpectetur Διόνυσος ὁ μειλίχιος καὶ χαριδότης, i. e. *Bacchus mitis, & lætitiæ dator*, inſiſtens ciſtæ Aſiaticæ, qualem ſe per Aſiam & appellari & coli voluit egregius M. ANTONIVS. IMP. COS. DESIG. ITER. ET. TERT. IIIVIR. R. P. C. Tum ſcilicet, cùm, ut inquit Dio, lib. 48. τάς τε πόλεις ἠργυρολόγει, καὶ τὰς δυναστείας ἐπίπρασκε, i. e. *emunxit argento civitates, & dominatus vendidit.*

(2) Τριῶν ἀνδρῶν ΤΗΔ . . . i. e. *Triumvir ſecundò.* nam imperfectum hocce ΤΗΔ . . . ab initio fuit ΤΗ ΔΕΥΤ. aut ΤΗ ΔΕΥΤΕΡΑΙΑ, hoc eſt, τῇ δευτεραίᾳ, ſeu *ſecundâ vice*; extritis tamen literis poſterioribus, ad delendam, cum Antonii nomine, ſecundi ejus Triumviratûs memoriam. Signatur igitur tempus ſcriptæ hujus Epiſtolæ poſt initum ſecundum Triumviratum, circiter U. C. 717, ante Chriſtum 34. At, quæ unâ cum epiſtolâ mittebantur, τὸ ἴδιον Triumvirorum ἐπίκριμα ad confirmandum Caii Cæſaris decretum, & δόγμα Senatus quo illud etiam ἐπίκριμα confirmatum eſt, annorum erant 713 & 714, rogatu civitatum ex publicis nunc tabulis deſcripta.

(3) Ἀντιπεφωνημένα, i. e. *tranſcripta, aut verbatim tranſumpta.* Ecce habemus novi commatis vocabulum, ſed & Joſepho occaſione planè parili uſurpatum: ψηφίσματα καὶ γράμματα . . . ἀντιπεφωνημένα, *Antiq. l.* 14. *c.* 10. §. 26. *Hudſon.* ἀντιφωνεῖσθαι verò ſignificat τὸ ἀντίφωνον, hoc eſt ἴσον, Latinè exemplar dictum, ex ſcripto aliquo autographo verbatim tranſumi. Atque hinc eſt quòd in Liturgiis noſtris Eccleſiaſticis petitiones ſacræ iiſdem mox verbis repetitæ *Antiphona* nominentur.

(4) Ἃ ὑμᾶς βούλομαι ἐν τοῖς δημοσίοις . . . γράμμασιν ἐντάξαι. Non aliter ac in datis ad Tyrios ab eodem ipſo Antonio, διάταγμα ἐμὸν . . . περὶ οὗ βούλομαι ὑμᾶς φροντίσαι, ἵν' αὐτὸ εἰς τὰς δημοσίους ἐντάξητε δέλτους, Joſephi Ant. lib. 14. c. 12. §. 5. Priùs in Philippicâ V. Cicero, *regna, civitates, immunitates, in æs, acceptâ pecuniâ, jubebat incidi. Hæc ſe ex commentariis Cæſaris agere dicebat.*

(5) Γράμματα Καίσαρος, i. e. *literæ Cæſaris*, de beneficiis Aphrodiſienſium populo conceſſis; quaſque ipſi poſtea Aphrodiſienſes Romam, teſte Tacito, attulêre; manente etiamnum hocce titulo literarum, quamvis ipſæ literæ perierint. Has verò nunc mittit Aphrodiſienſibus, unus qui id potuit, Antonius. Nam (quod queſtus eſt paulò ante Cicero Philip. I. 7. 10.) eo uno auctore commentarioli, chirographa, & libelli Cæſaris ſunt probati: Eo uno diſpenſante, immunitates datæ, & vectigalia ſublata à mortuo jam C. Cæſare: idque contra auctoritatem Senatûs, qui cenſuerat, *ne qua tabula poſt idus Martias ullius decreti Cæſaris, aut beneficii figeretur.* Notabile etiam, quod in æde Telluris interrogatus à Senatu Antonius num inter acta C. Cæſaris *immunitates* aliquæ *datæ? nullæ, reſpondebat:* manifeſto, ut propria ipſius Epiſtola nunc indicat, mendacio. *Vide, præter Philippicam primam, Dionis lib.* 46. *in ipſo fine, & Plutarchum in Antonio.*

(6) * * * Ὕπατοι λόγους ἐποιήσαντο. Ἀρέσκειν τῇ συγκλήτῳ περὶ ὧν ὁ Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Πλαρασέων καὶ Ἀφροδισιέων ἔκρινεν, αὐτοὺς κατὰ τά, κ. τ. λ. i. e. * * * Coss. dixerunt: *Placere Senatui quantum ad ea quæ de Plarasensibus & Aphrodisiensibus Caius Cæsar censuit*, &c. Confingendum erat hujusmodi proœmium quo promptiùs cætera Senatûs consulti intelligerentur. Cùm verò res unicè spectet ad eorum quæ Caius Cæsar dederat, & Triumviri comprobârunt confirmationem, poteram magis audaculè supplevisse, Λούκιος Μάρκιος, Γάϊος Σαβῖνος, Ὕπατοι, λόγους ἐποιήσαντο, i. e. *Lucius Marcius*, *Caius Sabinus*, *Coss. dixerunt*, &c. Iis enim consulibus, anno U. C. 714, acta hæc fuisse luculentè ex Dionis historiâ constat. lib. 48. p. m. 253. ταῦτα μὲν ἐν τοῖς δύο ἔτεσι ἐγένετο, i. e. *Hæc*, inquit, *duobus istis annis evenêre.* Annos verò intelligit primi Triumviratûs priores duos, hoc est, U. C. 712. & 713. τῷ δὲ ἐπιγινομένῳ, ἐν ᾧ Λούκιός τε Μάρκιος καὶ Γάϊος Σαβῖνος ὑπάτευσαν, τότε ὑπὸ τῶν τελῶν ἀνδρῶν πραχθέντα, ἀφ' οὗ ἐς τὴν ὀλιγαρχίαν ἐστῆλθον, κῦρος παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβε, i. e. *Anno autem insequenti quo Coss. fuere Lucius Marcius*, *Caius Sabinus*, *acta Triumvirorum*, *ex quo ad Oligarchiam res perducta est*, *auctoritatem à Senatu accepêre.* Hæc igitur de Senatûs consulti tempore è Dione. Formam quod attinet Proœmii, eam ex non dissimili mutuamur Senatûs consulto, jubente ratam esse sententiam ejusdem Cæsaris, apud *Jos. Antiq. lib.* 14. *cap.* 10. §.10. Πόπλιος Δολαβέλλας, Μάρκος Ἀντώνιος, ὕπατοι, λόγους ἐποιήσαντο· Περὶ ὧν δόγματι συγκλήτου Γάϊος Καῖσαρ ὑπὲρ Ἰουδαίων ἔκρινε . . . περὶ τούτων ἀρέσκειν ἡμῖν βέβαια γενέσθαι, κ. τ. λ.

(7) τῷ ἰδίῳ ἐπικρίματι, i. e. *propriâ Triumvirorum comprobatione.* Ecce illud ἐπίκριμα cujus exemplar Antonium rogârunt Aphrodisienses, Aphrodisiensibus verò miserat Antonius.

(8) Ὡ δικαίῳ καὶ ἡ δεισιδαιμονία [τὸ Ἐφε]σίας ἐστὶν ἐν Ἐφέσῳ, i. e. *quo jure*, *quâve religione* Deæ *Ephesiæ templum est in Ephesō.* *Deæ* dico Ephesiæ, quia præcessit Θεᾶς. Vetat enim lacunæ spatium nimis arctum ne legatur id quod mallem, Ἀρτέμιδος Ἐφεσίας. Cum verò eadem hîc Veneri Aphrodisiensi, ac Dianæ Ephesiæ, jura sint concessa; repetenda ea ex Strabone: quo auctore, Alexander Dianæ Ephesiæ templum stadii unius circuitu sacrum & inviolatum esse voluit. Huic aliquantum addidit Mithridates. Ast Antonius noster, tanto Ephesi honore post pugnam Philippicam exceptus, & urbis partem aliquam Asyli jure honestavit. Aucti sic Ephesii, unà cum Dianâ suâ Polymammiâ, tricipitinam illam Lepidi, Antonii & Octavii majestatem in ipsorum nummis signavêre: qualem unum è Vaillantii numism. Gr. huc accersimus; ad illustrandam inscriptionem nostram, qua non tantum tres Triumviri, sed & data Ephesiis jura memorantur. *vid. Strab. lib.* 14. *Appian de bell. civ. lib.* 5.

(9) τόπος ἄσυλος ἔστω, i. e. sacer in circuitu locus *jure Asyli esto.* En igitur, rem habemus, de quâ quæstio habita à Senatu est, & responsum redditum ab Aphrodisiensibus, juxta Taciti Annales, sub Tiberio.

Ad Monumentum Stratonicense Notæ.

(1) Τῇ τῶν προεστότων αὐτῆς μεγίστων θεῶν προνοίᾳ Χρυσαορέως Διὸς καὶ Ἑκάτης, *maximorum Deorum Chrysaoris Jovis & Hecates*, *urbis praesidum*, *providentiâ.* Dii Stratoniceæ Praesides Jupiter & Hecate ex Tacito aliisque noti; ex Strabone verò Chrysaoris Jovis apud Stratonicenses appellatio. Ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ Στρατονικέων δύο ἱερά, ἐν μὲν Λαγίνοις τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον . . . ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως τὸ τοῦ Χρυσαορέως Διός, κ. τ. λ. lib. 14. i. e. *Sunt autem in agro Stratonicensium templa duo*, *Hecates unum insignissimum in Laginis*, *alterum prope urbem Jovis Chrysaoris.* Hoc igitur Stratonicensis Jovis cognomento, ut notiore longè & celebratiore, lacunam nos implevimus: Quanquam in duabus, quas daturi sumus, Stratoniceæ urbis inscriptionibus, occurrant Διὸς Ῥεμβεινόδου, & Διὸς Σεράπεως, diversa ejusdem numinis cognomina. Quorum quidem Ῥεμβείνοδος poeticum quid & Deæ Triviæ cognatum sapere videtur. Non verò abnuerim, siquis Σεράπεως malit, legatque προνοίᾳ Σεράπεως Διὸς καὶ Ἑκάτης· At at quodcumque fuerit, à Christianis, ævo Theodosiano, Ethnica Deorum nomina non ferentibus, deletum arbitror.

Ἐυχα-

(2) Εὐχαριστεῖ Θεοῖς, i. e. *Diis gratias agit.* Notandum igitur in religione Ethnicâ vocabulum, quod videri poterat Chriſtianæ ferè proprium. Pari modo occurrit apud Polybium εὐχαριστία πρὸς Θεὺς, in marmore Adulitano εὐχαριστία [πρὸς] Θεὸν Ἄρη. *pag.* 81.

(3) Ἐπιφανεστάτοις Θεοῖς, i. e. *Diis præſentiſſimis*, non, uti vox primâ facie poſtulaverit, *inſigniſſimis, illuſtriſſimis.* Bene enim homines ἐπιφανεῖς *inſignes* dicantur & *illuſtres*, Dii propriùs & latiniùs *præſentes:* Unde Virgilianum,

Nec tam præſentes alibi cognoſcere divos.

Igitur ut Antiochus V. Syris ſuis Θεὸς Ἐπιφανής, ita Romanis Cæſar Auguſtus Deus *præſens* habebatur. Ubi ne quis dubitet de locutionis iſtius verâ causâ & origine, utramque ἐπιφανοῦς intentionem complexus eſt Ovidius, jurato ſic Auguſti numine,

Per te præſentem conſpicuumque Deum.

Hæc non parum faciunt ad intelligendam illam Chriſti, veri & magni Dei, ἐπιφάνειαν, quâ ejus παρουσίαν ſeu adventum D. Paulus non ſemel indigitavit: maximè ad Titum ſcribens, ii. 13. ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

(4) Ἐκ τινῶν εὖ γεγονότων παῖδας τριάκοντα, i. e. *triginta pueros clarè genitos, claris ortos parentibus.* Non aliter atque in ludis Romanis ſecularibus, de quibus Zoſimus lib. 2. Ἐν τῷ κατὰ παλάτιον Ἀπόλλωνος ἱερῷ τρὶς ἐννέα παῖδες ἐπιφανεῖς μετὰ παρθένων τοσούτων, οἱ πάντες ἀμφιθαλεῖς, ὅπερ ἐστὶν ἀμφοτέρους τοὺς γονεῖς ἔχοντες ΠΕΡΙΟΝΤΑΣ, ὕμνους ᾄδουσι τῇ τε Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων φωνῇ καὶ παιᾶνας, δι' ὧν αἱ ὑπὸ Ῥωμαίους σώζονται πόλεις, i. e. *in Apollinis æde Palatinâ ter novem illuſtres pueri cum totidem virginibus omnes utrinque florentes, hoc eſt, qui ambos parentes habent eminentiores, Græcâ Latinâque linguâ hymnos canunt & Pæanas, per quos ſubditæ Romanis urbes ſoſpitantur.* In quibus notabis, amice Lector, γονεῖς ἔχοντες προέχοντας id ipſum eſſe quod in lapide noſtro παῖδες εὖ γεγονότες, & in Horatiano carmine *Od.* iv. 6. *puerique claris patribus orti.* At Leunclavius Zoſimi interpres, & poſt eum Ludovicus Deſprez, commentator in ſeculare carmen Horatii, malè illud προέχοντας accepêre pro *ſuperſtites*; unde & vera vocis intentio, & inſtituti lex ipſa violata eſt. Vide, ſupra pag. 148. notam ad Σώματα τὰ προέχοντα, & pag. 127. citatum ex Euſtathio τῶν ξένων προέχοντας.

(5) Ἄσονται ὕμνον ὃν ἂν συντάξῃ Σώσανδρος, i. e. *decantabunt hymnum qualem compoſuerit Soſander*, ſcriba civitatis. Ita etiam & lege Secularium, ut inquit Zoſimus, ὕμνος ᾄδεται νεωστὶ πεποιημένος, i. e. *concinitur hymnus recens compoſitus.* Ergo ab Auguſto Cæſare, quo tempore Seculares ederet, id operis Horatio demandatum occaſionem dedit Hymno, ſive *Carmini Seculari*, tum recens condito; quod quidem Ethnicam Λιτανείαν non malè dixeris, ſive ſupplicationem communem, qualis in hoc pſephiſmate præcipitur, pro ſalute & incolumitate Populi Romani. Unde honorem ſibi præſumens, Poeta auguratus eſt, matronam aliquam Romanam aliquando ſic fors dicturam;

——Ego Diis amicum
Reddidi carmen, docilis modorum
Vatis Horatî. Od. iv. 6.

(6) Ἀναγράψαι . . . τὰ διαφέροντα τοῦ ψηφίσματος, i. e. *pſephiſmatis quæ potiora ſunt conſcribere.* Hæc nimirum i. e. magis principalem ejus partem, non verò integrum pſephiſma, conſcribi in templo Hecates juſſêre Stratonicenſes; brevitati credo, & loci commodo ſtudentes. Et aliàs equidem breviata fuiſſe hunc in modum pſephiſmata, exemplo eſt ſingularis antiquus lapis, qui inter cimelia Honoratiſſimi Oxoniæ Comitis loci dignitatem meruit, ſummo herois eruditiſſimi erga vigilias noſtras & bonas omnes literas favore, hos in uſus nunc conceſſus. Facit dictionis puritas, & prævia ſenatûs ante plebiſcitum factum conſultatio, ut Athenienſium eſſe ſtatuam; qui Trœzeni, Argolicæ civitati, cum de libertate ſua periclitaretur, auxilia ſubmiſerant. Defuncti eo periculo gratè rem recolunt Trœzenii, miſſo ad Athenienſes pſephiſmate, & Zenodoto auxiliatorum duce non mediocriter laudato. At Zenodotum civem ſuum novâ laude

de cumulant Athenienses, juxta proprium ipsorum in hoc lapide senatûs consultum, & repetitam è Trœzeniorum psephismate partem ejus principalem. Porrò secutum est istiusmodi senatûs consulto par omnino plebiscitum, ideoque in eodem lapide breviatum. Sed excidit aliquid ab initio, ex conjectura non difficili redintegrandum.

* * * * * * * * ΕΣ * *
(1) Ξ ΗΝΟΔΟΤΟΝΒΑΥΚΙΔΕΩΣΕΠΕΙΔΗΤΡΟ Ξ ΗΝΙΟΙΓΕ
ΓΡΑΦΑΣΙΝΕΝΤΩΙΨΗΦΙΣΜΑΤΙΤΩΙΠΡΟΣΤΗΝΠΟ
ΛΙΝΟΤΙΑΝΗΡΑΓΑΘΟΣΓΕΓΟΝΕΠΕΡΙΤΟΝΔΗΜΟΝ
ΤΟΝΤΡΟ Ξ ΗΝΙΩΝΚΑΙΚΑΤΑΚΑΙΡΟΝΑΦΙΚΟΜΕΝΟΣ
ΕΒΟΗΘΗΣΕΚΑΙΣΥΝΗΓΩΝΙΣΑΤΟΑΥΤΟΙΣΕΙΣΤΗΝ
(2) ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝΤΗΣΠΟΛΕΩΣΚΑΙΕΞΑΓΩΓΗΝ
ΤΗΣΦΡΟΥΡΑΣΑΞΙΩΣΤΗΣΤΕΠΑΤΡΙΔΟΣΚΑΙΤΗΣ
ΟΙΚΕΙΟΤΗΤΟΣΚΑΙΕΥΝΟΙΑΣΤΗΣΥΠΑΡΧΟΥΣΗΣ
ΤΗΙΠΟΛΕΙΠΡΟΣΤΡΟ Ξ ΗΝΙΟΥΣΚΑΛΕΣΑΙΔΕΑΥ[ΤΟΝ
ΚΑΙΕΙΣΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝΕΠΙΔΕΙΠΝΟΝ
ΕΔΟΞΕΤΩΙΔΗΜΩΙΙΑΤΡΟΚΛΗΣΠΥΘΙΩΝΟΣΕΙ[ΠΕ
ΤΑΜΕΝΑΛΛΑΚΑΘΟΤΙΗΒΟΥΛΗΕΨΗΦΙΣΑΤΟΤΟΔΕ
(3) ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΠΕΡΙΤΡΟ Ξ ΗΝΙΩΝΟΠΡΟΕΒΟΥΛΕΥ[ΣΑΤΟ
ΗΒΟΥΛΗΑΝΑΓΡΑΨΑΙΕΝΣΤΗΛΗΙΛΙΘΙΝΗΙΚΑΙΣ[ΤΗ
ΣΑΙΕΝΤΩΙΙΕΡΩΙΤΟΥΑΠΟΛΛΩΝΟΣΕΠΙΜΕΛΗ[ΣΑΣΘΑΙ
(4) ΔΕΤΗΣΑΝΑΓΡΑΦΗΣΤΟΥΣΕΞΕΤΑΣΤΑΣΤ[ΟΔΕ
ΑΝΑ]ΛΩΜΑΕΙΣΤΗΝΣΤΗΛΗΝΔΟΥΝΑΙΤ[ΟΝΤΗΣ
ΠΟΛΕΩΣΤΑΜΙΑΝ]

["Εδοξε τῆ Βουλῆ . . . . ἐπαινέσαι μὲν] Ζηνόδοτον Βαυκιδέως, ἐπειδὴ Τροιζήνιοι γεγράφασιν ἐν τῷ ψηφίσματι τῷ πρὸς τὴν πόλιν, ὅτι ἀνὴρ ἀγαθὸς γέγονε περὶ τὸν δῆμον τὸν Τροιζηνίων, καὶ κατὰ καιρὸν ἀφικόμενος ἐβοήθησε καὶ συνηγωνίσατο αὐτοῖς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς πόλεως, καὶ ἐξαγωγὴν τῆς φρουρᾶς, ἀξίως τῆς τε πατρίδος, καὶ τῆς οἰκειότητος, καὶ εὐνοίας τῆς ὑπαρχούσης τῆ πόλει πρὸς Τροιζηνίους· καλέσαι δὲ αὐ[τὸν καὶ εἰς πρυτανεῖον ἐπὶ δεῖπνον.
"Εδοξε τῷ Δήμῳ. Ἰατροκλῆς Πυθίωνος εἰ[πε. Τὰ μὲν ἄλλα καθότι ἡ βουλὴ ἐψηφίσατο. Τὸ δὲ ψήφισμα τὸ περὶ Τροιζηνίων, ὃ προεβουλεύ[σατο ἡ βουλὴ, ἀναγράψαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ, καὶ σ[τῆσαι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐπιμελή[σασθαι δὲ τῆς ἀναγραφῆς τοὺς ἐξετασὰς, τ[ὸ δὲ ἀνά]λωμα εἰς τὴν στήλην δοῦναι τ[ὸν τῆς πόλεως ταμίαν]

Placuit Senatui . . . . laudare quidem *Zenodotum Baucidis F. quoniam Trœzenii scripserunt in psephismate ad civitatem dato, quòd vir bonus fuerit erga Trœzeniorum civitatem, quodque in tempore adveniens lato iis auxilio opitulatus fuerit, ad liberandam civitatem, & educendum præsidium, pro patriæ suæ honore, proque necessitudine & benevolentiâ quæ civitati cum Trœzeniis intercessit: Quinetiam invitare ipsum in Prytaneum ad prandium.*
Placuit Populo: Iatrocles Pythionis F. sententiam dixit. Cætera quidem prout Senatus decrevit. Psephisma verò de Trœzeniis, quod Senatus prævio consulto dedit, in stelâ lapideâ conscribere; & reponere in templo Apollinis; scriptionis verò curam habere urbis inquisitores; sumptumque in stelam faciendum præbere ærarii præfectum.

(1) ΤΡΟΞΗΝΙΟΙ. Scriptura singularis pro ΤΡΟΙΞΗΝΙΟΙ, dum in τῷ Ξ antiqua perpendicularis linea præstat τοῦ ἰῶτα vicem. Sic etiam in æse è lapide est translatum inter Monumenta vetustatis Kempiana, ab eruditissimo R. Ainsworth descripta & illustrata, Londini, 1720. *pag.*43. Zenodotum nostrum patriâ fuisse Atheniensem tenore lapidis evincitur. Ne quem hic fortè subeat Zenodoti Trœzenii nomen, quem Historiæ scriptorem laudat Dionysius Halicarn. lib. 2. cap. 48.

(2) Ἐλευθερίαν. Sæpe à Medis, sæpe à Lacedæmoniis periclitati sunt de libertate Trœzenii. Toties verò servati Ἡλίου Ἐλευθερίου βωμὸν, i. e. *Solis Liberatoris aram dedicârunt.* Pausan. Corinth. cap.31.

(3) Προεβουλεύσατο. Harpocrationi προβούλευμα, τὸ ὑπὸ τῆς βουλῆς ψηφισθὲν, πρὶν εἰς τὸν δῆμον εἰσενεχθῆναι i. e. *à Senatu antea consultum quàm ad populum de eo referatur.* Auctore contra Æschinem Demosthene.

(4) Ἐξετασὰς· ita antiquitus à quibusdam vocabantur qui aliter Εὔθυνοι, Λογισαὶ, Συνήγοροι, i. e. *magistratus aliorum magistratuum rationibus examinandis præfecti.* Vide Arist. Polit. lib. 6. cap. 8. Ex his verò omnibus colligenda est non parva historici hujus marmoris & ætas & utilitas.

Ecce

Monumentum Ancyranum.

ECce, Lector, fidem liberavimus dato monumento Stratonicensi, quanquam non quale promisimus, Latino. Cùm enim Latinum istud (*pretia rerum venalium* exhibens) ævi sequioris fuerit; mutato consilio, Græcam ejusdem urbis huc accersimus inscriptionem, cæteris quæ præcessêre antiquitatibus & materia, & ætate, longè magis congruentem. Properamus igitur ad destinatam præsenti operi coronidem, celeberrimum marmor Ancyranum: in quo scripta Historia Augustæa parte quidem aliquâ secuta est, at parte aliâ, eâque longè majore, antecessit æram, ad quam collimavimus, Christianam.


Anno U. C. *766*, ætatis suæ *76*, administratæ verò reipublicæ *57*, mortuus est Augustus Cæsar, pacificator orbis, & Romani imperii nascenti jam Christo stator. Defuncti testamentum apud se depositum Virgines Vestales unà cum tribus æquè signatis voluminibus protulerunt. " De tribus istis voluminibus (inquit Suetonius) uno mandata de funere suo complexus est: altero, indicem rerum à se gestarum, quem vellet incidi in aheneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio, breviarium totius Imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantumque pecuniæ in ærario & fiscis, & vectigaliorum residuis". In ære igitur incisus est, sicut jusserat Augustus, rerum suarum index; præsumptâ quidem spe perennitatis, at certiore longè exitii periculo. Quæ enim secuta est barbaries, magis conflandi æris quàm legendæ historiæ studiosa, dum in ignobiliores usus metallum diffingit, quantum in se erat, acta Cæsaris abolevit. Actumque penitus fuisset de elegantissimo vitæ Augustææ breviario, ni devota ejus majestati numinique Ancyrana civitas desumptum inde exemplar marmoreis sex tabulis inscripserat. Hoc habuit in Galatiâ perfugium qui in Româ suâ stare & perennare non potuit Augusti honos. Sed & hîc quoque bipedum nequissimi, ob tantuli lucellum æris quo quadrati lapides figuntur, fœda multa vulnera monumento, quædam etiam & insanabilia intulerunt. Adeò mirè decepta est antiquitas, dum quodcunque olim optaverit cæteris longius perennaturum, æri id, potius quàm marmori, confisit. Etenim præ

lapideis pauciſſimæ hodiè ſuperſunt aheneæ inſcriptæ tabulæ. neque credibile eſt tot ex ære nummos effugere potuiſſe humanam avaritiam, ſi non in gremio Terræ matris per barbara iſta ſæcula latuiſſent, & ſub his noſtris politioribus argentum pretio ſuperâſſent.

Sed ordienda eſt hiſtoria monumenti; repetendumque quâ olim occaſione tranſiit ex Europâ in Aſianam continentem, quâque iterum fortunâ ex Aſianâ in Europæam rediit. Hunc in finem obſequar imperiis Joſephi Juſti Scaligeri, literarum ſuo tempore tyranni; qui in ſecuturis omnibus Ancyrani lapidis editionibus hæc prævie ponenda cenſuit. Verba ſunt ipſius Auguſti in edicto pro Judæis per Aſiam diſperſis, apud Joſephum, Antiq. lib. XVI. 6. *Τότε ψήφισμα τὸ δοθέν μοι ὑπ᾽ αὐτῶν, ὑπὲρ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας ἣν ἔχω πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ὑπὲρ* Γαΐου Μαρκίου Κενσωρίνου, *καὶ τοῦτο τὸ διάταγμα κελεύω ἀνατεθῆναι ἐν ἐπισημοτάτῳ τόπῳ γενηθέντι μοι, ὑπὸ τοῦ* Κοινοῦ *τῆς* Ἀσίας *ἐν* Ἀγκύρῃ (malè editur vulgò Ἀργύρῃ inquit Scaliger.) Ἐὰν *δέ τις παραβῇ τι τῶν προειρημένων, δώσει δίκην οὐ μετρίαν.* Ἐστηλογραφήθη *ἐν τῷ* Καίσαρος *ναῷ*. i. e. *Datum mihi à Judæis decretum de meâ quam erga humanum genus habeo pietate, deque Caio Marcio Cenſorino, unáque etiam præſens hoc edictum reponi jubeo in dicato mihi loco inſigniſſimo à Communi Aſiæ*; *ἐν* Ἀργύρῃ (ut habent vetera exemplaria; *ἐν* Ἀργυρῇ, hoc eſt *in argenteâ* aut *argentatâ tabulâ*, ut voluit Samuel Petitus; *ἐν* Ἀγκύρῃ autem, hoc eſt *in Ancyrâ*, ut ſtatuit magnus Joſephus Scaliger.) *Prædictorum verò ſiquis quid fuerit tranſgreſſus, pœnas dabit non mediocres. Columnæ inſcriptum fuit in templo Cæſaris.*

Hæc tum primùm Scaliger cùm ederet Emendationem Temporum; & Scaligero, cum hoc ipſum monumentum ederet, non ſine plauſu quodam, aſſentiens Caſaubonus. Hinc factum eſt, ut clariſſ. editores Hudſonus & Havercampius etiam in Joſephi textum emendationem illam Scaligeranam, quanquam non ſine notâ dubii, receperint. At nullâ mihi auctoritate perſuadebitur, figi potuiſſe longè in Galatiâ edictum ad Aſianos Judæos ſpectans, qui tum adeò frequentes Pergami, Smyrnæ, Epheſi, aliiſque Proconſularis Aſiæ civitatibus agitabant. Neque credam unquam dedicatum Cæſari Auguſto ab Aſiæ Communi templum alibi quàm intra Commune Aſiæ quærendum. Ergo decipiat, ſi quem poterit decipere, fortuita vocum ΑΡΓΥΡΗ & ΑΓΚΥΡΗ ſimilitudo. Quod ſi ſolicitanda fuerit vox ΑΡΓΥΡΗ, neque placuerit *ἐν* Ἀργυρῇ, cum Samuele Petito, interpre-

terpretari, verisimilior longè ratio suadebit, non jam ἐν ΑΓΚΥΡΗ, sed ἐν ΠΕΡΓΑΜΩ esse corrigendum. Pergami enim, neque alibi quàm Pergami, intra Commune Asiæ statutum est Augusto jam viventi templum. Unde Tiberius ad Senatum, *Divus Augustus*, inquit, *sibi atque urbi Romæ templum apud Pergamum sisti non prohibuit.* Tac. An. 4. c. 37. Templum ipsum, eo titulo sacra-



tum, in Latino Augusti nummo hìc inserto cernitur. Secutusque est ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ nummus, inscriptus ab anticâ parte ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ ΒΟΥΛΑΙΩ, à posticâ Μ. ΦΟΥΡΙΟΣ Ο ΙΕΡΕΥΣ ΚΑΙ ΑΣΙΑΡΧΗΣ, i. e. *Augusto Cæsari consiliorum præsidi M. Furius sacerdos & Asiarcha.* Cùm ergo in edicto pro Judæis Asianis, ad calcem sic legatur, *Columnæ inscriptum fuit in templo Cæsaris*, longè videtur manifestius templum Augusti Pergamenum, quàm Ancyranum per ista verba subindicari. Neque deligi fortasse poterat ad conservandas hasce Judæorum immunitates, insignior aliquis aptiorve, quàm templum Pergamenum, locus; quia Pergameni cum Hyrcano Judæo pontifice recentem amicitiam jam nuper inierant, vetustissimamque quandam cum Hebræâ gente, ab Abrahami usque temporibus, sunt testati. *Jos. Antiq. l.* 14.

Hæc necessariò præfati integrum nunc relinquimus Lectori, an rectà migrare velit in Scaligeri sententiam, an cum ratione ab eâdem penitus discedere. Cæterùm vera, ut opinor, translati in Ancyranum templum monumenti occasio hæc ferè fuit. Anno U. C. 728. mortuus est Galatiæ rex Amyntas, scriba olim Deiotari, ast ante decennium in ejus defuncti regnum ab Antonio suffectus. Tum verò Cæsar, qui alias multas nationes regibus eas possidentibus concesserat, Galatiam tamen negavit Amyntæ filiis; redactamque in provinciam, cum tribus ejus populis, Trocmis, Tolistoboiis, Tectosagis, misso à se M. Lollio pro prætore administrandam tradidit. Ex illo, quæ antea Tectosagorum seu urbs,

sed

ſeu caſtellum fuerat, in totius Galatiæ metropolim eſt evecta ; & Auguſta Tectoſagorum Ancyra, ab inſtauratore Cæſare Auguſto nominata eſt. Talem ſe tulit in inſcriptione, ex ſchedis D. *de Tournefort* & D. *Faure* in R. D. Montfauconii Palæographiam relatâ, *pag.* 162. Μητρόπολις τῆς Γαλατίας Σεβαςὴ Τεκτοσάγων Ἀγκύρα. Surgit interea novum urbis ornamentum, quod alii hodie Prytaneum conciliis epuliſque publicis deſtinatum, alii templum Auguſti fuiſſe autumant. Sed more antiquo utriuſque proculdubio uſum Ancyranis præſtitit---*Hoc illis curia templum*---ut de Laurentibus Virgilius cecinit,---*Hæc ſacris ſedes epulis*---Conſecrati Auguſto, non jam ab Aſiæ, ſed ab ſuo Galatiæ populo, poſtquam, ſtultiſſimâ per Romanum orbem adulatione, Deus haberi cœperat, certa credo, quamvis imperfecta memoria extat, hunc ad modum, ut videtur, reſarcienda.

ΓΑΛΑΤΩΝ Ο ΔΗΜΟΣ [ΙΕ
ΡΑΣΑΜΕΝΟΣ[ΚΑΙΣΑΡΙ
ΣΕΒΑΣΤΩΙ [ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ

Galatarum Populus ſacerdotio functus Cæſari Auguſto ſtatuit.

Hanc è ſchedis Tournefortianis templi conſecrationem diſcimus. Porrò vocatum fuiſſe Sebaſtêum, locumque ei primitùs extruendo dedicatum fuiſſe in ſuburbio, à Pylæmene regis Amyntæ filio, ſchedæ docent Fabrianæ ; quas dum ære numerato emit, emptaſque indignis modis corrupit, ſuas reverà fecit Paulus Lucaſius. Extant hodiè in Suburbio Ancyrano, Sebaſtêi ipſius parietibus inſcriptæ, & unà cum prioribus correctæ ſic leguntur. *Vide ſis Lucaſii Itiner. ſecund. Tom.* 1. *p.* 308, *& Montfauconii Palæograph. p.* 154.

ΕΠΙ Μ. ΛΟΛΛΙΟΥ ΠΥ
ΛΑΙΜΕΝΗΣΒΑΣΙΛΕΩΣΑΜΥΝ
ΤΟΥΥΙΟΣΔΗΜΟΘΟΙΝΙΑΝ
ΔΙΣΕΔΩΚΕΝΘΕΑΣΔΕΤΡΙΣ
ΕΔΩΚΕΝΑΓΩΝΑΓΥΜΝΙΚΟΝ
ΑΡΜΑΤΩΝΚΑΙΚΕΛΗΤΩΝΕ
ΔΩΚΕΝΟΜΟΙΩΣΔΕΤΑΥΡΟΜΑ
ΧΙΑΝΚΑΙΚΥΝΗΓΙΟΝΚΑΙΠΡΟΣ
ΠΟΛΙΝΤΟΠΟΥΣΑΝΙΕΡΩΣΕΝΟΠΟΥ
ΣΕΒΑΣΤΕΙΟΝΕΣΤΙΝΚΑΙΗΠΑΝΗΓΥ
ΡΙΣΓΕΙΝΕΤΑΙΚΑΙΟΙΠΠΟΔΡΟΜΟΣ
ΑΛΒΙΟΡΙΞΑΤΕΙΠΟΡΙΓΟΣΔΗΜΟΘΟ
ΙΝΙΑΝΕΔΩΚΕΝΑΝΔΡΙΑΝΤΑΣΑΝΕ
ΘΗΚΕΝΚΑΙΣΑΡΟΣΚΑΙΙΟΥΛΙΑΣ
ΣΕΒΑΣΤΗΣ

Ἐπὶ Μ. Λολλίου Πυλαιμένης βασιλέως Ἀμύντου ὑὸς δημοθοινίαν δὶς ἔδωκεν, θέας δὲ τρὶς ἔδωκεν, ἀγῶνα γυμνικὸν ἁρμάτων καὶ κελήτων ἔδωκεν, ὁμοίως δὲ ταυρομαχίαν καὶ κυνήγιον, καὶ πρὸς πόλιν τόπους ἀνιέρωσεν ὅπου Σεβαςεῖόν ἐςιν, καὶ ἡ πανήγυρις γείνεται καὶ ὁ ἱπποδρόμος. Ἀλβιόριξ Ατειπόριγος δημοθοινίαν ἔδωκεν, ἀνδριάντας ἀνέθηκεν Καίσαρος καὶ Ἰουλίας Σεβαςῆς.

Sub M. Lollio Pylæmenes regis Amyntæ filius populo epulum dedit, ſpectacula ter dedit, certamen gymnicum curribus & equis deſultoriis dedit, ſimiliter Tauromachiam & Cynegium ; & juxta urbem loca conſecravit, ubi Sebaſteum eſt, & Panegyris cum equorum curſu celebratur. Albiorix F. Ateporigis populo epulum dedit, ſtatuas dedicavit Cæſaris & Juliæ Auguſtæ.

Sequuntur

Sequuntur alia his ſimilia principum virorum munera, quæ vertentibus annis, & recurrente panegyri, ſive dedicationis Sebaſtêi die feſto, & data & inſcripta fuiſſe crederem. Ea habe, Lector, apud Lucaſium in Itinerario, & Montfauconium in Palæographiâ. At mecum interim recollige, Commune Galatarum propriam ſibi vendicâſſe hujus templi neocoriam; utque ſub Aſiarchâ factum eſt à Communi Aſiæ, ita Galatas ſub Pontifice ſuo Galatarchâ ſacra Auguſti adminiſtrâſſe: quem itidem *Sebaſtophantem*, hoc eſt, Auguſtalem Flaminem appellitabant. Ita fert inſcriptio, quam, poſt Douſanas chartas & Coſſonianas, perfectiorem longè reportavit Tournefortius, inſertam nunc Palæographiæ Montfauconii pag. 161. Τ.Φλ. Γαϊανὸν κ. τ. λ. Ἀρχιερέα τȣ̃ Κοινȣ̃ τῶν Γαλατῶν, Γαλατάρχην, Σεβαστοφάντην, κ̀ κτιστὴν τῆς μητροπόλεως Ἀγκύρας φύλη, κ. τ. λ. i. e. *Titum Flavium Caianum* tribus ſua honoravit, *Pontificem Communis Galatarum, Auguſtalem Flaminem, conditorem metropolis Ancyræ.*

Hoc templum his religionibus inſtructum non immeritò ſibi honorem arrogavit renovandi, conſervandi, & poſteritati ſanctiùs tradendi nobiliſſimi indicis Auguſtæi. Ergo dextrâ lævâque, triplici hinc illinc ſerie (curante proculdubio Proprætore & ab aheneis Romæ pilis in provinciam ſecum deferente) ante (1) pulcherrimum qualis hìc conſpicitur introitum, in marmoreos veſtibuli

(1) *pulcherrimum qualis hìc conſpicitur introitum*; de quo Tournefortius in Itinenerarii Orientalis Epiſtola xxi. à Monſeigneur le Comte de Pontchartrain. *Vous jugerez, Monſeigneur, de la beauté de cet edifice par le deſſein que vous m'avez ordonné d'en faire graver. Il etoit tout de marbre blanc à gros quartiers: & les encoigneures du Veſtibule, qui ſubſiſte encore, ſont alternativement d'une ſeule piece à angle, rentrant en maniere d'equerre, dont les côtez ont trois ou quatre pieds de long. Les pierres d'ailleurs ſont attachées enſemble par des crampons de cuivre, comme il paroit par les trous où ils etoient enchaſſez. Les maitreſſes murailles ont encore* 30 *ou* 35 *pieds de haut. Pour la façade, elle eſt intierement detruite. Il ne reſte plus que la porte par où l'on entroit du Veſtibule dans la maiſon. Cette porte qui eſt quarrée, a* 24 *pieds de haut ſur* 9 *pieds* 2 *pouces de largeur. Et ſes montans qui ſont chacun d'une ſeule piece, ſont epais de* 2 *pieds,* 3 *pouces. C'eſt à côté de cette porte qui eſt toute chargée d'ornemens, que l'on grava .... la vie d'Auguſte en beau Latin, & en beaux caracteres. L'inſcription eſt à trois colomnes à droite & à gauche: mais outre les lettres effacées tout eſt plein de grands trous, ſemblables à ceux qu'auroient pû faire des boulets de canon. Et ces trous, que les payſans ont fait pour arracher les crampons, ont emporté la moitié des caracteres. Les paremens de pierres ſont des quarrez barlongs fort propres, & d'un pouce de ſaillie. Sans compter le Veſtibule, cet edifice eſt dans œuvre de* 52 *pieds de long, ſur* 36 *pieds & demi de large. Il y reſte trois fenêtres grillées, de marbre à grands carreaux ſemblables à ceux de nos fenêtres.*



parietes eſt inciſus. Latuit tamen orbem eruditum, uſque dum, anno 1554,(2) Antonius Wrantzius Dalmata, vir conſultiſſimus, epiſcopus Agrienſis, & Latinarum decus elegantiarum Augerius Giſlenius Buſbequius, à Ferdinando Romanorum rege ad portam Othomanicam legati, primum omnium exemplar in Europam retulêre: ſed, magno literarum infortunio, per homines ſuos deſcriptum. Serò demum anno 1689, alterum repertum eſt(3) apographum

(2) *Antonius Wrantzius* &c. Hiſtoriam rei ipſo à Busbequio accipe, in legationis Turcicæ epiſt. prima, dat. Viennæ Auſtriæ Kal. Septemb. M DL IV. *Conſtantinopolim veni ad diem* xx. *Januarii ibique collegas reperi, quos dixi*, Antonium Wrantzium, & Franciſcum Zay.——" Ancyram venimus, manſione à Conſtantinopoli xix ——Hìc pulcerrimam vidimus inſcriptionem; & tabularum illarum, quibus indicem rerum à ſe geſtarum complexus eſt Auguſtus, exemplum. Id quatenus legi potuit, per noſtros homines tranſcribendum curavimus. Extat inciſum ædificii, quod olim fortaſſe prætorium fuerat, diruti & tecto carentis marmoreis parietibus; ita ut dimidia pars intrantibus ad dextram, dimidia ad ſiniſtram occurrat. Suprema capita ferè integra ſunt, media lacunis laborare incipiunt. Infima verò clavarum & ſecurium ictibus ita lacerata, ut legi non poſſint. Quod ſanè rei literariæ non mediocre damnum eſt à doctis meritò deplorandum.

Unum igitur idemque erat Apographum, quod Verantianum à quibuſdam dictum, ab aliis verò Busbequianum, editum eſt ab Andrea Schotto in ſcholiis ad Aurelium Victorem, & à Grutero cum Cluſii de eo epiſtolâ. pag. cc xxxiii. Acceſsêre poſtea notulæ à Lipſio, & largior à Caſaubono commentarius: ſolenne jamdudum ad Suetonii editiones additamentum.

(3) *Apographum inter poſtumas Danielis Coſſonii chartas.* De quo libellus extat, ab auctore mihi dono datus, editus Lugduni Batavorum anno 1693, inſcriptuſque *Memoria Coſſoniana*; hoc eſt Danielis Coſſonii vita breviter deſcripta; cui annexa eſt nova editio Monumenti Ancyrani; priore Aug. Buſbequii emendatior & auctior; cum notis Jacobi Gronovii. Sequitur Monumentum Ancyranum ad fidem utriuſque exemplaris reſtitutum: à Samuele Pitiſco, ad Suetonii ſui calcem iteratum.

graphum priore longè auctius & emendatius, inter postumas Danielis Cossonii, Hollandici mercatoris, chartas. Qui vir eximiâ probitate, & eruditione non vulgari celebratus, dum in villâ Hadgilarensi prope Smyrnam incomitatus fortè spatiaretur, per furiales duos ab Algerio sicarios miserè confossus periit.

Quantum autem Busbequianam superavit Cossoniana charta, à Tournefortianâ tantum ipsa superatur. Nam qui Orientem peragravit, jussu & peculio regis Ludovici XIV, eruditissimus vir *Jos. Pitton de Tournefort*, aditâ an. 1701. Ancyrâ, optimum omnium exemplar è parietinis ipse tabulis descripsit. Et exitu ejusdem anni, (4) Smyrnam ab Ancyrâ petens, cum illic me offenderet jam tum hujusmodi deliciis nimio plus gaudentem, humanissimè mihi dono dedit exceptam manu propriâ inscriptionem; cum editis aliquando conferendam, typisque, si res ita ferret, evulgandam. Idem acriter hortatus est cl. Jac. Gronovius, chartæ Cossonianæ editor, cùm in patriam per Lugdunum Batavorum redux, anno 1703, ad eum salutatum viseram. Etenim monumenti à se exculti insigne adeo auctarium non illætus vidit, ultroque mecum alia multa Cossoniana, quæ non sunt hujus loci, communicavit. Memor itaque promissæ Heroibus duobus operæ, jam tandem quicquid reliquum fuit, ineunte præsenti seculo, universæ inscriptionis Ancyranæ, ad sacra Historicorum defero: Atque ita quidem, ut versiculi versiculis, lacunæ lacunis, mutilata verba mutilatis, ut sanctè mihi affirmavit Tournefortius, accuratissimè respondeant. Quod nisi fieret, vix ullæ tentari poterant, citra turpissimæ hallucinationis periculum, aut emendationes, aut supplementa. Neque insuper habui schedas, quæ olim pulcherrimæ erant, *Fabrianas*; quanquam in Itinerario isto *Lucasiano* interpolatione ferè pepetua vitiatas. Sciant enim antiquitatum studiosi Dominum . . . *la Fabre* (seu *Faure* ut loquuntur Provinciales) eruditulum mercatorem Gallum, Ancyræ aliquot annos commoratum, nitidius solito exemplar opportunis sibi horis descripsisse; amicisque suis, Smyrnæ postea degentem, humaniter ejus copiam fecisse. At (5) Pau-

(4) *Smyrnam ab Ancyrâ petens cùm illic me offenderet*, &c. Cujus & ipse meminit Tournefortius, Epistola xxii. ubi de Smyrnâ agit, edit. Lugd. Tom. 3. pag. 377.

(5) *Paulus Lucasius, empto à defuncti viduâ exemplari isto Ancyrano*, &c. Probè hoc novit, & illustrissimo Cos. Sherardo, sciscitanti de exemplari Fabriano, sæpius à se viso & tractato, sic retulit vir bonus & eruditus, Rev. P. Jerothêus, Collegii Capucinorum fratrum Smyrnæ tum præpositus, anno nempe, 1706.

lus

8

lus Lucasius, emptis à defuncti viduâ chartis Græcis & Latinis, interque eas exemplari isto Ancyrano, orbi quidem illud, in patriam suam reversus, sed inerudito venditavit. Nemo enim paulo doctior aut prudentior chartæ adeo interpolatæ, suspectæ & pro nulla habitæ aut mentem advertere aut fidem adhibere sustinuerit. Inerant tamen non pauca, quæ penitiùs excussa, exactiùs trutinata, & cum Tournefortianis sedulò collata, egregio in his nunc edendis usui fuerunt. Sensum intra lacunas breviores verosimiliter continuatum dedi: sicubi prompta occurrerent & præsentia à Criticâ, à Grammaticâ, atque ab ipsis insuper historiis subsidia. Ita tamen ut optaverim Lectorem suo in his judicio, suoque ingenio niti.

RERVM.GESTARVM.DIVI.AVGVSTI.QVIBVS.ORBEM.TERRARVM.IMPERIO . POPVLI . ROM . SVBIECIT.ET.IMPENSARVM.QVAS.IN.REMPVBLICAM.POPVLVMQVE. ROMANVM.FECIT. INCISARVM.IN . DVABVS . AHENEIS. PILIS . QVAE. SVNT.ROMAE.POSITAE.EXEMPLAR. SVBIECTVM .

Tabula prima intrantibus à lævâ.

ANNOS . VNDEVIGINTI . NATVS . EXERCITVM . PRIVATO . CONSILIO . ET . PRIVATA . IMPENSA
COMPARAVI . PER . QVEM . REMPVBLICAM . *obs*TINATIONE . FACTIONIS . OPPRESSAM
IN . LIBERTATEM . VINDICAVI . *Sena*TVS . DECRETIS . HONORIFICIS . *ornatus* . IN . *eum*
ORDINEM . SVM . *adlectus a* CONSVLIBVS . *inter consulares ut sententiam dice*
REM . LOCVM*que* . *et* IMPERIVM . MIHI . DEDIT . RESPVBLICA . V*ti* . PRAETORI . SIMVL . CVM
CONSVLIBVS . IR*tio et Pansa. Huic* AVTEM . EODEM . ANNO . ME . *suffectum*
CONSVLEM . *cum edi*DISSET . ET . TRIVMVIRVM . REIPVBLICAE . CONSTITVE*ndae*
QVI . PARENTEM . *coni*V*rati occidissent* IN . EXILIVM . EXPVLI . IVDICIIS . LEGI-
TIMIS . VLTVS . POSTEA . BELLVM . INFERENTIS . REIPVBLICAE . . . .
. . . .
ARMA . TERRA . MARIQVE . . . . . *sig*NAQVE . TOTO . ORBE . TERRARVM . *circumtuli*
VICTORQVE . OMNIBVS. *supplicib*VS . CIVIBVS . PEPERCI . *et in* EXIL*io sponte sua de-*
GENTES . QVIBVS . TVTO . *liceret* . SERVARI . QVAM . EXCIDERE . M*alui* . . . . .
MILLIA . CIVIVM . ROMA*norum adacta* SACRAMENTO . MEO . FVERVNT . CIRCITER . *quingen-*
TA . EX . QVIBVS . DEDV*xi in colonia*S . AVT . REMISI.IN.MVNICIPIA . SVA . STIPEN*diis solu-*
TIS . MILLIA . ALIQVANTO . *plus qua*M. TRECENTA . ET . IIS . OMNIBVS . AGROS . A*dsignavi*
AVT . PECVNIAM . PROP*riam ex* . ME.DEDI7 *Longas* NAVES .CEPI . SESCEN*tas . praeter ali-*
AS . SIQVAE . MINORI*s quam trir*EMES . FVERVNT7
BIS . OVANS . TRIVMPHA*vi tris egi cu*RVLIS . TRIVMPHOS . ET . APPELLA*tus sum viciens et*
*se*MEL . IMPERATO*r. cumque plu*RIS . TRIVMPHOS . MIHI . SE*natus decrevisset iis tamen*
*agendis su*PERSEDI . *et tantummodo lau*RVS . DEPOSVI . IN . CAPITOLIO. *Delmatis et Illur-*
iis QVOQVE . BELLO . NVNC . *perdomi*TIS . OB . RES . A*ut ductu meo aut per lega-*
TOS . AVSPICIIS. MEIS.TERRA . MARIQVE . PROSPERE . GESTAS . Q*vaesitamque bello re-*
QVIEM . DECREVIT . SENATVS . SVPPLICANDVM . ESSE . D*i*S . IMMO*rtalibus* . . . .
. . . QVO . *ex* SENATVS . CONSVLTO . SVPPLICATVM . EST . IN . DEO*rum* . . . .
. . . . . . VO . . . . VM . REC . . . . AVT . R . . . . .
. . . . AM . TER . DECIENS . . . .
. . . . . AE . POTES . . . .
. . . . ME . IA . . . .
. . . . Cætera huic Tabulæ inscripta cuncta penitus evanuerunt.

Tabula secunda à lævâ.

PATRITIORVM . NVMERVM . AVXI . CONSVL . QVINTVM . IVSSV . POPVLI . ET . SENATVS . SENATVM. TER. LEGI. ET. IN. CONSVLATV. SEXTO. CENSVM. POPVLI. CONLEGA. M. AGRIPPA. EGI LVSTRVM . POST . ANNVM . ALTERVM . ET . QVADRAGENSIMVM .FECI.QVO.LVSTRO. CIVIVM . ROMANORVM . CENSA . SVNT . CAPITA . QVADRAGIENS . CENTVM . MILLIA . ET SEXAGINTA . TRIA . MILLIA . *Alter*VM . CONSVLARI . CVM . IMPERIO . LVSTRVM *censumque* SOLVS . FECI . CENSORIN*o et* ASINIO . COS . QVO . LVSTRO . CENSA . SVNT CIVIVM . ROMANORVM . *capita* QVADRAGIENS . CENTVM . MILLIA . ET . DVCENTA . TRIGINTA . TRIA . *Millia* . *Terti*VM . CONSVLARI . CVM . IMPERIO . LVSTRVM CONLEGA . TIB . CA*esare feci* SEX . POMPEIO . ET . SEX . APPVLEIO . COS . QVO . LVSTRO . ET*iam censa sunt Ro*MANORVM . CAPITVM . QVADRAGIENS . CENTVM . MI*llia tr*IGINTA . ET . SEPTEM . MILLIA

LEGIBVS . NOVIS *latis e*XEMPLA . MAIORVM . EXOLESCENTIA . *revocavi, et fugientia* IAM . EX . NOS*tro conspectu* AVITARVM . RERVM . EXEMPLA . IMITANDA . *proposui*7 . . . . . . ATVS . ET . SACERDOTES . . . . V . TIS . . . . EFEC . . . . QVATTVOR . AMPLISSIMA . COLLE*gia* . . . . . . MPEIAM . ET . MVNICIPI . . . M . VNI . . . . . . APVD . OMNIA . PVLVINARIA . PRO . VALE*tudine* . . . . . . VSVM . EST . IN . SALIARE . CARMEN . ET . SACROSAN . . . . . VO . . . EREA . . . TRIBVNICIA . POTESTAS . MIHI . . . . . . MVS . . . ITER . M . IN . . . . *populo* SACERDOTIVM . DEFERENTE . MIHI . QVOD . PATER . MEVS . *procuravit suscepi id* SACERDOTIVM . ALIQVOD . POST . ANNOS EO . MOR*tuo qui post patrem meum illud pro*CVRAVERAT . CVNCTA . EX . ITALIA . . . . *valet*VDINE . QVANTA . ROMAE . NVN*quam* . . . . *P. Sulp*ICIO . C . VALGIO . CONSVLIBVS . . . . *ae*DIS . HONORIS . ET . VIRTVTIS . AD . *mem*ORIAM . . . *s*ENATVS . CONSACRAVIT . IN . QVA . PON . . . . *a*NNIVERSARIVM . SACRIFICIVM . FACERE . . . . R . . . T . . . IN . VRBEM . EX . . . . AVIT . . . . PARS . . . . ET . PRIN . . . . . . A . MIHI . . . . . . ONOS . . . . . RAE . . . . *res in Hispa*NIA . GAL*liaque pro*VINCIIS . PROS*pere* . . . . NEP . QV . . . . . ARAM . . . . *pro* REDITV . MEO . CO*nsacrari ut* AD . EAM . . . . MAGISTRATVS . ET . SAC . . . . IVM . . C . . P . . . . CVSSVM . ESS . . . . *per* . TOTVM . I*mperium* POPVLI . ROMANI . *parta est terra marique* PAX . CVM*que a condita urbe* . I*anum Quir*INVM BIS . OMNINO . CLAVSVM *fuis*SE PRODATVR . EVM . *Senatus* PER . ME . PRINCIPEM . *ter* CLAVDENDVM . ESSE . *jussit*7

Inter filios MEOS . QVOS . SIN*istra fors* MIHI . ERIPVIT . EORVM . CAIVM . ET.LVCIVM.CAESARES . . . .

Tabula tertia à lævâ.

HONORIS . MEI . CAVSA . SENATVS . POPVLVSQVE . ROMANVS. ANNVM. QVINTVM.ET.DECIMVM . AGENTIS . CONSVLES . DESIGNAVIT . VT. EVM.MAGISTRATVM.INIRENT.POST.QVINQVENNIVM. ET. EX. EO. DIE. QVO. DEDVCTI. SVNT. IN. FORVM. VT. INTERESSENT . CONSILIS PVBLICIS . DECREVIT . SENATVS . EQVITES . AVTEM . ROMANI . VNIVERSI . PRINCIPEM IVVENTVTIS . VTR*umq*VE *eo*RVM . PAR*mis e*T . HASTIS . ARGENTEIS . DONATVM . APPELLAVERVNT7

PLEBEI . ROMANAE . VIRITIM . *S*S . TRECENOS . NVMERAVI . EX . TESTAMENTO . PATRIS MEI . ET . NOMINE . MEO . QVADRINGENOS . EX . BELLORVM . MANIBIIS . CONSVL QVINTVM . DEDI . ITERVM . AVTEM . IN . CONSVLATV . DECIMO . EX . PATRIMONIO

MEO . IIS . QVADRINGENOS . CONGIARI . VIRITIM . PERNVMERAVI . ET . CONSVL
VNDECIMVM . DVODECIM . FRVMENTATIONES . FRVMENTO . PRIVATIM . COEMPTO
EMENSVS . SVM . ET . TRIBVNITIA . POTESTATE . DVODECIMVM . QVADRINGENOS
NVMMOS . TERTIVM . VIRITIM . DEDI . QVAE . MEA . CONGIARIA . PERVENERVNT
*ad sestert*IVM . MILLIA . NVNQVAM . MINVS . QVINQVAGINTA . ET . DVCENTA7
TRIBVNITIAE . POTESTATIS . DVODEVICINSIMVM . CONSVL . XII.TRECENTIS. ET.VIGINTI
MILLIBVS . PLEBEI . VRBANAE . SEXAGENOS . DENARIOS . VIRITIM . DEDI
ET . CVOIVIS . MILITVM . MEORVM . CONSVL . QVINTVM . EX . MANIBIIS . VIRITIM
MILLIA . NVMMVM . SINGVLA . DEDI . ACCEPERVNT . ID . TRIVMPHALE . CONGIARIVM
IN . CO*loniis* . HOMINVM . CIRCITER . CENTVM . ET . VIGINTI . MILLIA7 CONSVL . TER
TIVM. DECIMVM . SEXAGENOS . DENARIOS . PLEBEI. QVAE. TVM. FRVMENTVM. PVBLICVM
ACCEPERVNT. DEDI. EA. MILLIA. HOMINVM . PAVLO. PLVRA . QVAM. DVCENTA. FVERVNT
PECVNIAM . *pro* AGRIS . QVOS. IN . CONSVLATV. MEO. QVARTO . ET . POSTEA. CONSVLIBVS
M. Crasso et CN. LENTVLO . AVGVRE . ADSIGNAVI . MILITIBVS . SOLVI . MVNICIPIS7EA
SESTERTIVM . CIRCITER . SEXSIENS . MILLIENS . FVIT . QVAM . *ex* COLLATIONIBVS . *pro*
PRAED*iis* NVMERAVI . ET . CIRCITER . BIS . MILLIENS.ET.SESCENTIENS.QVOD.PRO.AGRIS
PROVINCIALIBVS . SOLVI7 ID . PRIMVS . ET . SOLVS . OMNIVM . QVI . DEDVXERVNT
COLONIAS . MILITVM . IN . ITALIA . AVT . IN . PROVINCIIS . AD . MEMORIAM , AETATIS
MEAE . FECI . ET . POSTEA. *Ti.* NERONI. ET.CN.PISONI.CONSVLIBVS.ITEMQVE.C.ANTISTIO
ET.D.LAELIO.COS.ET.C.CALVISIO.ET. L.PASIENO. CONSVLIBVS. ET. *Lentulo et* MESSALINO
CONSVLIBVS . ET . L . CANINIO . ET . Q . FABRICIO . CONSVLIBVS . *veteranis quos* . EME
RITEIS . STIPENDIS . IN . SVA . MVNICIP*ia reduxi* PRAEM*ia aere num*ERATO
PERSOLVI . QVAM . IN . REM . SEST*ertium* MILL . . . .
IMPENDI7

QVATER . PECVNIA . MEA . IVVI . AERARIVM . ITA . VT . SESTERTIVM . MILLIENS . ET
QVINQVIENS . AD . EOS . QVI . PRAEERANT . AERARIO . DETVLERIM . ET . M. *Aemilio*
ET . L. ARVNTIO . COS . IN . AERARIVM . MILITARE . QVOD . EX . CONSILIO . . . .
CO*nstitu*TVM . EST . EX . *quo* PRAEMIA . DARENTVR . MILITIBVS . QVI . VI*ginti*
stipendia EMERVISSENT . HS . MILLIENS . ET . SEPTINGENTI*ens Tib. Caesaris*
*nomine et m*EO . DETVLI. . . . .
. . *quo* . CN . ET . P. LENTVLVS . *cons*VLES . FVERVNT . CVM . D. . CERENT . . .
. . . . . CENTVM . MILLIBVS . HOMINVM . . . . IBVS . . . . O . FRV . . . . .

Tabula prima à dextrâ.

CVRIAM . ET . CONTINENS . EI . CHALCIDICVM . TEMPLVMQVE . APOLLINIS . IN
PALATIO . CVM . PORTICIBVS . AEDEM . DIVI . IVLI . LVPERCAL . PORTICVM . AD . CIR
CVM . FLAMINIVM . QVAM . SVM . APPELLARI . PASSVS EX . NOMINE . EIVS . QVI . PRI
OREM . EODEM . IN . SOLO . FECERAT . OCTAVIAM . PVLVINAR . AD . CIRCVM . MAXIMVM
AEDES . IN . CAPITOLIO . IOVIS . FERETRI . ET . IOVIS . TONANTIS . AEDEM . QVIRINI
AEDES . MINERVAE . ET . IVNONIS . REGINAE . ET . IOVIS . LIBERTATIS . IN . AVENTINO
AEDEM . LARVM . IN . SVMMA . SACRA . VIA . AEDEM . DEVM . PENATIVM . IN . VELIA
AEDEM . IVVENTATIS . AEDEM . MATRIS . MAGNAE . IN . PALATIO . FECI7

CAPITOLIVM . ET . POMPEIVM. THEATRVM. VTRVMQVE. OPVS. IMPENSA. GRANDI. REFECI
SINE . VLLA. INSCRIPTIONE . NOMINIS . MEI7 RIVOS . AQVARVM . COMPLVRIBVS . LOCIS
VETVSTATE . LABENTES . REFECI . ET. AQVAM . QVAE.MARCIA.APPELLATVR.DVPLICAVI
FONTE . NOVO . IN . RIVVM . EIVS . IMMISSO7 FORVM . IVLIVM . ET . BASILICAM
QVAE . FVIT . INTER . AEDEM . CASTORIS . ET . AEDEM . SATVRNI . COEPTA . PROFLIGATA
QVE . OPERA . A PATRE. MEO . PERFECI . ET . EANDEM . BASILICAM . CONSVMPTAM.IN
CENDIO . AMPLIATO . EIVS . SOLO . SVB . TITVLO . NOMINIS . FILIORVM . *meorum* INCO
HAVI . ET . SI . VIVVS . NON . PERFECISSEM . PERFICI . AB . HEREDIBVS . *meis jussi*
DVO . ET . OCTOGINTA . TEMPLA . DEVM . IN . VRBE . CONSVL
. . . . REFECI . NVLLO . PRAETERMISSO . QVOD . *eo* TEMP*ore* . . . . . .
. . . . MV . . M . . . IRVMINEA . A . . . . . . BI . . . .
. . . . . PRAETER . . . . IVME . LINV . . LVM . . . .

PRIVATO . SOLO . *dedicato* MARTIS . VLTORIS . TEMPLVM . FORVMQVE . AVGVSTVM . ET
THEATRVM . AD . AEDEM . APOLLINIS . IN . SOLO . MAGNA . EX . PARTE . A*d . id* . . . .
EMPTO . FECI . QVOD . SVB . NOMINE . M . MARCELLI . GENERI . NITESCIT7 DONA *ex*
MANIBIIS . IN . CAPITOLIO . ET . IN . AEDE . DIVI. IVLI. ET. IN.AEDE.APOLLINIS.ET.IN.AE

DE

DE . VESTAE . ET . IN TEMPLO . MARTIS . VLTORIS . CONSACRAVI . QVAE . MIHI . CONSTI
TERVNT . HS. CIRCITER . MILLIENS7 AVRI . CORONARI . PONDO . TRIGINTA . ET . QVIN
QVE . MILLIA . MVNICIPIIS . ET . COLONIS . ITALIAE . CONFERENTIBVS . AD.TRIVMPHOS
MEOS . QVINTVM . CONSVL . REMISI . ET . POSTEA . QVOTIENSCVMQVE . IMPERATOR. AP
PELLATVS . SVM . AVRVM . CORONARIVM . NON . ACCEPI . DECERNENTIBVS . MVNICIPIIS
ET . CON*ferentibus quae tunc* ADQVE . ANTEA . DECREVERANT7 . . . . .
*mu*NVS . GLADIATORIVM . DEDI . MEO . NOMINE . ET . QVINQVIENS . FILIORVM . MEO
RVM . AVT . NEPOTVM . NOMINE . QVIBVS . MVNERIBVS . PVGNAVERVNT . H*ominum*
circiter DECEM . MILLIA . . . . BIS *dedi f*ERARVM . VNDIQVE . ACCIN*ctarum*
. . . . . . *specta*CVLA . PRO*prio meo* NOMINE . ET . TERTIVM . NEPO*tum* . . .
. . *Ludos* FECI . MEO . NOMINE . QVATER . ALIORVM . AVTEM . M*agistratuum*
*absenti*VM . TER . ET . VIGIENS . . . . . . *in colle*GIO XV. VIRORVM . MAGI*ster ad-*
lecto in COLLEGIVM . M. AGRIPPA . . . PER. QV*inde*CIM *viros* . C. FVRNIO . C. SILANO.COS.
quintos feci LVDOS . *saeculares nulli vivorum visos ante* ID . TEMPVS . DEINDE . . .
. . . . *Venationes bestia-*
RVM . AFRICANARVM . MEO . NOMINE . ET . FILIORVM . MEORVM. ET. NEPOTVM. IN. CIR
CO. AVT. IN. FORO. AVT. IN. AMPHITHEATRIS. POPVLO. DEDI.SEXIENS.ET.VIGIENS.QVIBVS
CONFECTA . SVNT . BESTIARVM . CIRCITER . TRIA . MILLIA . ET . QVINGENTAE7
NAVALIS . PROELI . SPECTACVLVM . POPVLO . DEDI . TRANS . TIBERIM . IN . QVO . LOCO
NVNC . NEMVS . EST . CAESARVM . CAVA*to solo in longitudinem mille*
ET . OCTINGENTOS . PEDES . IN . LATITVDINE . *mille erant et* DVCENTI . IN . QVO . TRI
GINTA . ROSTRATAE . NAVES . TRIREMES . *et quadrirem*ES . PLVRIS . AVTEM
MINORES . INTER . SE . CONFLIXERVNT . *Atticis et Persicis* CLASSIBVS . PVGNAVE
RVNT . PRAETER . REMIGES . MILLIA *hominum trigin*TA . CIRCITER7
IN . TEMPLIS . OMNIVM . CIVITATIVM . P*rimarum Europae* ET . ASIAE . VICTOR . ORNA
MENTA . REPOSVI . QVAE . SPOLIATIS . TEMP*lis is cum* QVO . BELLVM . GESSERAM
PRIVATIM . POSSEDERAT . *Meae* STATVAE . PEDESTRES . ET . EQVESTRES . ET . IN
QVADRIGEIS . ARGENTEAE . STETERVNT . IN . VRBE . XXC. CIRCITER . QVAS . IPSE
SVSTVLI . EXQVE . EA . PECVNIA . DONA . AVREA . IN . AEDE . APOLLINIS . MEO . NOMI
NE . ET . ILLORVM . QVI . MIHI . STATVARVM . HONOREM . HABVERVNT . POSVI .

Tabula secunda à dextrâ.

MARE . PACAVI . A . PRAEDONIBVS7 EO . BELLO . SERVORVM . QVI . FVGISSENT . A . DO
MINIS.SVIS.ET.ARMA.CONTRA.REMPVBLICAM.TVLERVNT . *trigin*TA. FERE. MILLIA. CAPTA
DOMINIS . AD . SVPPLICIVM . SVMENDVM . TRADIDI7 IVRAVIT . IN . MEA . VERBA . TOTA
ITALIA . SPONTE . SVA . ET . ME *pro* . VICT*is ducibus* DVCEM . DEPOPOSCIT7 IVRA
VERVNT . IN . EADEM . *verba Gal*LIAE . *Hisp*ANIAE . A*fri*CA . SICILIA . SAR
DINIA . QVI . . . . . . VE . . . . . . *Sena*TORES . PLVRES
QVAM . DCC . IN . . . . CONSVLIBVS . FACTI . SVNT . AD . EVM . DIEM
QVO . SCRIPTA . SVNT . . . . CIRCITER . CLXX7
OMNIVM . PROVINCIARVM . . . . QVIBVS . FINITIMAE . FVERVNT
GENTES . QVAE . N*ondum subjectae erant Pop. Romano*. FINES.AVXI . GALLIAS . ET. HISPA
NIAS . PROVINCIA*sque* . . . . . . *quas allui*T . OCEANVS . A . GADIBVS . AD . OSTI
VM . ALBIS . FLVMINIS . . . . *ab usque regi*ONE . EA . QVAE . PROXIMA . EST . HA
DRIANO . MARI . *armis perlustravi* . NVLLI . GENTI . BELLO . PER . INIVRIAM
INLATO7 *classis Romana* . . . . . AB . OSTIO RHENI . AD . SOLIS . ORIENTIS . RE
GIONEM . VSQVE . AD . *orbis extrem*A . NAVIGAVIT . QVO . NEQVE . TERRA . NEQVE
MARI . QVISQVAM . ROMANORVM . ANTE . ID . TEMPVS . ADIT7 CIMBRIQVE . ET. CHARIIDES
ET. SEMNONES. ET. EIVSDEM. TRACTVS. ALII. GERMANORVM. POPVLI.PER.LEGATOS.AMICI
TIAM . MEAM . ET . POPVLI.ROMANI . PETIERVNT7 MEO. IVSSV. ET.AVSPICIO. DVCTI.SVNT
duo EXERCITVS . EODEM.FERE.TEMPORE. IN. AETHIOPIAM. ET.IN.A*rab*IAM. QVA. EA. *tem-*
pestate . . . .
. . . ESAE . SVNT . IN . SICILI . . . . . . SAT . TI . . IN . . ET . H . . . . VS . . . .
DV . . NI . . B . . . .
. . . NES . . ABAE . . . .
. . . PIVM . . . MAM AD . . . . . . *Arme*NIAM . *ma*IOREM . INTER
FECTO . REGE . EIVS . ARTAX*ia* . . M . POSSE . . . . MA . . . .
NOSTRORVM . EXEMPLO . REGI . . M . ID . . . . *in potesta-*
TEM .

TEM . TIGRANIS . REGIS . PER . *Ti. Ne*RO*nem diademate ejus capiti imposito transtuli Arme*NIAM . GENTEM . POSTEA . I*nquietam* GENTEM . ET . REBELLANTEM . D*omitam* PER.CAIVM . FILIVM . MEVM ; REGI . ARI*obarzani gubernandam et frenan*DAM . TRADIDI . ET . POST . E*jus* M*ort*EM. FILIO. EIVS.ARTAVASDI.QVO*dam jure Ariobarza*NE. QVI. ERAT. EX. REGIO. GENERE. ARMENIORVM.ORIVNDVS.IN.ID.REG*num deducto*7 PROVINCIAS . OMNIS . QVAE . TRANS . HADRIANVM . MARE . VERGVNT . *et Ponticas Asia*NASQVE . IAM . EX . PARTE . MAGNA . REGIBVS . EAS . POSSIDENTIBVS. *concessi*7*Siciliam et* SARDINIAM . OCCVPATAS . BELLO . SERVILI . RECIPERAVI7

COLONIAS . IN . AFRICA . SICILIA . *Mace*DONIA . VTRAQVE . HISPANIA . *in Gallia Comata et* GALLIA . NARBONENSI . PR*aeter praesi*DIA . MILITVM . DEDVXI7 ITALIA . AVT*em coloni*AS . QVAE . VIVO ; ME . CELEBERRIMAE . ET . FREQVENTISSIMAE . FVERVNT . *iixxx.* DEDVCTAS . HABET7

SIGNA . MILITARIA . COMPLVRA . *per nostros duc*ES . AMISSA . DEVICTIS *legionibus, recepi* EX . HISPANIA . ET . GEN*tibus Delm*ATEIS7 PARTHOS . TRIVM . EXERCITVVM . ROMANORVM . SPOLIA . ET . SIGNA *restituere* MIHI . SVPPLICESQVE. AMICITIAM.POPVLI.ROMANI PETERE . COEGI . EA . AVTEM . SIGNA . IN. PENETRALI.QVOD.EST.IN.TEMPLO.MARTIS.VITORIS. REPOSVI7

PANNONIORVM . GENTES . QVAS . ANTE . ME . PRINCIPEM.POPVLI.ROMANI.EXERCITVS.NVNQVAM . ADIT . DEVICTAS . PER . TI . CAESAREM . QVI . TVM . PRAEER*at exercitibvs* IMPERIO . POPVLI . ROMANI . SVBIECI . PROTVLIQVE . FINES *imperii ad Istri* FLVMINIS *ripam* . . . QVOD . A . V . . . . . . VS . EXERCITVS . . EIS . . . . SPRO . . . . . A . . . . TVSQVE . . . . ; POS . . . . VCIVS . . . . . . GENTES . I . . . .

AD . ME . EX . IND*ia* . . . . APVD QV . . . . Q . . . . M . NOSTRAM . . . . PER . LEGA*tos* BASTARNARVM . . . N . . . . ET . SAR*matar*VM . . . . . . TANAIMQVE . VLTRA . REC . . . . . RVMO . . . REX . ET . HIBER . . . . .

AD . ME . SVPPLICES . CONFVGE*runt* REGES . PARTHORVM . TIRIDA*tes* . . .

Tabula tertia à dextrâ.

REGIS . PHRATIS (*sic*) . . . . . . MEDORVM . . ARTA . . . . RES . BRITANN . . . . DAMNO . BELLA . . . ET . TIM . . . ORVM MAELO . MAR . OMANORVM . SVEBO . F . . . . *Rex* PARTHORVM PHRATES (*sic*) ORODIS . FILIVS . FILIOS . SVOS . NEPO*tesque misit* IN . ITALIAM . NON BELLO . SVPERATVS . SED . AMICITIAM . NOSTRAM . PER . *haec* SVORVM . PIGNORA PETENS . PLVRIMAEQVE . ALIAE . GENTES . EXPER*tae sunt Romanam* FIDEM . ME . PRINCIPE . QVIBVS . ANTEA . CVM . POPVLO . ROMANO. *nullum omnino fuit l*EGATIONVM ET . AMICITIAE . COMMERCIVM7

A . ME . GENTES . PARTHORVM . ET . MEDORVM *petierunt per* PRINCIPES . EARVM . GENTIVM . REGESQVE . PER . EOS . ACCEPERVNT . P*arthi Vononem regis Phr*ATIS . FILIVM REGIS . ORODIS . NEPOTEM . MEDI . *Artabanum* . . REGIS . ARTAVASDIS . FILIVM . REGIS . ARIOBARZANIS . NEP*otem* . . . .

IN . CONSVLATV . SEXTO . ET . SEPTIMO . *postquam bella civili*A . EXTINXERAM PER . CONSENSVM . VNIVERSORVM . *Romanorum civ*IVM . REMPVBLICAM EX . MEA . POTESTATE . IN . SENATV*s et populi Romani a*RBITRIVM . TRANSTVLI QVO . PRO . MERITO . MEO . SENA*tus me appel*L*avit Augus*TVM . ET . LAVREIS POSTES . AEDIVM . MEARVM . V*inxit* . . . . IVI . CASV . . R . . . . . IANVAM . MEAM . ET . QVA . . ST . . . . . R . IN . VLIA . POSI . . . . VS . QVEM . . . . . SC . . R . . . . . . M . ET . . . . VIRTVTIS . CLE . . . . EST . P . . . VS . CLVPEI . . . . POST . . . D . . . . ILO . AMPLIO . . . . CONI EO . . . .

*ter*TIVM . DE*ci*MVM . CONSVLATVS . . . *Senatus et eque*STER . ORDO POPVLVS*que* ROMANVS . VNIVERSVS . . . . . *memo*RIAE . IDQVE IN . VESTIBV*lo a*EDIVM . MEARVM . I*nscribend*VM . . . . . *et* IN . FORO . AVG . . *sub* QVADR*igas* QVAE . MIHI *ex* S. C. POS*itae sunt. Scrips*I . HAEC . *cum an*NVM . AGE*rem* . SEPTVAGENS*imum sextum.*

SVMMA . PECVNIAE . QVAM . DEDI*t* . . . .
. . SIS . MILITIBVS . NECESSARIVM . . . .
OPERA . FECIT . NOVA . AEDEM . MA*tris Magnae* . . . .
DIVI . IVLI . QVIRINI . MINERVA*e* . . . .
LARVM . DEVM . PENATIVM . IVV*entatis* . . . .
AD . CIRCVM . CVRIAM . CVM . *chalcidico* . . . . . .
IVLIAM . *the*ATRVM . M. MARCELLI . . . *Basilicam Cai et Luci*
CAESARVM . . . .
REFECIT . CAPITO*lium* . . . *us*QVE . A . . . - . . *theatr*VM . POM
PEI . AQV*am* MA*rciam* LA . . . .
IMPENSIS . R . . . . GLADIATORVM
. . . . . *ter*RAE . MOTV . INCENDIOQVE . CONSVM . . . .
. . . . . VSQVE . QVORVM . CENSVS . EXPLEVIT.

Percommodè quidem accidit, ut in operoſa nuper Suetonii per Sam. Pitiſcum editione recuderentur non tantùm Lipſii & Caſauboni, ſed & Jacobi Gronovii in hoc monumentum notæ. Illic igitur, ſi cui pretium operæ videbitur, integras licebit legere. Nobis interim, ob prodeuntem nunc Inſcriptionem pleniorem longè & emendatiorem, multa è priùs animadverſis, annotatis, conjecturatis, neceſſariò reſecanda veniunt, poſthac à re prorſus aliena, & ἀπροσδιόνυσα futura. Eo nomine miſſa facimus, nec immeritò, Lipſiana omnia. Tria enim recentiora exemplaria omnes ejus conjecturas aut confirmârunt aut refellerunt. Non pauca verò ſeligemus è Caſaubono, quædam etiam è Gronovio, quæcunque ejus utiliter ſeligenda reſtant. Quæ enim acris ac turbidi vir ingenii effudit contra Lipſium & Caſaubonum, Ryckium quoque, Gutherium, & Noriſium, doctiſſimos viros, ab incertiore olim apographo deceptos, hæc parum ad eruditionem, ad veritatem nihil facientia nollem unquam profecta à Gronovio, per me ſanè non iterum proficiſcentur.

Caſauboniana ad Monumentum Ancyranum Notæ.

Et impenſarum quas in Remp. populumque Romanum fecit. Non parum gloriari ſolitus fuit hoc nomine Auguſtus, ut refert Dio non uno loco; & in teſtamento quoque ſuo fecerat idem harum impenſarum mentionem. Breviter indicant illa apud Suetonium in compendio earum tabularum; *Quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis cæteriſque hereditatibus in Remp. abſumpſiſſet.*

Tab. I. v. I. *Annos undeviginti natus.* Velleius Paterculus lib. II. *C. Cæſar xix annum ingreſſus, mira auſus, ac ſumma conſecutus, privato conſilio, majorem Senatu pro Republ. animum habuit.* Ubi vides adulationem hominis; ambitioſè enim uſus eſt voce *ingreſſus.* Melius Auguſtus *natus*, nam anno qui præceſſit cædem Julii, nono Kal. Octob. ingreſſus annum xix erat, ac jam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro Optimatibus bellum primum ſuſcepit. Atque hæc Octavii ætas in equeſtri ſtatuâ fuerat notata, quam ei Senatus in roſtris poſuerat, teſte eodem Velleio. Florus, qui Octavium, quando furori Antonii cœpit reſiſtere, ait *fuiſſe intra decem & octo annos tenerum,*

nerum, ad calculum Octavii annos parum exegerat. [Rectè hæc Casaubonus, sed quis exinde non statim emendaret Velleii codices, & pro *ingressus* legeret *egressus ?*]

Ibid. *Exercitum privato Consilio, & privata impensa comparavi.* Florus de Octavio: *revocatis ad arma veteranis, privatus, qui crederet ? Consulem aggreditur.*

Tab. 2. *Patritiorum numerum auxi Consul quintum, &c.* Sæpiùs Augustus & patritiorum numerum auxit, & Senatum legit. Vide Dionem in secundo ejus consulatu lib. 49. & 52. sub finem in actis anni DCCXXV. qui Coss. habuit Cæsarem V. & Sex. Apuleium. De eo anno loquitur hìc Augustus: nam eodem & Senatum ordinavit, & patritias gentes supplevit.

Ibid. *Jussu Populi & Senatûs.* Dio lib. 49. ψηφισαμένης τῆς βουλῆς, & lib. 52. τῆς βουλῆς οἱ δῆθε ἐπιτρεψάσης. de populo altum silentium. Tacitus contra, lege Sæniâ hoc negotium Augusto fuisse mandatum scribit. Verè igitur Augustus jussum se ait à Populo & Senatu.

V. 2. *Consulatu sexto censum populi conlega M. Agrippa egi.* Huc refer notam Eusebii in Chronico ad numerum MDCCCCLXXXIX. *Censu Romæ agitato inventa sunt civium Romanorum xli centum, & lxiv millia.* Anno priore consul quintum censuram sive regimen morum susceperat Augustus, sed census eo anno non est actus, cùm maximam ejus partem Roma abfuerat.

Ibid. v. 3. *Lustrum post annum alterum & quadragensimum feci.* Tot anni sunt à novissimis Censoribus Cn. Lentulo & L. Gellio qui lustrum condiderunt anno DCLXXXIV. ad hoc lustrum Augusti anno DCCXXVI. factum.

Ibid. v. 6. *Asinio Cos.* Anno vigesimo post lustrum superiùs U. C. DCCXLVI.

Ibid. v. 11. *Millia triginta & septem millia.* Postrema vox vacat; non enim solet addi à Latinè loquentibus, tamen ferri potest. *Cas.* sed vide notas nostras.

Tab. 3. v. 1. *Annum quintum & decimum.* Hoc fortasse verum de Lucio: nam Caium xiv natum annos creatum fuisse consulem ex historiâ Dionis, & veteri lapide qui hoc disertè continet, notum est. Quod igitur in altero verum erat, utrique συλληπτικῶς Augustus tribuit.

Ibid. v. 2. *Consules designavit.* Suetonius cap. lxiv. sed vide Historiam Dionis, in anno DCCXLVIII. libro 55. V. 3. *I te essent consiliis publicis.* Vide ad Suetonii cap. xxxviii. V. 6, 7. *Consul quintum.* Post triumphum Actiacum. vide Dionem. lib. 51. V. 7. *In consulatu decimo.* Reversus ex bello Cantabrico Dio lib. 53.

Ibid. v. 11. *Duodecim frumentationes.* Videtur dicere toto illo anno aluisse se privatis sumptibus turbam frumentantium. Nam in anno duodecim frumentationes, id est, frumenti largitiones fiebant. Vide Suet. nostrum cap. xl. qui de his gratuitis frumentationibus intelligit *cap.* xli.

Ibid. v. 12. *Tribunitia potestate duodecimum.* Is fuit annus U. C. DCCXLI. quo rediit Augustus Romam ex itinere Gallico, triennio ante suscepto. Eodem anno ludi votivi pro reditu Augusti à Tiberio Nerone Cos. sunt editi, ut, & Augustus in locum Lepidi demortui Pont. Max. creatus, ludos Pontificales, ut videtur, edidit. Hæ fuêre causæ liberalitatis hoc tempore collatæ. vide Dionem lib. 54.

Ibid. v. 15. *Trecentis & viginti millibus pleb. urbanæ.* Hoc tempore Augustus Cos. duodecimum Caium filium die tirocinii in forum solenni cum pompâ deduxit, quæ fortasse occasio fuit hujus liberalitatis.

Ibid. v. 20. *Consul tertium decimum.* Eo anno Lucium filium in forum deduxit, *ut biennio ante Caium*, sicut modò diximus.

Ibid. v. 22. *Consulatu meo quarto.* Videtur referendum ad Historiam quam refert Suetonius cap. xvii. cùm Augustus Brundusium venire coactus est, & desideria militum tumultuantium ordinare.

Ibid. v. 23. *Consulibus M. Crasso & Cn. Lentulo.* Horum Consulatus incidit in annum DCCXL. vide Dionem lib. 54. in cujus verbis obscuram harum impensarum Augusti mentionem reperio. ὁ Αὔγουστος, inquit, πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων ἰδιωτῶν ἀνεκομίσθη. *Cas.* sed & confer cum his notas nostras.

Ibid.

Ibid. v. 26. *Qui deduxerunt Colonias Militum*, ut Sulla, Julius Cæſar, & triumviri Coloniarum militarium meminit Velleius lib. priore.

Tab. 4. v. 1. *Chalcidicum.* Dio in quinto Auguſti conſulatu, libro 51. ἐπεὶ δὲ ταῦτα διετέλεσε, τό τε Ἀθηναῖον, καὶ τὸ Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον καθιέρωσε. Hoc ædificium poſtea Domitianus refecit, ut eſt auctor Euſebius in Chronico ad numerum MMCV. ubi de Chalcidico plura beatæ vir memoriæ, Joſephus Scaliger ὁ πάνσοφος.

Ibid. v. 5. *Ædem Quirini.* Dio in actis anni DCCXXXIX. τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν καθιέρωσεν ἐκ καινῆς οἰκοδομήσας.

Ibid. v. 7. *Ædem Deûm Penatium in Veliâ.* Dionyſius Halicarn. lib. 1. loquens de Penatibus. Νέως ἐν Ῥώμῃ δείκνυται τῆς ἀγορᾶς οὐ πρόσω, κατὰ τὴν ἐπὶ καρίνας φέρουσαν ἐπίτομον ὁδὸν ἱδρυμένος, ὑπεροχῇ σκοτεινὸς, οὐ μέγας. λέγεται δὲ κατὰ τὴν ἐπιχώριον γλῶτταν Οὐέλιαι τὸ χωρίον.—Varro de vitâ populi Rom. lib. primo *Tullium Hoſtilium in Veliis, ubi nunc eſt ædes Deûm Penatum.* Meminit etiam Feſtus in voce *Mutium.*

Ibid. v. 11. *Duplicavi fonte novo in ejus rivum immiſſo.* Julius Frontinus de aquæductibus urbis Romæ: *Auguſtus in ſupplementum Martiæ quoties ſiccitates agerent, auxilio aliam aquam ejuſdem bonitatis opere ſubterraneo perduxit uſque ad Martiæ rivum, quæ ab inventore appellatur Auguſta.*

Ibid. v. 28. *Quotienſcumque Imperator appellatus ſum aurum coronarium non accepi* Moris veteris fuit ut quotieſcunque duces exercituum, re feliciter geſtâ, Imperatores ſalutarentur à ſuis, provinciæ & ſociæ civitates ac reges dono darent illis coronas aureas, vel auri tot pondo; quod appellatum eſt Aurum Coronarium. Hoc, non ſolùm à provincialibus, ſed etiam ab Italiæ coloniis & municipiis afferri ſolitum, ab his ſe non accepiſſe gloriatur Auguſtus. Dio in quinto conſulatu Auguſti lib. 51. παρὰ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον οὐκ ἐδέξατο.

Ibid. v. 24. *In templis &c.* Pridem quò iſta pertinent indicavimus ad lib. 13. Strabonis. Notat diligentiſſimus ille ſcriptor de quibuſdam ſignis furto Antonii ſublatis, ab Auguſto reſtitutis. Plinius quoque libro 34. cap. viii. *Fecit Myro & Apollinem; quem à Triumviro Antonio ſublatum reſtituit Epheſiis divus Auguſtus, admonitus in quiete.*

Ibid. v. 26. *Statuæ.* Adi caput Suetonii in Aug. 52. de iis enim Statuis intelligit Auguſtus de quibus ibi Tranquillus.

Tab. 5. v. 1. *Mare pacavi à prædonibus.* Vide ad illa cap. 98. Auguſti in Suetonio. *per illum ſe vivere, per illum navigare.*

Tab. 6. v. 9. *A me gentes Parthorum & Medorum.* Loquebatur de Parthis & Medis, qui regem ab ipſo petierunt. Strabo, Tacitus, Suetonius, Dio, alii.

Excerpta è Gronovianis ad Mon. Ancyranum notis.

Tab. 2. v. 10, 11. *Quadragiens centum millia triginta & ſeptem millia.* Triginta quum reponant, nequeo vitio vertere, quum tot dictaverint vulgatum ---IGINTA. Sed quum prius I non agnoſcatur ab Coſſoniano, acceſſi ad *ſeptuaginta* Euſebii & voluminis MSti quod citabo. *Nam* tractavit frater meus in Bibliothecâ Medicæâ volumen, in quo erant aliqua Flori Annæi, & contracta poſt bellum Gallo-græcum epitome, tandem his verbis ſequentibus; *Cenſum Romæ cum Tiberio agitans invenit hominum nonagies trecenta lxx millia, omnemque orbem venientis ibu* XPI *notum pacatum cenſeri præcepit.* Quod notabile; idem hic ferè numerus qui extat apud Euſebium in Chronicis; hoc modo lectus ab Iſaaco Voſſio, *ſupra nonagies ſexcenta & ſeptuaginta hominum millia*; hoc verò editus à Scaligero, *hominum nonageſies tercentena millia.* Qui numerus, immaniſſimus vocatus à Scaligero & Caſaubono, ad veritatem actus dici vix aut credi poteſt, quum ipſe Princeps Auguſtus quo præſide collecta eſt ſumma, certum & alium proferat, cui parem ſcripſit Suidas, ab eodem Voſſio allegatus. Αὔγουστος Καῖσαρ. Δόξαν αὐτῷ πάντας τοὺς οἰκήτορας τῶν Ῥωμαίων κατὰ πρόσωπον ἀριθμεῖν, εὑρίσκονται οἱ τῶν Ῥωμαίων οἰκοῦντες τετρακόσιαι δέκα μυριάδες καὶ χίλιοι δέκα ἑπτὰ ἄνδρες. *Gronovius* pag. 105, 77, 78.

Tab.

Tab. 3. v.7. *Manibiis.* Sic exemplar noſtrum, quum vulgò *Manubiis*, quod non niſi futilium manuum & editionum. Sed ab ipſo Auguſto manaviſſe noſtram docent inferiora in quibus ſæpius iteratur ſimiliter. Ubique Auguſtus etiam *ſimus* in ſcribendo ponebat pro *ſumus*, teſte Suetonio. Etiam Achilles Statius ad Suetonii claros Rhetoras ſic notat CONTIBERNALI ex veteri Monumento, pag. 86.

Tab. 3. v. 26. *Primus & ſolus.* Hæc videntur vera, non ut vulgò, *unus & ſolus.* Sic enim ſolebant, ut inſcriptiones antiquæ Sponiana & Arundeliana, μόνος καὶ πρῶτος τῶν ἀπ' αἰῶνος. Quanquam hinc jocus Luciani tom. 1. pag. 1009. Ὅτι μόνος καὶ πρῶτος αὐτός ἐστι τῶν διαλεκτικῶν, ἔφη, καὶ μὴν εἰ μὲν πρῶτος, οὐ μόνος· εἰ δὲ μόνος, οὐ πρῶτος. p. 98, 157.

Ibid. v. 30. *L. Caninio & Q. Fabricio conſulibus.* In Pighianis annalibus ponitur Suſpitio hunc conſulatum non fuiſſe annuum Auguſto, ejus autem loco quis ſuffectus fuerit obſcurum nobis eſſe. At jam quidem id non poteſt ſtudioſis eſſe obſcurum, prædicante ipſo Auguſto, quem ſibi in conſulatu tertio decimo ſuffecerit, quod etiam advertit Noriſius ad Cenotaphia Piſana, pag. 183.

Ibid. v. 34. *Juvi ærarium.* Non ſolum breviter & eleganter, ſed & propriè dictum in cauſâ pecuniariâ, & præſertim amatum Tacito, ut 2. Annal. 64. *nobilitatem pecuniâ juvandam*, p. 101.

Ibid. v.37. *Aerarium militare quod ex conſilio . . . .* Adjeciſſem ferè *Mæcenatis*, quia in oratione ejus quam habet apud Dionem lib. 52. ferè jaciuntur ejus fundamenta conſilii. . . . Sed porro cogitans Liviam inventricem hujus perpetuæ venæ ad bene merendum de militibus reor, ex iis quæ dixerat ad Auguſtum, in delatione perduellionis Cornelii Cinnæ, apud Dionem lib. 55. pag. 558. φυλακὴν ἀκριβῆ καὶ σεαυτοῦ καὶ μοναρχίας ποιοῦ, κ. τ. λ. Hæc aliquandiu agitata quum eſſent in aulâ Auguſti, ſequenti anno miles turbas ciens de ſtipendii tenuitate ac annis militiæ fecit ut provideretur de vectigalibus ærarii unde militi ſolveretur, in quod ſequenti anno *conſtitutum* Auguſtus χρήματα εἰσήνεγκεν εἰς τὸ ταμιεῖον ὃ καὶ Στρατιωτικὸν ἐπωνόμασε; hinc ſuſpicatus ſum Liviam ab Auguſto innui, cujus auctoritas & inventio eſſet ſaluberrimæ rei inſcribenda. pag. 157.

Tab. 4. v. 1. *Curiam & continens ei Chalcidicum.* Pro eo quod habent utraque exemplaria, Curiam & *continens* & *Chalcidicum*, decrevi Auguſtum ſcripſiſſe *continens* ei *Chalcidicum.* Eſt autem iſta conſtructio ſæpe apud Ciceronem, p. 103.

Ibid. v. 47. *Atticis & Perſicis claſſibus pugnaverunt*, &c. Horum nominum notitiam invidit vetuſtas aut mala Turcæ alicujus manus, etſi fruſtra. Sic enim proceſſiſſe ſermonem docent Ovidiana iſta (in ματαιολεχνίᾳ, ut hâc occaſione loquitur Uſſerius)

> *Quid modo, quum belli navalis imagine Cæſar*
> *Perſidas induxit Cecropidaſque rates?*

Nimirum hìc ſignificare voluit Auguſtus, quarum gentium vexilla ab claſſibus fuerint prælata; ut in Juliâ Naumachiâ biremes ac triremes quadriremeſque Syriæ & Ægyptiæ claſſis, in Claudii Naumachiâ Siculæ & Rhodiæ conflixiſſe dicuntur apud Suetonium, pag. 115, 116.

Tab. 5. v. 28. *per Filium meum regi Ari. . .* Nobilia hæc & omnium hiſtorias ſuperatura Auguſti verba . . . ut ſatis patet, de Armeniæ regno agentia, ſed admodum lacera, reſarcienda ſunt ex fide Taciti lib. ii. annal. cap. 3. Antonius *Artavaſden regem Armeniorum ſpecie amicitiæ inlectum, dein catenis oneratum, poſtremo interfecerat. Ejus filius Artaxias, memoriâ patris nobis infenſus, Arſacidarum vi ſeque regnumque tutatus eſt. Occiſo Artaxiâ, per dolum propinquorum, datus à Cæſare Armeniis Tigranes, deductuſque in regnum à Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus, quanquam ſociatis more externo in matrimonium regnumque. Dein juſſu Auguſti impoſitus Artavaſdes, & non ſine clade noſtrâ dejectus. Tum C. Cæſar componendæ Armeniæ deligitur. Is Ariobarzanen origine Medum præfecit, &c.* Dio lib. 53. pag. 526. Τῶν Ἀρμενίων τῶν ἑτέρων καὶ τοῦ Ἀρταβάζου κατηγορησάντων, καὶ τὸν Τιγράνην, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καταπεμψαμένων, μετέστειλε τὸν Τιβέριον, ὅπως τὸν μὲν ἐκβάλῃ τῆς βασιλείας, τὸν δὲ ἐς αὐτὴν ἀποκαταστάσῃ. mox addit Artabazen ab Armenis jam ante adventum Tiberii occiſum, p. 118, 119.

Ibid. v. 42. *Ea autem ſigna in penetrali quod eſt in templo Martis Ultoris repoſui.* Per hæc præclarè hiſtoria confirmatur, & quid ſignis illis fuerit actum docemur nunc ab ipſo Auguſto, quum antea id ſciremus ſolummodo ex Dionis libro 54. Τά τε σημεῖα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους πλὴν ὀλίγων οἳ ὑπ' αἰσχύνης σφᾶς ἔφθειραν, ἢ καὶ κατὰ χώραν λαθόντες ἔμειναν ἀπέπεμψε· Καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνος (Auguſtus) ὡς καὶ πολέμῳ τινὶ τὸν Πάρθον νενικηκὼς ἔλαβε. Καὶ γὰρ ἐφρόνει μέγα, λέγων ὅτι τὰ πρότερόν ποτε ἐν ταῖς μάχαις ἀπολόμενα ἀκονιτὶ ἐκεκόμιστο. Ἀμέλει καὶ θυσίας ἐπ' αὐτοῖς καὶ νεὼν Ἄρεως Τιμωροῦ ἐν τῷ Καπιτωλίῳ κατὰ τὸ Διὸς Φερετρίου ζήλωμα πρὸς τὴν τῶν σημείων ἀνάθεσιν ψηφισθῆναι ἐκέλευσε. pag. 122.

Noſtræ ad Monumentum Ancyranum Notæ.

Rerum geſtarum Divi Auguſti. Res geſtas intellige per totos pæne annos 57, ab incepto comparari exercitu, & tentatis Italiæ veteranis, Coſ. adhuc M. Antonio, anno ætatis ſuæ undevigeſimo tum completo, uſque ad conditum luſtrum tertium, Coſſ. duobus Sextis Pompeio & Appuleio, cujus meminit Tab. 2. v. 9. hoc eſt, ad annum ejus vitæ & principatûs ultimum. Tum verò ingraveſcente valetudine, mortem præſentiens, Auguſtus raptim ſe videtur accinxiſſe ad geſtorum ſuorum ſummam literatè poſteris tradendam. Ejuſque partes ſigillatim, uti, gravi hiſtoriæ detrimentò, poſtea fecit Suetonius, non per tempora, ſed per ſpecies exequutus eſt.

Exemplar ſubjectum. Poſt tres hoſce verſiculos, procemii loco additos ab Ancyranis, aut à prioribus quibuſdam Auguſtæi Indicis deſcriptoribus, quæ ſequuntur clariùs fatentur elegantiſſimi Imperatoris manum: ſubinde enim occurrit, ut de ſingulis ſuo ordine notabimus, orthographia ejus ſingularis, & peculiaris quædam periodi perfectæ nota, hunc ad modum [7] formata, cui ſimilem, adjecto ſupernè punctulo, adhibuere non ita pridem Saxonici ſcriptores. Quantum ad ſcriptionis genus, quo, teſte Suetonio, uſus eſt Auguſtus, *dum non divideret verba*, *nec ab extremâ parte verſuum abundantes literas in alterum transferret*, *ſed ibidem ſtatim ſubjiceret*, *circumduceretque*; hoc quidem in Ancyrano Monumento reperiſſe ſibi viſus eſt Boxhornius: quam verè viderint oculatiores. Nos certè in Apographo Tournefortiano per tabularum omnium reliquias fruſtra tale aliquid quæſivimus. Neque veroſimile videtur Indicis hujus deſcriptores, anxiâ nimis curâ & ſuperſtitiosâ, rem adeò ſingularem in ſua apographa transfudiſſe. Cernitur hujuſmodi circumductio in Tab. Eugubinâ III. *Etrur. Reg. Tom.* 1.

Tab. 1. v. 1. *Annos undeviginti natus . . . exercitum comparavi.* Libet huc accerſere Joſephi Scaligeri in hæc verba commentarium *de emendatione temporum lib.* V. *cap. de initio Cæſaris Auguſti.* *Dubitatur*, inquit, *à cæde Cæſaris, an à conſulatu primo Octaviani ipſius imperium ordiendum ſit. Atque ſuper hâc re adhuc hærent Chronologorum animi, cum hoc ſcilicet incommodo conflictantes, quòd charactere annorum non utuntur. Sed cui meliùs de eâ re quàm Auguſto ipſi de ſe loquenti credemus? . . . In Indice itaque rerum à ſe geſtarum ſic de ſe ſcribit Auguſtus*; Annos undeviginti natus exercitum comparavi, *&c. Ab illo tempore ergo quo exercitum in patris interfectores comparavit putandum eſt illius initium, quod ſine dubio incidit in principium conſulatûs Hirtii ac Panſæ.* Hæc magnus ille Scaliger, in emendatis à ſe temporibus caput æræ Auguſtorum inveſtigans. At vereor an ſatis accuratè. Ducendum enim videtur non à principio conſulatûs Hirtii ac Panſæ, ſed ab inito primo illo ipſius Auguſti conſulatu, menſe ejuſdem anni Sextili, ad diem xiv. Kal. Septembris; quia (teſte Tacito, an. 1. c. 9.) ex ſententiâ & ſermone ipſius Populi Romani, *idem* Auguſto *dies accepti quondam imperii princeps, & vitæ ſupremus fuit.* Turbat verò idem Scaliger in ſequentibus, malè ſtatuens Auguſtum iniviſſe primum ejus conſulatum ineunte ætatis anno undeviceſimo, quum ſecundùm Dionem & Suetonium atque hunc ipſum indicem Auguſti, putatis rectè rebus & temporibus, non niſi viceſimo jam fere completo iniverit. Nec faciet pro Scaligero Livii Epitomator lib. 119. ubi neglectis menſibus undecim incautiùs ſic loquutus eſt; *Cæſar quum annos novendecim haberet*, *conſul creatus eſt*. vide infra ad v. 6.

6

Ibid. *Annos undeviginti natus exercitum privato consilio & privatâ impensâ comparavi.* Annos præcisè xix natus fuit ad diem viiii. Kal. Octob. anni ejusdem quo interfectus fuit pater ejus Julius, tum cum Antonio Consul; statimque ab eo natali die non sine maximâ ejus impensâ audacter exercitum comparabat, Teste ad Atticum Cicerone, l. 16. Epist. 8. *Kal. vesperi literæ mihi ab Octaviano. magna molitur: veteranos quiqui Casilini & Calatiæ sunt, perduxit ad suam sententiam: nec mirum: quingenos denarios dat.* Iterum Epist. sequente, *Varroni displicet consilium pueri: mihi non. firmas copias habet: . . . centuriat Capuæ, dinumerat.*

Tab. 1. v. 3. *Senatûs decretis honorificis ornatus.* Jam mensem unum atque alterum privato solummodo consilio agitaverat C. Cæsar Octavianus, ob id ipsum, se judice, perduellionis reus, nisi quod a. d. xiiii. Kalend. Januar. accessit Senatûs auctoritas, decretumque, referente sic Cicerone, honorificum; Philip. 3. *Cùm operâ, virtute, consilio C. Cæsaris, summoque consensu militum veteranorum, qui ejus auctoritatem secuti reipublicæ præsidio sunt, & fuerunt, & à gravissimis periculis populus Romanus defensus sit, & hoc tempore defendatur, . . . Senatui magnæ curæ esse, ac fore, ut pro tantis eorum in rempublicam meritis honores eis habeantur, gratiæque referantur.*

Ibid. v. 3, 4, 5. *In eum ordinem sum adlectus à Consulibus, inter consulares ut sententiam dicerem: locumque & imperium mihi dedit respublica, uti Prætori, simul cum consulibus Irtio & Pansâ.* Hoc modo locum admodum luxatum ex reliquis tabularum literis & apicibus, & ex comparibus rei historiis restituimus. Velleius lib. 2. cap. 61. *C. Cæsarem Senatus honoratum equestri statuâ, quæ hodieque in rostris posita ætatem ejus scripturâ indicat, proprætorem unà cum consulibus* designatis *Hirtio ac Pansâ bellum cum Antonio gerere jussit.* Sed omitti in his debuit vox ista *designatis.* Livii Epitome lib. cxviii. *C. Cæsari proprætoris imperium ab Senatu datum est cum consularibus ornamentis, adjectumque ut Senator esset.* Ciceronis ad Coss. & Senatum Kalendis Januariis relatio, Philip. 5. *Senatui placere C. Cæsarem Caii filium, pontificem, proprætorem, senatorem esse, sententiamque loco prætorio dicere. Loco* scilicet *prætorio*, ut tum primùm relatum fuit. Sed quoniam turbato Senatu nihil eo die conficeretur, die insequenti, ut testis est Appianus (de bello civ. lib. 3.) decretum est id quod erat honorificentissimum, ἐν ὑπατικοῖς, i. e. *inter consulares.* Minus enim tum Senatum decrevisse quàm quod Cicero pridie retulerat, hoc est, *inter quæstorios*, secundùm Dionem, & assensum Dioni Casaubonum, id sanè verosimile vix videtur. Retulit quidem Cicero de petendo inter quæstorios consulatu, quæ ansa forsitan erroris Dioni fuit.

Ibid. v. 6. *Huic autem eodem anno me suffectum consulem cùm edidisset & triumvirum Reipublicæ constituendæ.* Post pugnam Mutinensem, *cùm cecidit fato consul uterque pari*, (sic enim annum sibi natalem descripserunt Poetæ Ovidius & Tibullus) Pansæ, uti docet lapis Colotianus, suffectus est Cæsar Octavianus. Consul quidem à senatu populoque, sed coactis, editus est, annum tunc agens vigesimum, non autem x. Kal. Octobris, pridie quàm viginti annos impleret, ut scribit Velleius, sed ut alii rectiùs, xiv. Kal. Septemb. mense tum quidem Sextili, qui postea ob id ipsum *Augustus* nominatus est. Eodem anno, cum Collegis Lepido & Antonio, Triumvirum se renuntiavit, ex ante v. Kal. Decembris, in quinquennium, & alterum qui excurreret mensem, juxta fragmentum Magistratuum Romanorum, Colotianum dictum, apud Grut. ccxcviii. 1.

* EMILIVS . *M. Antonius* . IMP. CAESAR . III. VIRI . R. P.
* EX . A . D . V . K . DEC . AD . PR . K . IAN . SEXT

quam extraordinariam potestatem cùm in alterum quoque quinquennium prorogâssent, Cæsar in monumentis publicis, tanquam ordinarius esset magistratus, *Triumvir iterum* inscriptus est, ut in Tergestano lapide,

IMP. CAESAR. COS. DES. TERT. III. VIR. R. P. C.
ITERVM. MVRVM. TVRRESQVE . F.

Cujus

Cujus ideo mentionem fecimus, quia ſupra pag. 150, 161, parem Antonii titulum in imperfecto THΔ ... conjecturavimus; quaſi eſſet Triumvir τῇ δευτέρᾳ, quod Græcanicè *ſecundò*, Latinius *iterum* dixeris.

Ibid. v. 8. *Qui parentem conjurati occidiſſent in exilium expuli judiciis legitimis.* Livii l. 120. Epitome, *Cæſar conſul legem tulit de quæſtione habendâ in eos quorum operâ pater occiſus eſt; poſtulatique eâ lege M. Brutus, C. Caſſius, D. Brutus abſentes damnati ſunt.* Dio, quem ad Latinum hocce monumentum non niſi Latinè appellabimus, *Ne vi*, inquit, *ſed jure agere videretur, legem tulit* (Pediam ab aſſumpto ei collega Q. Pedio vocatam) *de quæſtionibus in eos habendis.* lib. 46. *Damnatis autem aquâ & igni interdicebatur.*

Ibid. v. 9. *ultus poſtea bellum inferentis.* Archaicè pro inferen*tes*, ut inferiùs *agentis conſules*, & alia paſſim, quamvis non conſtanter per totum indicem. Archaiſmorum enim non fuit hoc ævo perpetuus & uniformis uſus. *Bellum inferentis Reipublicæ.* Brutum Caſſiumque intelligit, & reliquos conjurationis ſocios, quos ulturus acie Philippicâ templum vovit Marti Ultori, de quo poſtea. *ad Tab.* 4. *v.* 21.

Ibid. v. 12. *Victor omnibus ſupplicibus civibus peperci.* Supplicibus utique, ſic enim Cæſarem inducit Dio ad Senatum de clementiâ ſuâ perorantem, lib. 53. *Bella civilia maxima ac multiplicia eademque continua & confecimus proſperè & victoriam ſummâ humanitate temperavimus; omnibus ſe opponentibus tanquam hoſtibus ſuperatis; omnibus cedentibus tanquam amicis conſervatis.* Velleius quoque poſt debellatum Antonium lib. 2. cap. 86. *Victoria fuit clementiſſima; nec quiſquam interemptus niſi pauciſſimi, & ii qui deprecari quidem pro ſe non ſuſtinuerunt.*

Ibid. v. 17. *Longas naves cepi ſeſcentas.* Bello Actiaco captas fuiſſe trecentas ipſe Auguſtus in Commentariis, teſte Plutarcho, ſcripſit: hîc igitur captas intelligit ſeſcentas & Siculo & Actiaco, & omnibus quæ unquam commiſerat prœliis navalibus. *Seſcentas* Archaicè, ut & Virgilio Æn. 10. inquit Dauſqueius.

Ibid. v. 19. *Bis ovans triumphavi, tris egi curulis triumphos.* Suetonius Aug. c. 22. *Bis ovans ingreſſus eſt urbem, poſt Philippenſe, & rurſus poſt Siculum bellum. Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum.*

Ibid. *Appellatus ſum viciens & ſemel Imperator.* Tacitus ann. 1. c. 9. Auguſto *nomen Imperatoris ſemel atque vicies partum.* Huic Dio diſcordâſſe creditur, & laudante Em. Noriſio, *ad Cen. Piſana*, p. 338. rectius quàm Tacitus ſcripſiſſe, *Auguſtum vicies nomen Imperatoris tuliſſe.* Sed Græca Dionis apertè in mendo cubant: ὥστε καὶ ἐν εἴκοσιν ὄνομα αὐτοκράτορος σχεῖν. Ubi pro otioſis iſtis καὶ ἐν εἴκοσιν Hiſtoricus ſine dubio ſcripſerat ὥστε ἓν καὶ εἴκοσιν — i. e. *ut nomen* IMP. XXI. *retulerit.* Sed vide locum *lib.* 53. *p.* 494. Cur Inſcriptio Ariminenſis, paulo ante Auguſti obitum publicata, tantummodo IMP. XX. exhibeat, non eſt cur ſollicitè diſquiratur. Eam inferius adducimus *ad. Tab.* 2. *v.* 20.

Ibid. v. 21. *Delmatis & Illuriis quoque bello nunc perdomitis.* Sic ſuppleo materiam primi illius acti à Cæſare triumphi. Pro *Illuriis* verò reponi poterit ex arbitrio legentium, *Iapudibus:* ita enim in Faſtis Pighianis inſcriptus eſt hic triumphus. De hoc bello legantur Illyrica Appiani. Interim compendio hæc notentur ad rem noſtram plenè ſatis facientia, pag. ultimâ. *Dalmatæ ... venienti Cæſari ſe ſuppliciter dedunt. Hos Cæſar ſigna Romanorum Gabinio adempta ferre monuit: eaque in porticu quæ Octavia dicitur appendit.* Et paulo infra: *Cæſar Illyriorum tellurem omnem quæ à Romanis defecerat, aut prius ſub imperio neutiquam aſſueverat, ad obſequium redegit. Eam ob rem triumphus Illyrius à Senatu Cæſari decretus eſt; quem poſt devictum tandem egit Antonium.*

Ibid. v. 25. *Quo ex Senatus conſulto ſupplicatum eſt in Deorum ...* Videtur hîc dictus in quot Deorum templis ſupplicatum erat. Ergo pæne in eo eram ut ſupplerem *in Deorum Dearumque templis circiter trecentis*, auctore Virgilio Æn. 8. v. 714.

At Cæſar, triplici invectus Romana triumpho
Mœnia, Dis Italis votum immortale ſacrabat:
Maxima tercentum totam delubra per urbem
Lætitiâ, ludiſque viæ, plauſuque fremebant.

 Tab.

Tab. 2. verficulum primum &c. fic diftingue; *Patritiorum numerum auxi Conful quintum juffu populi & Senatûs. Senatum ter legi. Et in confulatu fexto cenfum populi, conlegâ M. Agrippâ, egi.* Ad hæc ultima, & quæ de cenfu ter acto fequuntur, audiendus eft Suetonius in Aug. c. 27. *Recepit & morum legumque regimen perpetuum: quo jure quanquam fine cenfuræ honore cenfum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum Collegâ, medium folus.*

Tab. 2. v. 4. *Cenfa funt capita quadragiens centum millia, & fexaginta tria millia.* Non vitavit cenfuram Cafauboni peculiaris loquendi modus, quo vox *millia* poft numerum tum majorem, tum minorem ponitur. Ait igitur, *poftrema vox vacat, non enim folet addi à Latinè loquentibus: tamen ferri poteft.* At mihi nec unicum videtur, neque fingulare adeò exemplum, in ineundâ hominum recenfione. Legitur infcriptio Gruteriana p. ccci. Romæ in porticu templi S. Gregorii extans.

TEMPORIBVS . CLAVDII . TIBERII
FACTA . HOMINVM . ARMIGERORVM
OSTENSIONE . IN . ROMA . SEPTIES
DECIES . CENTENA . MILLIA
LXXXXVII. *M. X.

* M. *i. e.* Millia.

Clariffimum verò & antiquiffimum eft in recenfione populi Mofaicâ, *Num.* ii. 9. מאת אלף ושמנים אלף וששת אלפים i. e. verbis ad verba redditis (quod evitârunt quidem interpretes & Græcus & Latinus) *centum millia & octoginta millia & fex millia.* paria habentur eodem capite v. 24, & 32. & quod notabile eft, in aliâ quoque hominum dinumeratione à Davide poftea inftitutâ, 1 Chron. xxi. 25. *Omnis fuit Ifrael mille millia, & centum millia, viri educentes gladium.* Iterumque 2 Chron. ii. 17. à Salomone viri peregrini inventi funt, *centum & quinquaginta millia, & tria millia & fexcenta.*

Tab. 2. v. 5. *Alterum confulari cum imperio luftrum cenfumque folus feci, Cenforino & Afinio Cof.* Fruftra fuêre non pauci, quanquam graves & eruditi viri, quorum cordi defixum olim infidebat, hunc medium Augufti cenfum eundem illum fuiffe cujus meminit D. Lucas Evangelii capite fecundo. Hic enim cenfus fuit Romanorum capitum ordinarius, facris luftralibus conjunctus, ideoque ad rem Religionis fpectans, à rege Servio inftitutus, dehinc fæpiùs à fummo magiftratu, & ab Augufto nunc iterum peractus. At amplior ille orbis Romani cenfus repertum ipfius Augufti fuit; id nempe curantis, ut iniret imperii rationarium, quod in tertio illo volumine complexus eft, utque certiùs tributa & vectigalia, & univerfos tum Italiæ, tum provinciarum reditus pernofceret.

Ibid. *Cenforino & Afinio Cof.* Res per fe levis obfervetur, COS. pro *Confulibus* & per totum hunc indicem & in aliis hujus ævi monumentis, per *f* fimplicem fcribi. Majus certè, quod menfis qui fextilis fuerat, ex S. C. his ipfis, Marcio Cenforino, C. Afinio Gallo, Coff. in Augufti honorem dictus eft *Auguftus*, anno Auguftano xx. ut habet Cenforinus de die natali cap. 21. *Quod nomen*, inquit, *nunc ad hanc pertinet memoriam.* Senatufconfultum verò Macrobius Sat. lib. 1. c. 12. his verbis fervavit: CVM . IMPERATOR . CAESAR . AVGVSTVS . MENSE . SEXTILI . ET PRIMVM . CONSVLATVM . INIERIT . ET . TRIVMPHOS . TRES . IN . VRBEM . INTVLERIT . ET . EX . IANICVLO . LEGIONES . DEDVCTAE . SECVTAEQVE . SINT . SVA . AVSPICIA . AC . FIDEM . SED . ET . AEGYPTVS HOC . MENSE . IN . POTESTATEM . POPVLI . ROMANI . REDACTA . SIT FINISQVE . HOC . MENSE . BELLIS . CIVILIBVS . IMPOSITVS . FVERIT ATQVE . OB . HAS . CAVSAS . HIC . MENSIS . HVIC . IMPERIO . FELICISSIMVS . SIT . AC . FVERIT . PLACERE . SENATVI . VT . HIC . MENSIS . AVGVSTVS APPELLETVR.

Ibid. v. 9, 10. *Quadragiens centum millia & triginta feptem millia.* Quanquam fatis fentiam, quàm fit infra horum lapidum dignitatem, ut cum corruptis fciolorum collectaneis

neis unà in conſpectum veniant; hìc tamen non illibenter annotaverim, Suidæ iſtud, in voce Ἄυγυςος, non malè reſpondere huic Auguſti numero, ſi modo recta loci lectio inſtauretur. Ἐυρίσκοντο .... τετρακόσιαι δέκα μυριάδες, καὶ χίλιοι δεκαεπτὰ ἄνδρες, uti citant Voſſius & Gronovius. At in antiquis editionibus occurrunt pro τετρακόσιαι δέκα tantummodo numerales ΥΙ. Harum poſteriorem credibile eſt ab origine fuiſſe Γ, quæ, amiſsâ ſupernè virgulâ, facilè abiit in Ι. Porro χίλιοι δέκα ſuſpicor mendoſum eſſe pro χιλιάδες: quo admiſſo errore, neceſſariò in fine efferendum erat ἄνδρες, non ἀνδρῶν. Lego igitur Ἐυρίσκοντο ... ΥΓ μυριάδες, καὶ χιλιάδες ἑπτὰ ἀνδρῶν. hoc eſt, Latinè ad verbum, *inventæ ſunt quadringentæ tres myriades, & chiliades ſeptem virorum:* Latinius Auguſti verbis, *capitum quadragies centum millia & triginta ſeptem millia.*

Ibid. v. 12, 13. *Legibus novis latis exempla majorum exoleſcentia revocavi; & fugientia jam ex noſtro conſpectu avitarum rerum exempla imitanda propoſui.* Trium iſtorum cenſuum mentioni hæc non incommodè ſubjecit, ad idem *morum legumque regimen* omnino pertinentia. Hinc non unus nec inanis ab Horatio plauſus, maximè Od. 15. lib. 4.——— *ordinem — rectum, & vaganti fræna licentiæ — injecit, amovitque culpas ——— & veteres revocavit artes ——— per quas Latinum nomen, & Italæ ——— crevere vires.* ——— nec obſcuriùs in ſuaviſſimo illo exordio Epiſtolæ ad Auguſtum, jam *morum legumque rectorem,* ſcriptæ.

> *Cùm tot ſuſtineas, & tanta negotia ſolus;*
> *Res Italas armis tuteris;* moribus *ornes;*
> Legibus emendes, *&c.*

in quibus mordicùs retinenda eſt vox *moribus:* quamquam ei inuſta ſit nota falſi, & τὸ *mœnibus* tantùm non repoſitum in præclarâ editione Bentleianâ. Sed ut urbes & oppida *ornari mœnibus* rectiſſimè quis dixerit, quale, quæſo, eſt *res Italas* ornari *mœnibus*? quàm putidum! quàm non Horatianum!

Ibid. *Exempla majorum exoleſcentia revocavi.* Adi Sueton. Aug. cap. 31, 32.

Ibid. *Avitarum rerum exempla imitanda propoſui.* Et hoc ipſum quoque tradidit Suetonius cap. 89. *In evolvendis utriuſque linguæ auctoribus, nihil æquè ſectabatur quàm præcepta & exempla publicè vel privatim ſalubria: eaque ad verbum excerpta aut ad domeſticos, aut ad exercituum provinciarumque rectores, aut ad urbis magiſtratus plerumque mittebat; prout quique monitione indigerent.*

Ibid. v. 16, 18. *Quattuor ampliſſima collegia.* Latet in his reliquiis memoria inſtituti à Cæſare Actii quinquennalis certaminis, per *quattuor ampliſſima collegia,* pontificum, augurum, ſeptemvirorum, & quindecimvirorum, perpetuo ordine procurandi, ipſo Cæſare VI. M. Agrippa II. Coſſ. Dio lib. 53, in initio. In voce QVATTVOR, occurrit T litera geminata, ſed Archaiſmo certè Grammatico, non, ut vulgò creditur, poetico. Eſt enim ab Æolico πέτλορα, ut à πέμπε, *quinque.*

Ibid. v. 18, 19, 20. *Apud omnia pulvinaria pro valetudine, ſaliare carmen, & ſacroſan— tribunitia poteſtas mihi.* Spectant hæc ad annum U. C. V. 731, quo Cæſar Auguſtus (Coſ. XI. cum M. Ter. Varrone, & poſtea, eo mortuo, cum Calpurnio Piſone) gravi adeò morbo decubuit, ut vix ulla ſpes ſalutis ſupereſſet. Ergo pro ejus valetudine ſupplicatum eſt ad omnia pulvinaria. Revaleſcenti verò, & conſulatum paulò ante Kal. Julias abdicanti, decretum eſt à Senatu perpetuum proconſulare imperium, perpetua item tribunitia poteſtas: quâ conſtanter uſi tum ipſe, tum alii poſt eum imperatores, nec tamen admiſſo tribuni plebis titulo, ſacroſancti proinde habebantur: & juxta eandem annorum quos imperaverint procedebat numerus, quaſi cum tribunis plebis quotannis eam ſuſciperent. Dio lib. 53. At Auguſto proceſſit hæc poteſtas ab ante diem v. Kal. Julias, uti palam fecit Velleius, l. 2. cap. 103. exinde per ſequentes triginta ſex annos recurrente eodem die renovata. Eorumque ultimus in ponte illo Ariminenſi adhuc ſignatus extat.

IMP. CAESAR. DIVI. F. AVGVSTVS. PONTIF. MAXIM.
COS. XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P.

 Sed

Sed partem hujus anni perexiguam nempe à die v. Kal. Julias ad xiv. Kal. Septembres insequentes Augustus vixit. Adeò ut hæc temporis signatio non immeritò cum aliâ parili monumenti Adulitani conferenda fuerit; ubi post regnatos annos totos viginti sex, proximè ante obitum suum sic inscripsit Ptolemæus Euergetes, *anno regni mei vicesimo septimo.* vide supra, pag. 87.

Ibid. v. 22. *Populo sacerdotium deferente mihi quod pater meus procuravit, suscepi id sacerdotium aliquod post annos, eo mortuo, qui post patrem meum illud procuraverat.* Hæc sic restituta firmantur passim ab Historicis. Appianus de Bellis Civ. l. v. *Quum populus pontificatum maximum à Lepido ad eum transferre vellet, nemini vivo more majorum adimi solitum, recusavit.* Dio lib. 49. *Pontificatum Lepidi sibi oblatum non recepit: neque enim licebat eo vivum aliquem privari.* Suetonius in Aug. 31. *Pontificatum maximum quem nunquam vivo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum suscepit.* Duravitque postea, vel in Romanâ illâ Ethnicâ religione, non de pontificatu solo, sed & de aliis etiam sacerdotiis, concepta eadem persuasio. Ita enim & Plinius Nepos Ep. 8. lib. 4. *Sacerdotium ipsum* (auguratûs) *cùm priscum & religiosum, tum hoc quoque sacrum & insigne est, quod non adimitur viventi.*

Ibid. *Aliquod post annos:* non *aliquot*, ut postea Tab. 4. v. 30. *adque* non *atque:* qualia non rarò observata in lapidibus, & MSS. libris antiquioribus. Annos verò hìc intelligit Augustus duo & viginti circiter, post exutum omni potestate & Circeios relegatum Lepidum, U. C. V. 718, ad eundem mortuum demum Pontificem maximum U. C. 741.

Ibid. v. 25, 26, 27, 28, 29. *Valetudine quanta Romæ nunquam —— P. Sulpicio C. Valgio consulibus —— ædis Honoris & Virtutis ad memoriam —— Senatus consacravit, in quâ Pontifices —— anniversarium sacrificium facerent.* Subsunt his fragmentis non pauca ad extrema M. Agrippæ pertinentia: nempe adversa ejus valetudo, pro quâ vota quanta Romæ nunquam antea nuncupata: secuta mors ejus anno U. C. Var. 742, quâ parte anni Messalæ suffectus consul C. Valgius nec-dum honorem eum abdicaverat: ara ad defuncti memoriam intra ædem Honoris & Virtutis à Senatu consecrata, in quâ Pontifices anniversarium sacrificium facerent. Tot & tanta debebantur *Viro* (ut inquit Dio lib. 54.) *ætatis suæ optimo, qui neque Augusto unquam molestus fuit, neque invidiæ aliorum obnoxius: sed & Augusto ita imperium stabilivit, ut eam formam reipublicæ ipse maximè appetiisse videri posset, & populum beneficiis ita sibi devinxit, ut omnium maximè popularis judicaretur.* Monent hæc ut tradam etiam eruditis habitum ei à Mytilenæis Lesbi incolis honorem, quanquam immodicum quidem illum, & profanum, pro more provincialium ad obsequii & adulationis infima demissorum. Lesbum enim, cùm Syriæ proconsulatum gereret, aliquot annis secesserat Agrippa; ibique ejus statua cum magnificâ, ultra quàm sors humana recipit, inscriptione dedicata est. Statuam illam aliò jamdudum avectam optimè supplebit ejus caput navali, quam bello Siculo meruit, coronâ redimitum. Hoc igitur inferiùs apponemus unà cum nummis ad duos ex eo genitos Caium & Lucium pertinentibus. Interea inscriptionem ex ditissimis D. Sherardi collectaneis, à Lesbi insulæ littore ad eum delatam, accipe.

ΟΔΑΜΟΣ
ΘΕΟΝΣΩΤΗΡΑΤΑΣΠΟΛΙΟΣΜΑΡΚΟΝ
ΑΓΡΙΠΠΑΝΤΟΝΕΥΕΡΓΕΤΑΝΚΑΙΚΤΙΣΤΑΝ

Ὁ Δᾶμος	*Populus*
Θεὸν Σωτῆρα τᾶς πόλιος Μάρκον	*Deum, Servatorem urbis, Marcum*
Ἀγρίππαν τὸν Εὐεργέταν καὶ Κτιστάν.	*Agrippam, Benefactorem, Conditoremque.*

Vides, Lector, id quod, auctore ipso Suetonio, fidem non invenit apud eruditos multos viros, non Imperatori solùm, sed & ejus proconsuli delatam hanc insanam DEI appellationem. Quumque obvium se ingereret Q. Ciceronis Asiæ proprætoris exem-

4 plum,

plum, responsum est ex auctoritate optimi Marci fratris, invidiam tantam amolientis, non ipsum, sed virtutes ejus consecratas. Frustra: nam DEVS M. Agrippa, teste hoc longævo lapide, pleno indubioque titulo sacratus est. Et nescio equidem annon hæc Dei ipsius providentiâ permissa fuerint; ut, cùm verum illum Θεάνθρωπον, *primogenitum suum in orbem terræ introducturus esset*, ansam omnem infidelitatis docto huic ac polito hominum generi præriperet: utpote qui nullâ fulti auctoritate, nullo cœlesti monitu sic persuasi, toties tamen eundem Deum atque hominem appellâssent, scripsissent, coluissent. Quid enim? *Illos si dixerunt Deos*;—Hunc, *quem Pater sanctificavit & misit in mundum*, Hunc, inquam, *dicent illi blasphemare*, *quia dixerit*, *Filius Dei sum?* Joan. x. 36.

Ibid. *C. Valgio.* Hic ille est C. Valgius, doctrinæ & amicitiæ nomine celebratus ab Horatio; quique etiam secundùm Plinium medicinæ studiosus fuit, inchoato *de usu herbarum* libro. *Hunc* (inquit ille lib. 25. cap. 2.) *post Catonem unus illustrium tentavit C. Valgius eruditione spectatus*, *imperfecto volumine ad Divum Augustum*, *inchoatâ etiam præfatione religiosâ*, *ut omnibus malis humanis illius potissimum principis semper medicetur majestas.* Medicinæ quidem artem, unam ex Græcis Romani hoc tempore allatis, ut verbis ejusdem Plinii obiter id notetur, *paucissimi Quiritium attigêre.* At velim hoc attendant illi, quibus *nullos eam Quiritium attigisse*, pro certo ac indubitato constat.

Ibid. v. 35, 36, 37, 38. —*res in Hispaniâ Galliâque provinciis prosperè* ——— *aram* — *pro reditu meo consacrari*, *ut ad eam* ——— *magistratus et sac*erdotes sacrum perenne facerent. Bis post res in Hispaniâ Galliâque provinciis prosperè gestas Romam rediit Augustus. Bis Romæ pro ejus reditu & salute, tum ara, tum alia multa honorifica sunt decreta; anni nempe 729 & 740. Horum priore, quartum ab urbe conditâ, ast iterum Augusto Principe, clausum est Jani templum: posteriore verò inscripta est ejus mentio Emeritæ Augustæ, tum recens, ab Augusto, post victorias tantas & orbem pacatum conditæ. Fœdata admodum prodiit in novo Gruteriano corpore, CXLIX. 4. at purior inter additamenta Suetoniana, p. m. 762.

IMP. CAES. DIVI. F. AVGVSTVS . PONT . MAX.
COS . XI. TRIBVNIC . POTEST . X . IMP . VIIII.
ORBE . MARI . AC . TERRA . PACATO . TEMPLO
IANI. CLVSO . ET. REP. P. R. OPTIMIS . LEGIBVS
ET. SANCTISSIMIS . INSTITVTIS . REFORMATA
VIAM . SVPERIOR . COS . TEMPORE . INCHOATAM
ET . MVLTIS . LOCIS . INTERMISSAM . PRO
DIGNITATE . IMPERI . P . R . LATIOREM
LONGIOREMQVE . GADEIS . VSQ. PROMOVIT.

Ibid. v. 42, 43. *Cùm à conditâ urbe Janum Quirinum bis omnino clausum fuisse prodatur Memori*AE . TER . ME . PRINCIPE . *c*LAVDENDVM . ESSE *decrevit Senatus.* Sic lege, & sic corrige, quæ suprà in ipsâ Tabulâ erroneè descripta dedi. Ea olim ab hoc Indice accepta cum fructu rependit nunc Suetonius, cap. 22. *Janum Quirinum semel atque iterum à conditâ urbe*, *memoriam ante suam*, *clausum*, *in multo breviore temporis spatio*, *terra marique pace parta*, ter *clusit.* Quippe præter Janum semel ab Augusto clausum post victoriam Ægyptiacam, A. U. C. 725, iterumque ab eodem post Cantabricam, anno 729, idem ab eo, ante hæc scripta, tertiò clausus creditur. Annum nominat Orosius ab U.C. 752. lib. 6. cap. ult. sed propriis ipsius verbis seipsum hoc modo refutans, *Augustus ab Oriente in Occidentem*, *à Septentrione in Meridiem*, *ac per totum Oceani circulum*, *cunctis gentibus una pace compositis*, *Jani portas tertiò ipse tunc clausit*, *quas ex eo per duodecim ferè annos quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam rubigo signavit.* Jam si retrò numerantur duodecim quos innuebat anni, à Jano ob Varianam cladem reserato, anno 762, devenies ad annum U. C. 750, qui quidem præteriit pacificus;

quique

quique etiam sexto post die excepit (id quod unicè voluit Orosius) veriorem illum D. nostri Jesu Christi natalitium diem, U. C. 749. vide *Norisii Cen. Pis. diss.* 2. *c.* 10. & 5.

Hæc quidem hactenus notavi, secundùm eorum rationes, qui, Suetonium & Orosium secuti, Janum ab Augusto *ter* clausum fuisse statuunt. Sed ut verè dicam id quod sentio, laborat mecum Orosii fides. Aliud etiam propemodum loquuntur vetusti Suetonii codices. Nam, teste Em. Norisio, in Mediceo uno scribitur *pariter clausit*, in altero *iter. clausit.* Ipse etiam Augustus palam mihi visus est cavisse ne Janum *ter clausum* scriberet. Id solum strictiùs testatur, quòd Senatus eum *ter*, *se principe*, *claudendum esse* decreverit. Ejusque profectò veritas, etiamsi Janum bis solummodò re ipsâ clauserit Augustus, ex Dione facilè demonstratur. Nam præter occlusiones duas sub annis 725 & 729 priùs ab eo memoratas, demum anno 744, Julio & Fabio Coss. ad calcem lib. 54, Ἐψηφίσθη μὲν, inquit, τὸν Ἰανὸν τὸν Γέμινον κλεισθῆναι .... ὀ μέντοι καὶ ἐκλείσθη, i. e. *Decretum est Janum Geminum claudendum esse. nec tamen tum clausus fuit.* Quippe Daci & Dalmatæ inexpectatò pacem interruperant.

Ibid. v. 44. *Filios meos quos sinistra sors mihi eripuit:* iisdem ferè verbis, ac in testamenti sui initio, apud Suetonium in Tib. c. 23. *Quoniam sinistra Fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit*, &c.

Ibid. *Caium & Lucium Cæsares*, &c. quæ sequuntur in sex prioribus tertiæ Tabulæ versiculis. Hos integros nunc primùm damus, nullam posthac molestiam doctis viris facessuros. Nam quantum ad id quod injecit scrupulum Casaubono, dici ab Augusto ANNVM QVINTVM ET DECIMVM AGENTIS, cùm contradicere videatur imperfecta de Caio inscriptio, QVEM. COS. POPVLVS. CREAVIT. ANN. NAT. XIIII. *Grut.* ccxxviii. 5. sciendum est illos annum decimum quintum agere, qui eum ingressi sunt, post annos quatuordecim vel minimum quantum totos jam elapsos. Illustrissimum verò indicis Augustei locum, dum legis, sic distingue; longè aliter quàm doctissimo Norisio visum, in mox laudando opere pag. 112. *Caium & Lucium Cæsares, honoris mei causâ, Senatus Populusque Romanus, annum quintum & decimum agentis, consules designavit: ut eum magistratum inirent post quinquennium. Et, ex eo die quo deducti sunt in forum, ut interessent consiliis publicis decrevit Senatus. Equites autem Romani universi principem juventutis utrumque eorum, parmis & hastis argenteis donatum, appellaverunt.* Hi sunt honores, quos vivis C. & L. Cæsaribus Romani habuere, omnes ad vivum, in obvio hodieque numismate, posterorum quoque oculis subjectos.



Agrippa Nat. pater.





C. L. *Cæsares Augusti* F F. *Adopt.*



Eorum Honores.

Iisdem immaturè mortuis alios etiam non modicos honores coloni Pisani decrevere. Et hos & illos uberrimè illustravit F. Henricus Noris, purpurâ postea Romanâ, ut doctrinâ semper tum Græcâ tum Romanâ eminentissimus: illos quidem in parte dissertationis secundæ non exiguâ, hos verò per totum illustre opus, quo non plenius in hoc genere, neque doctius, neque accuratius orbis novit eruditus. Neque enim me morantur nævi ex malè intellectis tum tabulis Ancyranis orti. Dum igitur Norisius in hanc nostræ inscriptionis partem commentarium longè optimum suppeditat; eidem etiam accepta referemus Pisana ipsa monumenta; quæ non hic tantùm locus de C. & L. Cæsaribus, sed &, connexus cum eis, honos & historia Augusti Cæsaris

effla-

I

efflagitant. Id tantum unicè demiror, cur cenotaphia vocari placuit viro antiquitatis omnis peritiſſimo. Caii quidem cenotaphium Emeſæ olim in Syriâ itinerando reperit Bellonius; ut teſtatus eſt Obſervationum ſuarum libro 2. cap. 97. Verùm non ſunt hæc cenotaphia, ſed decreta tantummodo Piſanorum, ad honorem C. & L. Cæſarum, coloniæ, dum viverent, patronorum, pertinentia. Ea Piſani cenſuere in urbis ſuæ curiâ, Auguſteo dictâ, qualis & noſtris etiam Ancyranis *Sebaſtêum* Græcè nominata eſt. Inſcripſere verò iis, qui non ita pridem ſunt reperti, cippis duobus grandioribus, olim ſecundùm aram C. & L. Cæſarum defixis. Apud eam aram publicè eorum Manibus quotannis parentandum erat, juxta Decreta hîc ſubjecta. E quibus præcedere oportebit, quia id tempore præceſſit,

Decretum Piſanorum ad L. Caeſaris honorem pertinens.

XIII. K. OCTOBR. PIsIs. IN. FORO. IN. AVGVSTEO. SCRIB. ADFVER
Q. PETILIVS. Q. F. P. RASINIVS. L. F. BASSVS. M. PVPPIVS. M. F.
Q. SERTORIVS. Q. F. PICA. CN. OCTAVIVS. CN. F. RVFVS. A. ALBIVS
A. F. GVTTA.

QVOD . C. CANIVS . C. F. SATVRNINVS . IIVIR . V. F. DE . AVGENDIS . HONORIBVS L. CAESARIS . AVGVSTI . CAESARIS . PATRIS . PATRIAE . PONTIFICIS . MAXSVMI TRIBVNICIAE . POTESTATIS . XXV. FILI . AVGVRIS . CONSVLIS . DESIGNATI . PRINCIPIS IVVENTVTIS . PATRONI . COLONIAE . NOSTRAE . Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C. CVM . SENATVS . POPVLI . ROMANI . INTER . CETEROS . PLVRIMOS . AC . MAXSIMOS HONORES. L. CAESARI. AVGVSTI.CAESARIS.PATRIS.PATRIAE. PONTIFICIS . MAXIMI. TRIBVNICIAE . POTESTATIS . XXV. FILIO . AVGVRI . CONSVLI . DESIGNATO . PER CONSE*n*SVM. OMNIVM . ORDINVM. *decretos* . . . . .

. . . .

. . . .

L. Caeſari paren-TETVR . DATA . CVRA . C. CANIO . SATVRNINO. IIVIRO . ET . DECEM . PRIMIS . ELIGE*ndi* ASPICIENDIQVE . VTER . EORVM . MAGIS . IDONEVS . VIDEATVR . EMENDVS PVBLICA . PECV'NIA' . A . PRIVATIS . EIVS . *loci quem* MAGIS . PROBAVERINT . VTIQVE APVD. EAM. ARAM. QVOD. ANNIS. A. D. *xii K. Sept.* PVBLICE.MA'NIBVS. EIVS. PER. MAGISTRATV'S . EOSQVE . QVI . IBI . IVRI . DICENDO . PRA*erunt* . TOGIS . PVLLIS . AMICTOS QVIBVS EORVM. IVS. FASQVE. ERIT. EO. DI*e ejus* . VESTIS . HABENDAE. INFERIAE . MITTANTVR. BO'SQVE. ET. OVIS. A'TRI. INFVLIS. CAERVLIS. INFVLATI. *di*IS. MANIBVS. EIVS MACTENTVR . EAEQVE . HOSTIAE . EO . LOCO . ADOLEANTVR . SVPER . QVE . EAS SINGVLAE . VRNAE . LACTIS . MELLIS. OLEI. FVNDANTVR . AC . TVM . DEMVM . FACTAM *ceteris po*TESTATEM . SI. QVI . PRIVATIM . VELINT . MANIBVS. EIVS. INFERIAS.MITTERE *nive quis* AMPLIVS . VNO . CEREO . VNAVE . FACE. CORONAVE. MITTAT. DVM. II. QVI. IM*molaver*INT . CINCTI . CABINO . RITV . STRVEM . LIGNORVM . SVCCENDANT . ADQVE *exin*DE . HABEANT

uti LOCVS . ANTE . EAM . ARAM . QVO . EA . STRVES . CONGERANTVR .COMPONANTVR.PATEAT QVOQVE. VERSVS . PEDES. XL. STIPITIBVSQVE . ROBVSTIS . SAEPIATVR . LIGNORVMQVE ACERVOS. EIVS. REI. GRATIA. QVOD. ANNIS. IBI . CONSTITVATVR . CIPPOQVE . GRANDI SECVNDVM. ARAM. DEFIXSO . HOC. DECRETVM. CVM. SVPERIORIBVS. DECRETIS. AD. EIVS HONORES . PERTINENTIBVS . INCIDATVR . INSCVLPATVRVE . NAM . QVOD . AD . CETERA SOLEMNIA. QVAE. EODEM . ILLO . DIE . VITARE. CAVERIQVE. PLACVISSENT. PLACERENTQVE . ID . SEQVENDVM . QVOD. DE. IIS. SENATVS. P. R. CENSVISSET . VTIQVE . PRIMO QVOQVE . TEMPORE . LEGATI . EX . NOSTRO . ORDINE . IMPER . CAESARE*m* AVGVSTVM PATREM . PATRIAE . PONTIFICEM . MAXIMVM . TRIBVNICIAE . POTESTATIS . XXV. ADEANT . PETANTQVE . AB . EO . VTI . COLONIS. IVLIENSIBVS. COLONIAE. OPSEQVENTI IVLIAE . PISANAE. EX. HOC . DECRETO. EA. OM*n*IA. FACERE. EXEQVIQVE. PERMITTAT.

Decretum Pisanorum ad C. Cæsaris honorem pertinens.

. . . . . PISIS . IN. FORO . IN . AVGVSTEO . SCRIB . AD *fuer.* Q . SERTORIVS . Q . F. ATILIVS . TACITVS . P. RASINIVS . L. F. BASSVS . L. LAPPIVS P. *f. Th*ALLVS. Q. SERTORIVS . Q. F. ALPIVS . PICA. C. VETTIVS. L. F. VIRCVLA . M. HERIVS M. *F. Pr*ISCVS . A. ALBIVS. A. F. GVTTA. TI. PETRONIVS. TI. F. POLLIO. L.FABIVS.L.F.BASSVS. SEX *Ap*ONIVS. SEX. F. CRETICVS. C. CANIVS. C. F. SATVRNINVS. L. OTACILIVS. Q. F. PANTHERA

QVOD. *ad*SVNT . CVM . IN . COLONIA . NOSTRA . PROPTER . CONTENTIONES . CANDIDATORV*m m*AGISTRATVS. NON. ESSENT. ET. EA. ACTA. ESSENT. QVAE . INFRA. SCRIPTA . SVNT. CVM . A . *d iii* . NONAS . APRILES . ALLATVS . ESSET . NVNTIVS . CAIVM . CAESAREM. AVGVSTI. PATRIS. PATRIAE *pon*TIF. MAXSVMI. CVSTODIS. IMPERI. ROMANI. TOTIVSQVE. ORBIS. TERRARVM. PRAESI*dis f*ILIVM. DIVI. NEPOTEM. POST.CONSVLATVM. QVEM.VLTRA.FINIS.EXTREMAS.POPVLI *Romani* . BELLVM . GERENS . FELICITER . PEREGERAT . BENE . GESTA . RE . PVBLICA . DEVICTEIS . AVT IN.*fi*DEM.RECEPTIS.BELLICOSISSIMIS.AC.MAXSIMIS.GENTIBVS.IPSVM.VOLNERIBVS.PRO.REPV*blic*A . EXCEPTIS . EX . EO . CASV . CRVDELIBVS . FATIS . EREPTVM . POPVLO . ROMANO . IAM . DESIGNATV*m j*VSTISSVMVM.AC.SIMILLVMVM.PARENTIS.SVI.VIRTVTIBVS.PRINCIPEM.COLONIAEQVE NO*st*RAE. VNICVM. PRAESIDIVM. EAQVE. RES. NON. DVM. QVIETO.LV'CTV. QVEM.EX.DECESSV *L. c*AESARIS. FRATRIS. EIVS. CONSVLIS. DESIGNATI. AVGVRIS. PRONI. NOSTRI. PRINCIPI*s ju*VENTVTIS. COLONIA. VNIVERSA. SVSCEPERAT. RENOVASSET. MVLTIPLICASSETQVE *Moer*OREM . OMNIVM . SINGVLORVM . VNIVERSORVMQVE . OB . EAS. RES. VNIVERSI. DECVRI*ones*. COLONIQVE . QVANDO . EO. CA'SV.IN. COLONIA. NEQVE. IIVIR. NEQVE. PRAEFECTI ERA*nt* NEQVE. QVISQVAM. IVRE. DICVNDO. PRAERAT. INTER. SESE. CONSENSERVNT. PRO M*agn*ITVDINE. TANTAE. AC. TAM. INPROVISAE. CALAMITATIS. OPORTERE. EX . EA . DIE Q*va ej*VS. DECESVS. NVNTIATVS. ESSET. VSQVI. AD. EAM. DIEM.QVA.OSSA.RELATA.ATQVE CO*nd*ITA.IVSTAQVE.EIVS.MANIBVS.PERFECTA.ESSENT.CVNCTOS.VESTE.MVTATA.TEMPLIS Q*ue d*EORVM . IMMORTALIVM . BALNEISQVE . PVBLICIS . ET.TABERNIS. OMNIBVS. CLAVSIS CO*nvi*CTIBVS. SESE.APSTINERE. MATRONAS.QVAE.IN.COLONIA'.NOSTRA.SVNT.SVBLVGERE DI*em*QVE.EVM.QVO.DIE.C.CAESAR.OBIT.QVI. DIES.EST.A.D.VIIII.K.MARTIAS. PRO. ALLIENSI LV*gu*BREM . MEMORIAE . PRODI . NOTARIQVE'. IN . PRAESENTIA . OMNIVM . IVSSV'. AC VO*lun*TATE . CAVERIQVE . NEQVOD . SACRIFICIVM . PVBLICVM . NEVE . QVAE . SVPPLICA*tio*NES . NIVE . SPONSALIA . NIVE . CONVIVIA . PVBLICA . POSTEA . IN . EVM . DIEM EO*ve di*E . QVI . DIES . ERIT . A. D. VIIII. K. MARTIAS . FIANT . CONCIPIANTVR . INDICANTV*rve* NIVE . QVI . LVDI . SCAENICI . CIRCIENSESVE . EO . DIE . FIANT . SPECTENTVRVE V*tique* . EO. DIE . QVOD . ANNIS. PVBLICE. MA'NIBVS . EIVS. PER . MAGISTRA'TVS. EOSVE Q*vi pis*IS . IVRE . DICVNDO . PRAERVNT . EODEM . LOCO . EODEMQVE . MODO . QVO L. *Caes*ARI . PARENTARI . INSTITVTVM . EST . PARENTETVR

VTIQVE *arcvs* . CELEBERRIMO . COLONIAE . NOSTRAE . LOCO . CONSTITVATVR . ORNATVS *sp*OLEIS. DEVICTARVM . AVT . IN . FIDEM . RECEPTARVM. AB. EO . GENTIVM . SVPER EV*m st*ATVA . PEDESTRIS . IPSIVS . TRIVMPHALI . ORNATV . CIRCAQVE . EAM . DVAE EQ*uest*RES . INAVRATAE . GAI . ET . LVCI . CAESARVM . STATVAE . PONANTVR

VTIQVE *cu*M . PRIMVM . PER . LEGEM . COLONIAE . DVO . VIROS . CREARE . ET. HABERE.POTV*eri*MVS . II . DVO . VIRI . QVI . PRIMI . CREATI . ERVNT . HOC . QVOD . DECVRIONIBVS ET *uni*VERSIS . COLONIS . PLACVIT . AD . DECVRIONES . REFERANT . EORVM . PVBLI*ca* AVCTORITATE . ADHIBITA . LEGITVME . ID . CAVEATVR . AVCTORIBVSQVE IIS *in t*ABVLAS . PVCLICAS . REFERATVR . INTEREA . T. STATVLENVS . IVNCVS FL*ame*N . AVGVSTALIS . PONTIF. MINOR . PVBLICORVM . P. R. SACRORVM . ROGARETV*r ut* CVM . LEGATIS . EXCVSATA . PRAESENTI . COLONIAE . NECESSITATE . HOC OF*ficiu*M . PVBLICVM . ET . VOLVNTATEM . VNIVERSORVM . LIBELLO . REDDITO IM*p. C*AESARI . AVGVSTO . PATRI . PATRIAE . PONTIF. MAXSIMO . TRIBVNICIAE PO*test*. XXVI. INDICET

IDQV*e T. S*TATVLENVS . IVNCVS . PRINCEPS . COLONIAE . NOSTRAE. FLAMEN . AVGVST. PO*ntif*. MINOR . PVBLICORVM . P. R. SACRORVM . LIBELLO . ITA . VTI . SVPRA . SCRIPTVM ES*t imp*ERATORI. CAESARI. AVGVSTO. PONTIFICI. MAXIMO . TRIBVN. POTEST. XXVI. PATRI PA*triae* REDDITO . FECERIT . PLACERE . CONSCRIPTIS . QVAE. A. D. IIII. NONAS. APRILES Q*vae Sex*. AELIO . CATO . C. SENTIO . SATVRNINO . COS. FVERVNT . FACTA . ACTA. CONST*ituta s*VNT . PER . CONSENSVM . ORDINVM . EA . OMNIA . ITA . FIERI . AGI . HA

BE*ri opſe*RVARIQVE. AB. L. TITIO. A. F.ET.A.T.ALLIO. T.F.RVFO.IIVIRIS ET.AB.EIS.QVICVM QV*e poſt*EA . IN . COLONIA . NOSTRA . IIVIR . PRAEFECTI . SIVE . QVI. ALI. MAGISTRATVS ER*unt* OMNIA. IN.PERPETVOM.ITA.FIERI. AGI. HABERI. OPSERVARIQVE.V TIQVE. L. TITIVS A. *F. T. al*LIVS. T. F. RVFVS. IIVIRI. EA. OMNIA. QVAE. SVPRASCRIPTA. SVNT. EX. DECRETO NO*ſtro* CORAM . PRO . QVAESTORIBVS . PRIMO . QVOQVE . TEMPORE . PER . SCRIBAM . PV BLI*cum i*N . TABVLAS . PVBLICAS . REFERENDA. CVRENT . CENSVERE.

Tab. 3. v. 8. *Plebei Romanæ viritim SS. trecenos numeravi.* Hic eſt inſignis ille locus de impenſis & largitionibus Auguſti qui eruditiſſimi noſtratis Arbuthnoti librum illuſtrare poterit, uti liber iſte jam feliciter illuſtravit Græcam omnem & Romanam antiquitatem. Ejus exemplo, quà licet, Auguſti munera ad monetam hodiernam Britannicam, ſecundùm libras ſterlingas, ſolidos, & denarios, redigemus. Sunt igitur ſeſtertii treceni 4*s.* 10 *d.*$\frac{1}{8}$ Totidem *plebei* viritim ex teſtamento patris ſui numeravit: quot etiam teſtis eſt Suetonius viritim legâſſe Julium, cap. 83. *Plebei* Archaicè à *plebes* dictum puta.

Ibid. v. 8. *Nomine meo quadringenos ex bellorum manibiis conſul quintum viritim dedi.* i. e. 3*l.* 4*s.* 7*d.* Hujus congiarii cùm meminerit forte Dio, lib. 51. quadringenos iſtos ſeſtertios viritim datos Græcè extulit καθ' ἑκατὸν [l. καθ' ἕνα ἑκατὸν] δραχμὰς, drachmæ proinde Atticæ quatuor ſeſtertios, hoc eſt denarium Romanum, æquans.

Ibid. v. 12, 13. *Tribunitia poteſtate duodecimum quadringenos nummos tertium viritim dedi.* Tertium hoc nummorum congiarium obiter attigit Joſephus in Antiq. l. 16. c. 4. edit. Hudſ. p. 719. eique præſentem fuiſſe regem Herodem ſcribit, poſtquam Aquileiæ paucis ante diebus cauſſam contra filios ſuos coram Auguſto dixiſſet. Hinc ergo occaſionem ſcitè arripit Noriſius, demonſtrandi quo anno in Italiam, cauſſam eam dicturus, Herodes venerat: anno nempe, quo Auguſtus Aquileiæ ſubſtitit, eventa belli Pannonici illic è propinquo ſpectans; quo etiam Tribunitiam poteſtatem duodecimum renovavit. Eo verò duplici charactere ſignatur pars poſterior anni U. C. V. 742. Vide Noriſ. Cen. Piſ. diſſ. 2, c. 6. Ibi telam hanc orditur chronologicam vir ille perſpicaſiſſimus, rectiùs inde perſcrutatus Herodis tempora, adeoque verum D. noſtri Jeſu Chriſti natalem annum. Speciatim verò pag. 154. ſic concludit---" Hoc planè Ancyrano ſaxo " refelluntur anachroniſmi illorum ſcriptorum, qui hanc ſecundam Herodis peregrina- " tionem Romanam aliis à ſtabilito annis affigunt.

Ibid. v. 13, 14. *Quæ mea congiaria* (ſingula quatuor intelligit; pecuniæ tria, frumenti unum) *pervenerunt ad ſeſtertium millia, nunquam minus, quinquaginta, & ducenta.* hoc eſt 405, 260 *l.* 8*s.* 4*d.* ex quâ pecuniæ ſummâ cùm plebs quadringenos ſeſtertios, hoc eſt 3 *l.* 4 *s.* 7 *d.* viritim acciperet, qui accepêre viri erant numero 125500.

Ibid. v. 15. *Tribunitiæ poteſtatis duodevicinſimum, conſul XII, trecentis & viginti millibus plebei urbanæ ſexagenos denarios* (hoc eſt 1 *l.* 18 *s.* 9 *d.*) *viritim dedi.* pervenit itaque hoc congiarium ad 620000 *l.*

Ibid. v. 17. *Cuoivis militum meorum conſul quintum ex manibiis viritim millia nummum ſingula* (hoc eſt 8 *l.* 1 *s.* 5 *d.*$\frac{1}{2}$) *dedi. Acceperunt id triumphale congiarium in coloniis hominum circiter centum & viginti millia.* His igitur largitus eſt monetæ noſtræ, 968750 *l.*

Ibid. v. 20. *Conſul tertium decimum ſexagenos denarios* (hoc eſt 1 *l.* 18 *s.* 9 *d.*) *plebei quæ tum frumentum publicum acceperunt dedi. Ea millia hominum paulo plura quàm ducenta fuerunt.* Dedit igitur eâ largitione paulò plus quàm 387500 *l.* Hæc Auguſti largitio, quum hìc ad conſulatum ejus tertium decimum, an. U. C. 752, referatur, opportunè nobis locum indigitat, ubi deficere incipit Dionis hiſtoria Auguſtea; libro nempe 55. editionis Leunclavianæ pag. 554. ibi enim poſt acta anni 748, & Tiberii tum in Rhodum inſulam ſeceſſum, ſtatim ſubjicitur hujus largitionis quarto poſt anno conceſſæ mentio, *denariis*, ut ſuperiùs, Græcè per δραχμὰς redditis: ὁ δὲ Αὔγουστος τὸ τοῦ δήμου τοῦ σιτοδοτουμένου πλῆθος ἀόριστον ὂν ἐς εἴκοσι μυριάδας κατέκλεισε. καὶ, ὥς γε τινὲς λέγουσι, καθ' ἕνα ἑξήκοντα δραχμὰς ἔδωκε, i. e. *Infinitam plebis multitudinem, quæ frumentum publicum accepit, Auguſtus ad ducenta hominum millia redegit: &, ut nonnulli dicunt, viritim*

iis

iis ſexagenos denarios dedit. Obiter verò ex parenthetico iſto, *ut nonnulli dicunt,* non malè advertet lector, Dioni nunquam viſum fuiſſe hunc Auguſti indicem.

Ibid. v. 22,23. *Pecuniam pro agris, quos in conſulatu meo quarto & poſtea M. Craſſo & Cn. Lentulo Augure adſignavi militibus, ſolvi municipîs. Ea ſeſtertium circiter SEX... SIENS milliens fuit.* Ita quidem exemplar Fabrianum, quaſi extritis tribus literis intermediis; cùm Tournefortianum non niſi hoc modo SEX...... imperfectiùs habeat; at in Buſbequiano SEXGENS clarè extet. Hæc igitur me pæne invitum impulerunt ut, ſervato illo G, SEXageSIENS *milliens* reſcriberem. Sed exterret immanis admodum pecuniæ numeratæ ſumma, 48,437500 *l.* & expoſco potiùs legentium judicium, annon *ſexiens milliens,* hoc eſt 4,843,750 *l.* pars prioris decima, pro veriore ſit habenda. Amplum hoc quidem & magnificum: at nemo eſt qui facilè extricaverit, quanti eſſet ager Italicus, tot hominum millibus coemendus. Poſt bellum Siculum, quum adhuc Triumvir eſſet Octavianus, unius agri Campani partem terrâ Cnoſiâ in Cretâ mutatam emit, & quidem tantâ quanta reditum duodecies ſeſtertium daret. Ita Dio lib. 49. cum Velleio lib. 2. cap. 81. conferendus. Præter quos Plinius lib. 18. c. 11. *Extat Divi Auguſti decretum quo annua vicena millia Neapolitanis ... numerari juſſit è fiſco ſuo, coloniam deducens Capuam.* Super hæc omnia, promiſſa eſt iiſdem, & præſtita poſtea, aqua Julia. Cætera ex his, Lector, æſtima.

Porrò Auguſtus ad minuendum, ut videtur, rei miraculum, hoc tanto pecuniæ onere, quanta quanta fuerit, collationibus ſe levatum ſcribit. Sequitur enim

Ibid. v. 24. *Ea ſeſtertium circiter ſexiens milliens fuit, quam ex collationibus pro prædiis numeravi.* Quo in loco Gronovius *prædiatoribus numeravi,* & meliùs longè quàm quod à Lipſio erat, *prætoribus.* Noſtram iſtam lectionem reddidêre excuſſa quatuor exemplaria, Buſbequianum, Coſſonianum, Fabrianum, Tournefortianum. Quicquid ſit, factas magnoperè Auguſto collationes, tum ſtato tempore, Kal. Januariis, tum urgente aliàs neceſſitate, præter tributa provinciarum annua, nemo non novit. Neque unquam ſanè opportuniùs, quàm hoc ipſo quem indicavit anno (U.C. 724.) in conſulatu ſuo quarto. Tunc enim, per hanc agrorum emptionem, ad extremas anguſtias redactus, & mediis in victoriis inops, in foro tum ſua, tum amicorum bona, miſerabili ſpecie, publicavit. Dio lib. 51. pag. 445. *Cæſar aliis militum pecuniam dedit; aliis qui omnibus ſecum bellis fuiſſent, agrum etiam addidit. Nam eos Italiæ populos qui Antonii rebus ſtuduiſſent, extorres egerat, militibuſque agros eorum donaverat. Extorrium autem pleriſque Dyrrachium, Philippos, & alia oppida habitanda conceſſit. Reliquis pecuniam pro agro aut numeravit; aut numeraturum promiſit. Etſi enim ex Victoriâ magnam vim pecuniæ adeptus eſſet, tamen impenſæ fiebant longè majores: ideoque in foro venalia propoſuit & ſua, & amicorum aliquot bona.* Similia, ſed obſcuriùs, innuit, ut obſervavit ſuperiùs Caſaubonus, ad alterum illum quem Auguſtus hìc ſignavit annum (U.C. 740.) conſulibus M. Craſſo & Cn. Lentulo augure. ὁ Αὔγουστος, πολλὰ μὲν ἀναλώσας ὡς ἑκάστοις, πολλὰ δὲ καὶ παρ' ἑτέρων λαβὼν, διωκήσατο. i. e. *multa in ſingulis impendens, multa etiam ab aliis corradens,* res Auguſtus adminiſtrabat. Res illic intelligit Hiſpaniæ Galliæque: ſed etiam in provinciis collationes, eæque jam ſtatæ, tributi nomine, fiebant.

Ibid. v. 25. *Et circiter bis milliens & ſeſcentiens* (hoc eſt 2,098,958 *l.* 6 *s.* 8 *d.*) *quod pro agris provincialibus ſolvi. Id primus & ſolus omnium qui deduxerunt colonias militum in Italiâ, aut in provinciis ad memoriam ætatis meæ feci.* In his, nunc primùm rectè ſic lectis & diſtinctis, amovet à ſe Auguſtus objecta Syllæ, & Cæſari priori, in Bruti apud Appianum oratione, de bell. civil. lib. 2. p. m. 840. *Sylla & Cæſar vi & armis hoſtiliter oppreſsâ republicâ, neque dimiſerunt vos in ſuam quemque patriam, neque agros vobis emerunt, aut confiſcatos diviſerunt, neque priſtinos eorum dominos pretio reddito ſolati ſunt, quamvis pecuniarum affatim haberent ex ærario, multum item ex vectigalibus publicis. ſed in ipsâ Italiâ nihil commeritâ, non jure belli, ſed more latrocinii, veteribus poſſeſſoribus ademerunt agros, domos, ſepulchra, fana.* Triſtia hæc quidem & acerba. ſed ab ipſo etiam Auguſto, ante conſulatum ejus quartum, haud æquiùs partitiones factæ. Nam (ut ait Dio ſub annum U. C. 713.) *omnes initio per totam Italiam agros, niſi quid miles*

aliquis

aliquis emeritus dono accepiſſet, aut à fiſco emiſſet, unà cum ſervitiis & inſtrumento reliquo, dominis adimebat, ac militibus dabat. Unde Virgil. Ecl. 1. *En queis conſevimus agros!*

Ibid. v. 28. *Ti. Neroni & Cn. Piſoni conſulibus.* Non ut vulgò Nerone & Piſone. ſic Virgilio & Horatio caſu ſexto *imbri:* aliaque aliis eodem caſu. Inter inſcriptiones verò ſimile apud Gruterum vide p. ccxxviii. 8. QVAM. IMPENSAM. C. CASCELLIO. LABEONI. IN PERPET. POLLICENTI (caſu ibi ſexto abſolutè poſito) GRATIAE. AGANTVR. MVNIFICENTIAE. EIVS.

Ibid. v. 34. *Quater pecunia mea juvi ærarium.* Semel, ut habet Dio, *in conſulatu ſuo ſexto* lib. 53. pag. 497. & aliàs, inſigni rei memoriâ nummo gentis Viniciæ ſic inſcriptâ, S. P. Q. R. IMP. CAES. QVOD. V. M. S. EX. EA. P. Q. IS. AD. A. DE. i. e. *quod viæ munitæ ſint ex eâ pecuniâ quam is ad ærarium detulit.*

Ibid. v. 34. *Ita ut ſeſtertium milliens & quinquiens* (hoc eſt 811,328 *l.* 2 *s.* 6 *d.*) *ad eos qui præerant ærario detulerim.* In hoc commate, pro iſto *ad eos qui*, antea turpiſſimo errore *adeo ſolvi* legebatur.

Ibid. v. 25, &c. *M. Æmilio & L. Arruntio Coſ. in ærarium militare quod ex conſilio . . . . conſtitutum eſt: ex quo præmia darentur militibus qui viginti ſtipendia emeruiſſent, HS. milliens & ſeptingenties . . . . detuli.* Dione auctore ſic imple priorem iſtam lacunam, *ex conſilio ſenatûs:* Sic verò ſecundam, *HS. milliens & ſeptingentiens, Ti. Cæſaris nomine & meo.* Dio enim, loco omnium inſigniſſimo, poſt enarratas Auguſti legiones, lib. 55. pag. 565, hæc habet. *His de cauſis, quum indigeret pecuniâ, ſenatum conſuluit de reditu quodam perpetuo conſtituendo, unde citra ullius injuriam ſtipendia ac præmia militibus ſufficerent. Id igitur quærebatur . . . . . Deinde M. Æmilio L. Arruntio conſulibus, quum nullus reditus excogitari poſſit, ſed & quæri eum omnes gravatè ferrent, Auguſtus,* pro ſe & Tiberio, *in ærarium, cui militaris nomen indidit, pecuniam intulit.* Ea, auctore hic ipſo Auguſto, *HS. milliens & ſeptingentiens* fuit; hoc eſt, 1,372,395 *l.* 16 *s.* 8 *d.*

Tab. 4. v. 1. *Curiam & continens* EI *Chalcidicum.* hoc, eſt Chalcidicum Curiæ Juliæ conjunctum. Veterem illam lectionem, *continens* ET *Chalcidicum*, quùm ægrè paſſus eſſet Gronovius, decrevit ille Auguſtum ſcripſiſſe, *curiam & continens* EI *Chalcidicum.* Et meâ quidem ſententiâ juſtiſſimè. Nam ſuffragatum eſt id quod poſtea comparuit exemplar Fabrianum: levique iſtâ mutatione vox durè & obſcurè poſita ſtatim mirè elegans evadit. Quippe de terrâ, de ædificio, aut quopiam ſimili loquentibus Latinum *continens ei* id ipſum eſt quod Græcum συνεχὲς αὐτῷ. Neque aliâ profectò ratione, quàm quòd non erant aliis *continentes*, ſed disjunctæ undique & ſeparatæ, magnæ pleræque domus Romanis *inſulæ* dicebantur.

Tab. 4. v. 1, 2. *Curiam & . . . . . Chalcidicum . . . . feci.* Dio lib. 51. Conſul quintum Auguſtus τό, τε Ἀθηναῖον, καὶ τὸ [f. τὸ καὶ] Χαλκιδικὸν ὠνομασμένον, καὶ τὸ βουλευτήριον τὸ Ἰούλιειον καθιέρωσε. Quæ vide annon ſic fuerint vertenda; *tum Minervium (quod & Chalcidicum nominatum eſt) tum curiam Juliam ſacravit:* Ita ut non fuerint hæc tria Dioni ædificia, ſed duo tantummodò, ut in Auguſti indice; *curia* Julia, *& Chalcidicum.* Cùm enim in incerto reliquerint eruditi viri, quid & quale fuerit Chalcidicum; mihi non obſcurè ſubvenit, non aliud fuiſſe quàm Minervium, Græcè Ἀθηναῖον, ſignum habens Chalcidicæ, ab urbe Chalcide, Minervæ. Sic enim P. Victor, in deſcriptâ ab eo nonâ urbis regione, *Minervium, Minerva Chalcidica:* quorum priore locus Minervæ ſacer, at poſteriore Deæ ſignum indigitatur. In confinio urbis Aleppenſis, Berœæ antiquitùs dictæ, obviam reperitur ΦΛ. ΧΑΛΚΙΔΕΩΝ nummus, ad Chalcidem, urbem Syriacam, Cleopatræ olim ſubjectam, clarè pertinens. Hanc, quum, devictâ nuper Cleopatrâ, res Aſiæ Syriæque conſul. V. ordinavit, credibile eſt victorem Cæſarem adiiſſe, exque eâ aut ſignum, aut aliud quid Minervæ ornamentum, detuliſſe; eodemque anno Romæ *Minervium hoc Chalcidicum* extruxiſſe. Nam (ut ibidem adjecit Dio, lib. nempe 51. p. 459.) *ex prædâ Ægyptiacâ multa Jovi Capitolino, Junonique & Minervæ conſecravit: quum ex S. C, tanquam contaminata eſſent, detraherentur omnia priùs ſuſpenſa in eorum templis ornamenta. Ita Cleopatra, quanquam victa & capta, gloriam tamen con-*

secuta est, quum in templis nostris ejus ornamenta essent dedicata. Eadem urbs Chalcis Domitiano postea, tanquam instauratori suo, adulata, secundum gentile Imperatoris nomen, *Flaviam* se *Chalcidem* appellavit, & exinde novam Epocham signavit; id docente primùm, & demonstrante, Em. Norisio, de Epochis Syr. Mac. differt. 3. cap. 3. Contra autem Domitianus tum urbi Chalcidicæ gratulatus, tum Minervæ aliàs addictissimus, *Minervia Chalcidica* extruxit; de quo adeatur Eusebii chronicon, ad numerum MMCV. & commentator in locum Josephus Scaliger. Nam ut de re ipsa, ita & de Scaligeranis ad eam observatis in diversa abeunt Casaubonus & Gronovius. Mihi interim ex supradictis clarè satis innotescit, hoc nostrum *Chalcidicum* Minervio aut synonymum, aut epitheton, fuisse. Minervam autem *Chalciœcam*, Ætolis & Lacedæmoniis olim cultam, & *Chalciœcon* (ut habent Livius & Pausanias) i. e. templum ejus æneum, longè ab hoc Minervio Chalcidico alienum puto.

Quæ sequuntur de *templo Apollinis in palatio cum porticibus*, deque aliis Augusti publicis operibus, ea cum Suetonianis Aug. c. 29, &c. & cum Dione passim, & cum P. Victoris tabulis conferenda.

Ibid. v. 6. *Ædem Larum in summâ sacrâ viâ.* Larum intellige publicorum, compitalium & vialium aliter dictorum, de quorum æde ex collationibus per Augustum factâ Inscriptio legitur Farnesiana, Grut. cvi. 4.

LARIBVS . PVBLICIS . SACRVM
IMP. CAESAR . DIVI . F. AVGVSTVS
PONTIFEX . MAXIMVS
TRIBVNIC . POTESTAT . XVIIII.
EX . STIPE . QVAM . POPVLVS . EI
CONTVLIT . K. IANVAR . APSENTI
C. CALVISIO . SABINO
L. PASSIENO . COS.

ædem adjicit *Deûm Penatium in Veliâ*, hoc est parte montis Palatini, quæ *sacellum Larum* P. Victori dicitur. Hi quoque Penates publici, aliter Pop. Rom. Penates dicti.

Ibid. v. 10. *Rivos aquarum compluribus locis vetustate labentes feci:* ut in veteri quæ Romæ extat inscriptione,

IMP. CAESAR . DIVI . IVLI . F. AVGVSTVS
PONTIFEX . MAXIMVS . COS . XII.
TRIBVNICIAE . POTESTAT . XIX. IMP. XIIII.
RIVOS . AQVARVM . OMNIVM . REFECIT.

Ibid. v. 15,16. *Incohavi* non *inchoavi:* ut etiam, notante Torrentio, in optimo Suetoniano codice, Aug. c. 97. *itinere incohato.* Ubi habes, Lector, veram non minus quàm Archaicam vocis orthographiam, idque ex mente illustris dum hæc scripta sunt, grammatici, Verrii Flacci, qui ab Augusto nepotibus ejus præceptor electus ipso docuit in palatio. Notatum hoc Diomedi lib. 1. *Incohavi*, inquit, *dicendum putat Julius Modestus: quia sit compositum à caho initio rerum, quod Verrius Flaccus in postrema syllaba aspirandum probavit. Cohaum enim apud veteres mundum significat.*

Ibid. v. 17. *Duo & octoginta templa Deûm in urbe consul . . . . . . refeci, &c.* Cauto Cæsar discrimine alia se templa *fecisse*, alia *refecisse* dicit. Fecit scilicet non ea solummodò quæ primus ipse extruxit, sed quæ olim ab aliis extructa, & vetustate jam delapsa in ruinas, à fundamentis iterum excitavit. Hæc inter, ædem Jovis Feretrii, & ædem Deûm Penatium superiùs memoravit: de quarum tamen posteriore perperam sic Casaubonus, *Hanc refecit, non fecit.* De priore etiam incautiùs locutus ipse Livius, *Augustum Cæsarem* tradit, *templorum omnium conditorem aut restitutorem, ingressum ædem Feretrii Jovis, quam vetustate dilapsam refecit*, lib. 4. c. 20. Pari incuriâ Suetonius

us c. 30. *ædes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumtas refecit.* Aſt Auguſtus hæc à ſe facta, tanquam ſua ſibi opera, vendicavit, capite hujus tabulæ primo. Hîc verò alia ab iis templa, duo & octoginta numero, quum labefactari jam inceperint, & ruinam, ni reparentur, minitari, ſe propriè *refeciſſe* dicit, hoc eſt ne conciderent caviſſe. Idem ab eo obſervatum, quicunque is fuerit, qui ad calcem hujus indicis ab Auguſto ſcripti, operum ejus ἀνακεφαλαίωσιν hoc modo ſubdidit, *Opera fecit nova, ædem Matris Magnæ &c. Refecit Capitolium &c.* Rectè igitur non minus quàm dulciloquè Ovidius 2. Faſt. v. 59. poſtquam collapſam Matris Magnæ ædem deploraverat,

Cætera ne ſimili caderent labefacta ruinâ,
Cavit ſacrati provida cura ducis:
Sub quo delubris ſentitur nulla ſenectus:
Nec ſatis eſt homines, obligat ille Deos.
Templorum poſitor, templorum ſancte refector,
Sit ſuperis opto mutua cura tui.

Tempus refectorum tot templorum, quod excidit ab his tabulis, videtur hic innuere Ovidius, rem nempe tribuens providentiæ *ſacrati ducis*, hoc eſt, Pontificis Max. creati A. U. V. 741.

Tab. 4. v. 21. *Martis Ultoris templum, Forumque Auguſtum . . . . feci.* Ex voto quod A. U. V. 712. ante prœlium Philippenſe, ob paternæ cædis ultionem, ſuſceperat. unde Ovidius Faſt. V. de ludis Martis Ultoris menſe Maio celebratis,

v. 551. Ultor *ad ipſe ſuos cœlo deſcendit honores,*
Templaque in Auguſto conſpicienda foro.
569. *Voverat hoc juvenis tunc cùm pia ſuſtulit arma:*
A tantis princeps incipiendus erat.
Ille manus tendens, hinc ſtanti milite juſto,
Hinc conjuratis, talia dicta dedit.
Mars *ades, & ſatia ſcelerato ſanguine ferrum;*
Stetque favor cauſâ pro meliore tuus.
Templa feres, &, me Victore, vocaberis Ultor.

Templi hujus dedicationem ut ad vi. Idus Maianas poeta retulit Ovidius, ita ad annum U. C. V. 752. Velleius Hiſtoricus: ipſo nempe Auguſto XIII. & Caninio Gallo Coſſ. tum ſcilicet, cùm nondum Auguſto ſuffectus eſſet, qui ſuperiùs Caninii collega dicitur, Q. Fabricius. *Anno,* inquit, *quo magnificentiſſimi gladiatorii muneris, naumachiæque ſpectaculis Divus Auguſtus, abhinc annos triginta, ſe & Gallo Caninio Conſulibus, dedicato Martis templo, animos oculoſque populi Romani repleverat,* lib. 25. cap. ci. Ejuſdem etiam eodem anno dedicati plenior hiſtoria conſcripta à Dione eſt, ſed in libro mutilo 55. parte eâ quæ interiit. Id indicat contentorum in eo libro ſyllabus ſic conceptus. ὡς ἡ Ἀυγούστου ἱερὰ (l. ἀγορὰ) καθιερώθη. ὡς ὁ Ἄρεως ναὸς ὁ ἐν αὐτῇ ὢν καθιερώθη. i. e. *ut Auguſti forum, utque templum in eo Martis dedicatum eſt.* Sed an diverſum hoc fuerit à templo Martis cognomine Ultoris, de quo paulo poſt Ovidius, idemque Dio ad annum U. C. 734. lib. 54. p. 526, diſpiciendum in notis ad Tab. 5. v. 41.

Ibid. v. 24, 25. *Dona ex Manibiis . . . . . . conſacravi, quæ mihi conſtiterunt HS circiter milliens,* hoc eſt, 807,291 *l.* 13 *s.* 4 *d.* ubi notari libet tria Orthographica: *milliens* nempe, & ſimilia per totum hunc Indicem, interpoſito N ſcripta; cùm non niſi infinitis numerorum adverbiis ut *quotiens, totiens,* &c. interponi illud dixerit Priſcianus; *lib. de ponderibus.* *Conſacravi* quoque hic & alibi non ſemel; cui ſimile in vetuſtis Nepotis codicibus obſervatum à Dauſqueio. *Manibiis* etiam, non *manubiis*, hic jam tertiùm ſcribitur; idque auctore Verrio, qui, ut ait Chariſius, *manibias* per duo *i* ſcribendum, quia ſunt à *manibus*, putavit. Omnino igitur aut corrigendus aut rejiciendus erit Velius Longus, qui hæc habet in libello de Orthographiâ. *Antiquis variè ſcriptitatum eſt,* mancupium, aucupium, manubiæ. *Siquidem C. Cæſar per* i *ſcripſit, ut apparet ex titulis ipſius: at Auguſtus* i *per* u, *ut teſtes ſunt ejus inſcriptiones.* Tab.

Tab. 4. v. 26. *Auri coronari pondo triginta & quinque millia municipiis & coloniis Italiæ conferentibus ad triumphos meos quintum consul remisi.* Ad cæteras anni 725. felicitates quo Cæsar Consul V. tres egit triumphos, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, accessit pecuniæ undecumque affluentis copia, adeò ut fœnus quod ante denario pendebatur tum ad trientem ejus reciderit. Ergo qui anno superiore tanto ære alieno obstrictus fuit, nunc omnia quæ debebat persolvit Cæsar, sibi debita ab aliis non accepit. Dio lib. 51. Hæc inter, urbibus Italiæ auri coronarii, ad tres triumphos collati, pondo triginta quinque millia, hoc est, 1,130,208 *l.* 6 *s.* 8 *d.* remisit: ipso illo tempore, quo militibus suis triumphalis congiarii nomine 968,750 *l.* diviserat; & plebei urbanæ ex manibiis 405,260 *l.* 8 *s.* 4 *d.* vide supra notata ad Tab. 3. v. 8, 19.

Ibid. v. 29. *Aurum coronarium non accepi.* Vocis originem notavit Dio, χρυσίον ἐς στεφάνους vocans: ast usu demum *coronarium* idem fuisse ac *gratuitum*, aut *honorarium*, è Suidâ in στεφανικὸν τέλεσμα observandum: quo sensu tum Rhodiis, tum Gallo-græcis nostris Ancyranis id genus loquendi vulgò usurpatum fuit. Quippe Rhodii, *cùm sui juris essent, modicam pensionem annuam honoris ergô mittebant Romanis, non tam ducibus tributum, quàm amicis coronam dono dantes.* Et Ancyrani, inquit, στεφανικὸν λέγουσι πᾶν τὸ ἐν χάριτος μέρει διδόμενον, i. e. Coronarium *id omne dicunt quod gratuito munere oblatum est.*

Ibid. v. 32, 33. *Ludos feci meo nomine quater, aliorum autem magistratuum absentium ter & vigiens.* Ecce locum quem pæne exscripsit olim, nunc autem, post longi temporis injurias, emendat & restituit Suetonius: sic enim ille in Aug. c. 43. *Fecisse ludos se* ait *suo nomine quater: pro aliis magistratibus qui aut abessent, aut non sufficerent, ter & vicies.* Malè igitur, in Suetonii codicibus, suspectum reddiderunt hunc numerum *quater* & Lipsius & Casaubonus.

Inter ludos Augusti præcelluerunt ii *quos faciebat Veneri Genitrici, non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis* (inter ejus commentaria, credo, inventis, feliciter verò à Plinio servatis) *id gaudium prodidit.* "Iis ipsis ludorum "meorum diebus sidus crinitum per septem dies in regione cœli, quae sub Septentrio-"nibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam horam diei, clarumque & om-"nibus terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit Cæsaris animam in-"ter Deorum immortalium numina receptam: quo nomine id insigne simulachro capitis "ejus, quod mox in foro consecravimus, adjectum est. *Hæc ille in publicum. Interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci interpretatus est. Et, si verum fatemur, salutare id terris fuit.* Plin. Nat. Hist. l. 2. c. 25. De cometis subnotare liceat, non inane esse quod adjecit Plinius, *Sunt qui & hæc sidera perpetua esse credant, suoque ambitu ire:* neque falsò vaticinatum esse Senecam Philosophum, Nat. Quæst. l. 7. c. 26. *Erit qui demonstret aliquando in quibus cometæ partibus errent.* Nàm nostrâ ætate extitit Philosophus & Geometra summus, Edm. Halleius, L.L.D. cujus sublimi ingenio, & invictæ circa cœlestia industriæ, grande hoc naturæ arcanum cessisse creditur.

Ibid. v. 36 &c. *In collegio XV virorum magister, adlecto in collegium M. Agrippa, per Quindecimviros, C. Furnio, C. Silano Cos. quintos feci ludos sæculares.* Per Quindecimviros: quia ludi sæculares antiquitus isti collegio curæ fuerunt. Quoniam verò, teste Tacito An. 6. 11, magistratus potissimum exequebantur officia cæremoniarum, ideò Quindecimviratum suscepit ipse Cæsar, & Agrippam in collegium optari fecit. Cæsarem eâ occasione XV-virum prodit ipsius nummus, IMP. CAES. AVG. LVD. SAEC. XV. S. F. magistrum XV virorum Fastorum marmoreorum fragmentum, Grut. ccxcv.

LVDI . SAECVLARES . QVINCT.
IMP . CAESARE . DIVI . F . AVGVSTO
C. SENTIO . C . F. C. N. SATVRNINO
M. CLAVDIO. M. F. M. N. MARCELLO. MAG. XV. VIR.
M. FVFIO. M. F. STRIGONE
D. LAELIO . D. F. D. N. BALBO.

Agrippæ in collegium cooptatio, ſuo loco neglecta à Dione, anno tamen inſequente obiter ei memorata eſt, libro nempe 54. pag. 534. *Tum*, inquit, *Auguſti Quinquennalia ſumptibus Agrippæ acta: nam is quoque à collegio Quindecim-virorum, quibus per ordinem eorum curatio incumbebat, cooptatus & inauguratus fuerat.* Verè igitur accuratiſſimus ſcriptor Cenſorinus, de die nat. cap. 17. *Quintos ludos* [ſæculares] *C. Furnio, C. Junio Silano Coſſ. anno* DCCXXXVII. *Cæſar Auguſtus & Agrippa fecerunt.* Cæterùm de hiſce ludis ſæcularibus unicè legendus erit Zoſimus lib. 2. ubi erravit, non ipſe, ut puto, Zoſimus, ſed aliquis ejus exſcriptor ſomnolentus, in nominibus conſulum Λȣκίȣ Κλωσωρίνȣ ϗ Γαΐȣ Σαβίνȣ pro Γαΐȣ Φȣρνίȣ ϗ Γαΐȣ Σιλανȣ̃ peſſimè exaratis.

Ibid. v. 38. *Ludos ſæculares* [nulli vivorum viſos ante] *id tempus, deinde* [non iterum videndos . . .] ut fortè ſuppleri poterit : aut, ſi ſic malit Lector, *Ludos ſæculares* [intermiſſos . . ante] *id tempus, deinde* [poſt decimum centeſimumque annum, ut edicto monui, repetendos.] Horum primum non improbabile facit præconis vox vocantis ad ludos quos nemo vidit, aut iterum viſurus eſt, cum Ovidii carmine, Triſt. 2. Eleg. 1.——*quo tempore ludos——Fecit, quos ætas aſpicit una ſemel:* alterum doctiſſima illa Cenſorini capite prædicto diſſertatio; " Ita inſtitutum eſſe, ut centeſimo quoque an-
" no fierent, id cum Antias, aliique Hiſtorici auctores ſunt, tum Varro de ſcenicis origi-
" nibus, libro primo. Item T. Livius libro cxxxvi. *Eodem anno ludos ſæculares Cæ-*
" *ſar ingenti apparatu fecit; quos centeſimo quoque anno (is enim terminus ſæculi) fieri mos.*
" At contra, ut decimo centeſimoque anno repetantur, tam commentarii Quinde-
" cim-virorum, quàm D. Auguſti edicta teſtari videntur. Adeo ut Horatius Flaccus
" in carmine quod ſæcularibus ludis cantatum eſt, id tempus hoc modo deſignaverit;
Certus undenos decies per annos——Orbis ut cantus referatque ludos.

Ibid. v. 42. *Navalis prælî ſpectaculum populo dedi trans Tiberim, in quo loco nunc nemus eſt Cæſarum, cavato ſolo,* &c. Magnificentiſſimam hanc Naumachiam anno 752 exhibitam à Cæſare Auguſto tum tertium decimum Coſ. Velleius, l. 2. c. 101. prodidit. Ergo nihil ad rem Dio, qui integro, quod dolendum eſt, decennio, ab anno 748 ad 758 mutilatus ad nos pervenit. At Suetonius, ipſis fere Auguſti verbis, *feciſſe* ait *navale prælium circa Tiberim cavato ſolo, in quo nunc Cæſarum nemus eſt.* Aug. c. 43. Ad ea verba rectè monuit Caſaubonus τὸ *nunc* non reſtringendum eſſe ad Suetonii tempora, cùm Auguſtus hoc ipſum ſcripſerit, quinto decimo poſt exhibitam Naumachiam anno. Statim igitur in naumachiæ loco ſuccrevit hoc nemus Cæſarum, Caii nempe & Lucii Cæſarum nomine cohoneſtatum : idemque videtur fuiſſe ac *naumachiæ horti* Suetonio in Tib. cap. 72 memorati; quamvis illic crediderit Torrentius ſignificari vetuſtiores illos hortos, quos Julius Cæſar populo legavit, quoſque innuit Horatius, lib. 1. Sat. 9. *Trans Tiberim longe cubat is prope Cæſaris hortos.*

Ibid. v. 23, &c. *In templis omnium civitatium primarum Europæ & Aſiæ victor ornamenta repoſui, quæ ſpoliatis templis* is *cum quo bellum geſſeram privatim poſſederat.* His, quæ, auctore Plinio, notavit Caſaubonus, de Apolline Epheſio Myronis opere, accedant ab eodem ſubindicata ampliora longe Strabonis teſtimonia. *Sami,* inquit lib. 14, *tria erant Myronis opera coloſſica, uni inſiſtentia baſi, quæ cum juſtuliſſet Antonius omnia, Auguſtus Cæſar duo repoſuit in baſin eandem, Minervam ſcilicet atque Herculem. Jovem in Capitolium tranſtulit, ſacello ei parato.* Antea vero lib. 13. *Statuam Ajacis cùm ſublatam Antonius in Ægyptum aſportâſſet, reddidit eam Rhœteenſibus, ſicut & aliis idem fecerat Auguſtus Cæſar. Nam pulcherrima templorum donaria Ille, ut Cleopatram demereretur, avexerat; Hic diis ea reddidit.*

Ibid. v. 24. Is *cum quo bellum geſſeram.* Ita Antonium deſignari placuit. At perperam hic explevit Lipſius, *Antonius cum quo* &c. ut etiam initio monumenti, *Antoni factionis,* &c. Neutrum enim in iis locis patiuntur aut verſuum ſpatiola, aut mens Auguſti. Mens, inquam, Auguſti; quia de induſtriâ planè, ſiquem è victis à ſe ducibus indigitare vellet, neminem eorum nomine dignatur: non Brutum & Caſſium, non Lepidum, non S. Pompeium; ergo minimè omnium M. Antonium, malè fauſtâ memoriâ virum, cujus natalis dies pro nefaſto habitus, & honores in publicis monumentis aut deleti, aut deleri juſſi. Dio l. 51. pag. 456.

E e e Ibid.

Ibid. v. 53. *Exque eâ pecuniâ dona aurea*, &c. His fides conciliatur Suetonio & Dioni, diversa de his statuis tradidisse visis: Suetonio, qui cap. 52. *ex iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicatas tradit:* Dioni verò, qui lib. 53. pag. 511. *statuas illas argenteas in numisma concisas* dicit.

Tab. 4. v. 1. *Mare pacavi à prædonibus. Eo bello*, &c. Ita scilicet de S. Pompeio, omnique ejus nautico armamento loqui Augusto placuit; cui etiam assentatus est Velleius, ad mentem linguamque Imperatoris compositus adulator, l. 2. c. 73. *S. Pompeius*, inquit, *occupata Sicilia servitia fugitivosque in numerum exercitûs sui recipiens magnum modum legionum effecerat, perque Menam & Menecratem paternos libertos, præfectos classium, latrociniis ac prædationibus infestato mari, ad se exercitumque tuendum rapto utebatur, cùm eum non depuderet vindicatum armis ac ductu patris mare infestare piraticis sceleribus.* Hæ caussæ tum à Cæsare prætextæ: Jamque id bellum palam ut piraticum & servile posteris depingit: quod tamen Siculi nomine traditum ab Historicis, & mole ingens, & diu fortunâ anceps, donec A. U. C. V. 718, Agrippæ honorem coronæ navalis, Cæsari ovationis peperit. vide Not. ad v. 34.

Ibid. v. 1, &c. *Eo bello, servorum qui fugissent à dominis suis, & arma contra rempublicam tulerant, triginta ferè millia capta dominis ad supplicium sumendum tradidi.* Compar his Dio l. 49. pag. 319. *Servi à Cæsare dominis redditi: si cujus verò dominus non inveniretur, is in crucem actus.* Idem pleniùs aliquanto tradit Appianus de bell. civ. l. 5. p. m. 1178. addito insuper, *Hic tum bellorum finis visus est, quum Cæsar annorum jam octo & viginti esset, oppidatim inter deos tutelares consecratus.*

Ibid. v. 3. *Juravit in mea verba tota Italia sponte suâ.* Imminebat jam inter Cæsarem & Antonium bellum, *tantâ*, inquit Dio, *utriusque contentione, ut sociorum auxilia etiam sacramento rogaverint firmanda.* l. 50. pag. 422. Speciatim verò de Italiâ Suetonius, cap. 17. *Bononiensibus publicè, quod in Antoniorum clientelâ antiquitùs erant, gratiam fecit conjurandi cum totâ Italiâ pro partibus suis. Tota Italia*, inquit Caesar, eo modo Antonio tacitè respondens, qui partem sibi dimidiam militum Italiæ tanquam utrique communis vendicaverat. Dio pag. 419.

Ibid. v. 4. *Tota Italia — me, pro victis ducibus, ducem depoposcit. Juraverunt in eadem verba Galliæ, Hispaniæ, Africa, Sicilia, Sardinia.* Per hæc quoque obviam itum est Antonii criminationibus, *qui incusabat Cæsarem, quod Lepidum magistratu detrusisset: quodque provincias & exercitum, cum Lepidi, tum Sexti sibi vendicasset, quæ debuerant communia ambobus esse: horum dimidiam partem postulabat.* Dio lib. 50. pag. 419. Contrà Cæsar, Lepidum Sextumque, forte belli victos, & loco & imperio cessisse contendebat; se pro iis à volente totâ Italiâ, & provinciis, delectum ducem.

Ibid. v. 6. . . . . . . *ve* . . . . . *Senatores plures quam DCC in* . . . . *consulibus facti; ad eum diem quo scripta sunt* . . . . . *circiter CLXX.* Hæc adeo imperfecta quò pertineant non est in promptu divinare: quanquam major ille Senatorum numerus videtur eorum fuisse qui juraverunt in verba Cæsaris; at hic minor eorum qui, cum Domitio & Sossio Coss. ad Antonium se contulerunt. Dio, pag. 420. Pauciores enim quàm mille numero senatores haud eo tempore fuerunt.

Ibid. v. 9. *Omnium provinciarum* . . . . . *quibus finitimæ fuerunt gentes, quæ nondum subjectæ erant Pop. Romano, fines auxi.* Verissimè; nam, ut habet Eutropius l. 7. c. 5. Suetonio in hoc paulò auctior, præter Mauritaniam Cæsariensem & Galatiam, quæ sub Augusto provinciæ factæ sunt, cùm regna antea fuissent; *Romano adjecit imperio Ægyptum, Cantabriam, Dalmatiam sæpe ante victam, sed penitus tunc subactam; Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Rhætiam, Vindelicos, & Salassos in Alpibus, omnes Ponti maritimas civitates: in his nobilissimas, Bosporum & Panticapæon.* Cùm verò dixerit Vindelicos & Salassos in Alpibus, addi his poterant reliquæ omnes Alpinæ gentes, secundùm inscriptionem quam è tropæo Alpium Historiæ Naturali Plinius inseruit lib. 3. cap. 20. IMP. CAESARI. DIVI. F. AVGVSTO. PONT. MAX. IMP. XIIII. TRIBVNIC. POTESTAT. XVII. S. P. Q. R. QVOD. EIVS. DVCTV. AVSPICIISQ. GENTES. ALPINAE. OMNES. QVAE. A. MARI. SVPERO. AD. INFERVM.

PERTI-

PERTINEBANT. SVB. IMPERIVM. P. R. REDACTAE. SVNT. Talis extat in Gruteriano corpore, p. ccxxvi. Sed, ut videtur, parte ſui priore ad Criticorum libitum adornata.

Ibid. v. 10, &c. *Gallias & Hiſpanias, provinciaſque . . . . quas alluit Oceanus, à Gadibus ad oſtium Albis fluminis . . .* [ab uſque regi]*one eâ quæ proxima eſt Hadriano mari, armis perluſtravi ; nulli genti bello per injuriam inlato.* Confer Suetoniana in Aug. cap. 21. *Germanos ultra Albim fluvium ſummovit . . . . Alias item nationes male quietas ad obſequium redegit. Nec ulli genti ſine juſtis & neceſſariis cauſſis bellum intulit.* Hinc fortè ſimpliciter ſuppleri poterit [& alias ab uſque regi]*one ea*, &c. aut ſi malit Lector, [& ad Iſtrum à regi]*one eâ*, &c. quia inter laudes Auguſti habebatur *mari oceano, aut amnibus longinquis ſeptum imperium.* Tacit. An. 2. c. 9. vide Not. ad Tab. 5. v. 49.

Ibid. v. 14. *Claſſis Romana ab oſtio Rheni ad ſolis orientis regionem ad* [orbis extrem]*a navigavit.* Hic eſt curſus ille Euro-boreus, quo propiùs axem Septentrionalem Orientem verſus navigatur ; tritus hodie magnæ Ruſſiæ mercatoribus. Is, à Romanis tunc primùm tentatus, gloriæ Auguſto fuit. Ita enim Plinius Nat. Hiſt. l. 2. cap. 67. *Septentrionalis Oceanus, majore ex parte navigatus eſt, auſpiciis Divi Auguſti, Germaniam claſſe circumvectâ, ad Cimbrorum promontorium: & inde, immenſo mari proſpecto, aut famâ cognito, ad Scythicam plagam, & humore nimio rigentia.* Eadem *claſſis* à Velleio l. 2. cap. 106. memoratur: ut *quæ Oceani circum navigaverat ſinus, & ab inaudito atque incognito mari* redux *flumine Albi ſubvecta* eſt. Ergo exciti circa Albim populi per legatos amicitiam Cæſaris & populi Romani petierunt, ii nempe quorum in commate ſequenti mentio, viz.

Ibid. v. 16. *Cimbri, & Chariides, & Semnones, & ejuſdem tractûs alii Germanorum populi.* Horum Cimbri & Semnones Geographis & Hiſtoricis ſatis noti. Chariides, ſeu Charydes (quorum hoc habet exemplar Tournefortianum, illud verò Fabrianum) iidem fuêre atque Harudes apud Cæſarem de Bello Gall. l. 1. c. 7, 12. quorum millia xxiv, Germaniâ ſuâ relictâ, locum ac ſedem in Galliâ ab Arioviſto acceperunt.

Ibid. v. 18, &c. *Meo juſſu & auſpicio ducti ſunt duo exercitus eodem ferè tempore in Æthiopiam, & in Arabiam.* In Arabiam circa U. C. 730. duce Ælio Gallo. Hunc Auguſtus Cæſar in Arabiam miſit, ut eas gentes & loca pertentaret. Unde pulchra de iiſdem hiſtoria à Strabone, Ælii Galli comite & amico, in Geographicis, lib. 16. conſcripta extat. In Æthiopiam verò, anno 732, ductus eſt exercitus à Petronio Ægypti præſide, qui Candacen Æthiopum reginam tantum non devicit, compulitque ut ad Cæſarem, Sami anno 733 agentem, legatos mitteret, pacem veniamque oraturos. Strab. lib. 17.

Ibid. v. 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30. . . . . *Armeniam majorem, interfecto rege ejus Artaxiâ.* ——— In poteſta*tem Tigranis regis, per Ti. Neronem,* tranſtuli Arm*eniam gentem. Poſtea inquietam gentem & rebellantem domitam per Caium filium meum regi Ario*barzani . . . . . gubernandam & frenan*dam tradidi, & poſt ejus mortem filio ejus Artavaſdi: quo*dam jure Ariobarza*ne qui erat ex regio genere Armeniorum oriundus in id regnum deducto.* ——— Armenia major, poſt devictum à Pompeio regem ejus Tigranem, hac unâ ſervitutis lege obſtricta eſt Romanis, ut ab iis reges ſuos acciperet. Eâ igitur occaſione gemina ſub Auguſto facta eſt in Armeniam expeditio: una anno 734, per Tiberium ejus tum privignum; altera anno 753, per filium ejus Caium. Utramque ita tradiderunt & Auguſtus in hoc rerum ſuarum indice, & Tacitus in Annalium libro 2. cap. 3. ut alter alteri lumen viciſſim non incertum præbeant. Iterum igitur audiatur graviſſimus Annaliſta, quanquam antea adductus à Gronovio, & cum Auguſto nunc pleniùs edito, denuo componatur. *Armenia inter Parthorum & Romanas opes infida: ob ſcelus Antonii qui Artavaſden regem Armeniorum ſpecie amicitiæ inlectum . . . . interfecerat. Ejus filius Artaxias memoriâ patris nobis infenſus Arſacidarum vi ſeque regnumque tutatus eſt. Occiſo Artaxiâ per dolum propinquorum datus à Cæſare Armeniis Tigranes, deductuſque in regnum à Tiberio Nerone. Nec Tigrani diuturnum imperium fuit, neque liberis ejus . . . . . . Dein juſſu Auguſti impoſitus Artavaſdes, at non ſine clade noſtrâ dejectus.*

dejectus. Tum C. Cæsar componendæ Armeniæ deligitur. Is Ariobarzanem origine Medum ob insignem corporis formam & præclarum animum volentibus Armeniis præfecit. Ariobarzane morte fortuitâ absumpto, stirpem ejus haud toleravêre. Ecce! Ariobarzanem recentiori origine Medum hi Annales prodidêre: eundem Augusti index antiquiori suâ origine è regio Armeniorum genere prognatum: ideoque jure quodammodo in id regnum deductum. Utrique pariter memoratur mors Ariobarzanis: succedente secundùm Tacitum ejus stirpe, hoc est secundùm Augustum Artavasde ejus filio.

Ibid. v. 27. *In potestatem Tigranis regis, per Ti.* Nero[nem diademate ejus capiti imposito.] Ita lacunam implevi, auctoribus Suetonio & Velleio: quorum ille in Tiberii vitâ cap. 9. *ducto in Orientem exercitu, regnum Armeniæ Tigrani restituit, ac pro tribunali diadema imposuit.* Hic verò l. 2. cap. 122. *Quis*, inquit, *dubitare potest, quin ex Armeniâ receptâ, & ex rege ei imposito, cujus capiti insigne regium sua manu imposuerat, ordinatisque rebus Orientis, ovans triumphum debuerit?* Is rex Velleio cap. 94. Artavasdes, cæteris verò Historicis, ut Suetonio, Tacito, Dioni, Josepho, & cum his ipsi etiam Augusto, Tigranes dicitur.

Ibid. v. 28. *Inquietam gentem & rebellantem domitam per Caium filium meum.* Id suprà testatur Pisanus lapis, pag. 193. cùm a. d. IIII. nonas Apriles, Sex. Ælio Cato, C. Sentio Saturnino Coss. Augusto Tribuniciæ potestatis xxvi, hoc est A. U. 757, *allatus esset nuntius Caium Cæsarem, Augusti patris patriæ Pontif. Maxsumi, custodis Imperî Romani, totiusque orbis terrarum præsidis, filium, Divî nepotem, post consulatum, quem ultra finis extremas populi Romani bellum gerens feliciter peregerat, bene gestâ republicâ, devicteis, aut in fidem receptìs bellicosissimis ac maxsimis gentibus, ipsum, volneribus pro republicâ exceptis, ex eo casu crudelibus fatis ereptum, populo Romano jam designatum justissumum, ac simillumum parentis sui virtutibus principem.*

Ibid. v. 32. *Provincias omnes quæ trans Hadrianum mare vergunt & Ponticas Asianasque jam ex magna parte regibus eas possidentibus concessi. Ex magnâ parte* dicit Augustus, hoc est *præter pauca*, interprete Suetonio, quem adi in Aug. c. 48. De ponti & Asiæ regulis, deque regnis quæ iis concesserat Augustus, amplissimum habemus Norisii commentarium, *Cen. Pis.* pag. 224, &c. Trans Hadrianum mare provincias, partim Danubium versus protensas intelligit, Dalmatiam, Illyricum, Pannoniam utramque, Mœsiam; partim versus Ægæum mare & Hellespontum; Græciam, Macedoniam, Thraciam. Multa in his, aut regulis, aut sacerdotibus, aut civitatibus permisit Cæsar; speciatim verò populo Atheniensium veterem Deli insulæ possessionem, qualem eam, post fugatum Mithridatem, Populi Romani beneficio reciperâssent. Quo quidem lætatus populus Atheniensium, incolæque Deli insulæ, Cæsaris statuam, cum inscripto hujusmodi titulo, dedicârunt.

Ο Δ Η Μ Ο Σ Ο Α Θ Η Ν Α Ι Ω Ν
Κ Α Ι Ο Ι Τ Η Ν Ν Η Σ Ο Ν Κ Α Τ Ο Ι Κ Ο Υ Ν Τ Ε Σ
Α Υ Τ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Ρ Α Κ Α Ι Σ Α Ρ Α
Θ Ε Ο Υ Ι Ο Υ Λ Ι Ο Υ Υ Ι Ο Ν
Α Π Ο Λ Λ Ω Ν Ι Α Ρ Τ Ε Μ Ι Δ Ι Λ Η Τ Ο Ι.

Ὁ Δῆμος ὁ Ἀθηναίων	*Populus Atheniensium*
καὶ οἱ τὴν νῆσον κατοικοῦντες	*et qui in insula degunt incolæ*
Αὐτοκράτορα Καίσαρα	*Imperatorem Cæsarem*
Θεοῦ Ἰουλίου υἱὸν.	*Divi Julî Filium.*
Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.	*Apollini, Dianæ, Latonæ.*

Extitit olim hæc inscriptio in ædibus excellentissimi Francisci Maurosini, D. Marci Procuratoris, Venetiis; ubi anno 1637, unà cum aliâ Deliacâ non ignobili, excepta est manu doctissimi Joan. Pricæi. Utramque verò humanissimè mecum communicavit, qui eas ex Pricæanis, Seldenianis postea factis, exscriperat, rev. & eruditus Vir, antea suo merito laudatus, D. Georgius Harbin. Tempus quod attinet inscriptionis, natam fuisse

fuiſſe oportet poſt pugnam Actiacam quam Conſul IV. Cæſar reportavit, & tamen ante ejus Conſulatum ſeptimum, quo Auguſtus appellari cœpit. Optimè igitur refe-retur ad annum U. C. V. 725, quo Conſul V. Cæſar ex Aſiâ repetiit Italiam; Corinthi verò paullum ſubſtitit, &, ut Strabo auctor eſt, quædam illic ad Cycladas inſulas per-tinentia ordinavit.

Ita mos fuit hiſce inſularibus Principes viros, aut rerum apud ſe potitos, aut de in-ſulâ bene meritos, inſcripto ſtatuæ titulo honorare. Quo in genere, præter marmo-ra aut Whelero aut Tournefortiano memorata, unum addo Ptolemæi Philadelphi, à Delo ad illuſtriſſimum D. Sherardum Smyrnæ conſulem delatum.

ΒΑΣΙΛΕΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΝ	Βασιλέα Πτολεμαῖον	*Regem Ptolemæum*
ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ	Πτολεμαίου Σωτῆρος	*Ptolemæi Soteris F.*
ΟΙ ΝΗΣΙΩΤΑΙ ΑΝΕΘΗΚΑΝ.	Οἱ νησιῶται ἀνέθηκαν.	*Inſulares dedicârunt.*

Cæterùm, præter hunc in Delo inſulâ honorem, alium etiam Athenienſes, idque mediis in Athenis, Romæ & Cæſari, Auguſto jam vocato, habuerunt, ſtructo tem-plo, quod Minervæ *Archegetidi* dedicârunt. Templi faciem nobis depinxere & Spo-nius & Whelerus noſtras; cum inſcriptione ab initio mutilatâ. Aſt hoc modo forſitan incepit: Εις . τιμην . και . σωτηριαν . . . . της . τε . Ρωμαιων

πολεως ΚΑΙΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣΚΑΙΣΑΡΟΣΘΕΟΥΥΙΟΥΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΑΡΧΗΓΕΤΙΔΙΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣΕΠΙΤΟΥΣΟΠΛΙΤΑΣΕΥΚΛΕΟΥΣΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
ΤΟΥΚΑΙΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΟΥΤΗΝΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝΥΠΕΡΤΟΥΠΑΤΡΟΣΗΡΩΔΟΥΤΟΥΚΑΙ
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΟΣΕΠΙΑΡΧΟΝΤΟΣΝΙΚΙΟΥΤΟΥΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣΑΘΜΟΝΕΩΣ.

. . . . καὶ Αὐτοκράτορος Καίσαρος Θεοῦ υἱοῦ Σεβαστοῦ Ἀθηνᾷ Ἀρχηγέτιδι. Στρατηγοῦντος ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας Εὐκλέους Μαραθωνίου τοῦ καὶ διαδεξαμένου τὴν ἐπιμέλειαν ὑπὲρ τοῦ πατρὸς Ἡρώδου, τοῦ καὶ πρεσβεύσαντος ἐπὶ Ἄρχοντος Νικίου τοῦ Σαραπίωνος Ἀθμονέως.	In honorem, & perpetuam conſervatio-nem . . . . . . Urbis Romæ, *& Impera-toris Cæſaris Divi F. Auguſti, Minervæ Ar-chegetidi. Prætore armigerorum Eucle Mara-thonio, qui & curam templi ſuſcepit pro pa-tre ipſius Herode, quique legationem obivit, ſub Archonte Niciâ Sarapionis F. Athmonenſi.*

Hoc modo, ad palpandum Auguſtum Cæſarem, Athenienſes Minervam ſuam indux-erunt *Archegetidem*; quaſi apud Actium viæ ſe & prœlii ducem præbuiſſet. Et pro-fectò tale quid vulgò tum creditum fuiſſe probabile facit verſus Virgilianus, Æn. viii. 698, ubi dicuntur tela tenuiſſe,

Omnigenumque Deum monſtra, & latrator Anubis,
Contra Neptunum, & Venerem, contraque Minervam.

Neque ulteriùs jam quærendum, cur Cæſar ex Aſiâ ad triumphum Actiacum redux, Minervam præcipuè in honore habuerit, dedicatâ in ejus templo prædâ Ægyptiacâ, & ſtructo, ut vidimus, Chalcidico. vide notam ad Tab. 4. v. 1. 2. pag. 193.

Ibid. v. 34, 35. *Siciliam & Sardiniam occupatas bello ſervili reciperavi.* Is fuit exitus belli Siculi ſive, ut alii loquuti ſunt, belli contra S. Pompeium. At præter unum Auguſtum nemo, ut opinor, id bellum *ſervilis* nomine infamavit. Sic autem ille, tum hoc loco, tum ſuperiùs verſiculo hujus tabulæ primo: ſcilicet, ut ſpecioſum ali-quid iis opponeretur, qui aiebant *Pompeium imagine pacis, Lepidum ſpecie amicitiæ de-ceptos.* vid. Taciti Annal. l. 1. c. 10.

Ibid. v. 35. *Colonias in Africâ, Siciliâ, Macedoniâ, utrâque Hiſpaniâ, in Galliâ Coma-tâ & Galliâ Narbonenſi, præter præſidia militum, deduxi. Italia autem colonias quæ vivo me celeberrimæ & frequentiſſimæ fuerunt xxiix deductas habet.* Colonias intelligit utriuſ-que generis; & civium ſcilicet & militum; de quibus egregia ſunt quæ habent Sigo-

 nius

nius in libris de antiq. jure Italiæ & provinciarum, & Norisius in Cen. Pis. pagg. 22, &c. Præsidia militum quod attinet, iis aliquando colonias imbecilliores auxit; aliquando eadem per stationes & custodias circa imperii limites disposuit. *Libertino milite* (inquit Suetonius cap. 25.) *bis usus est: semel ad præsidium coloniarum Illyricum contingentium; iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis.* Erant hæc præsidia militum in Galliis præcipuè necessaria: quarum *Comatam* idem prodidit Suetonius *& barbarorum incursionibus, & principum discordia inquietam.* in Tib. c. 9.

Ibid. *Italia autem colonias . . . . . xxiix deductas habet.* Eo numero, post Gronovium, lacunam hanc explevi, ex Suetonianis cap. 46. *Ad hunc modum urbe urbanisque rebus administratis, Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se frequentavit.* Totidem neque plures per totam Italiam ab Augusto deductas reor: non, ut opinati sunt Sigonius & Casaubonus, plusquam octodecim triumvirali auctoritate, deinde, cùm solus principatum gereret, alias octo & viginti. Minimè enim id vult Suetonius, duodetriginta Augustum deduxisse post urbanas res administratas; sed totidem à se deductas tum demum frequentâsse. Et ita quidem frequentationem, annis 747, 748, 750, 751, 752 factam, ipse superiùs tradidit Tab. 3. v. 28, &c. veteranis post emerita stipendia, non in novas tum colonias, sed in sua municipia reductis.

Ibid. v. 39. *Signa militaria complura per nostros duces amissa devictis* [legionibus] *recepi ex Hispaniâ, & gentibus Delmateis.* Devictis intelligo legionibus, quarum amissa erant signa: quanquam pro τῷ *devictis legionibus*, meliùs fortasse reponendum *devictis iis provinciis*; Hispaniâ scilicet & Dalmatiâ, ex quibus signa sunt recepta. Neque mirum si, devictis tandem ab Augusto Hispaniis, signa tum complura repeterentur: quippe in queis, *per annos ducentos*, (ut inquit Velleius l. 2. cap. 90.) *multo mutuoque ita certatum est sanguine, ut amissis Populi Romani imperatoribus exercitibusque, sæpe contumelia, etiam nonnunquam periculum Romano inferretur imperio.* De Gentibus Delmatis jam antea ad Tab. 1. v. 21. notatum est ex Appiano, signa eas Cæsari reddidisse quæ pridem ademerant Gabinio. Hæc recepit Cæsar anno qui secundo ejus consulatu insignitus est, U.C.V. 721, & appendit in porticu quæ Octavia, ut inquit Appianus, ab ejus sorore dicitur. His nunc addatur ex Dione l. 49, pag. 417. *Dalmatæ* hoc tempore *penitus sunt subacti, unde ex eorum manibiis porticus Cæsar & bibliothecas, Octavianas ab ejus sorore appellatas, struxit.* At de porticu Octaviâ obiter hîc notetur, de novo eam Cæsarem fecisse, ut testatus est Tab. 4. v. 3. passumque fuisse appellari, *ex nomine ejus qui priorem in eodem solo fecerat*, Octaviam. Romæ igitur non extitit, aut Dionis aut Appiani tempore, unde veriora dignosci poterant, Augusteus Index.

Ibid. Tab. 5. v. 40, &c. *Parthos trium exercituum spolia & signa restituere mihi, supplicesque amicitiam populi Romani petere coegi.* Trium *dicit* exercituum, cùm duos tantummodo, Crassi scilicet & Antonii, passim indicent Historici. Suetonius cap. 21. *Parthi Armeniam vindicanti* (anno 734. ut superiùs notavimus) *facile cesserunt: & signa militaria quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt.* Justinus lib. 42. cap. ult. *Totâ Parthiâ captivi ex Crassiano seu Antonii exercitu recollecti, signaque militaria Augusto remissa.* Velleius lib. 2. c. 91. *A rege Parthorum signa Romana, quæ Crasso oppresso Orodes, quæ Antonio pulso filius ejus Phraates ceperat, Augusto remissa sunt.* At duplex fuit clades Antoniana secundùm eundem Velleium cap. 82. *Quippe Antonius*, inquit, *cum tredecim legionibus . . . Parthos petens, habuit regem eorum obvium, primóque duas legiones cum omnibus impedimentis, tormentisque & Statiano legato amisit. Mox sæpiùs ipse, cum summo totius exercitûs discrimine, ea adiit pericula, quibus servari se posse desperaverat: amissâ non minus quartâ parte militum, ... calonum, servitii; impedimentorum vix ulla superfuit.* Trium igitur exercituum spolia & signa intelligit Augustus; M. Crassi, Statiani legati Antoniani, & ipsius insuper Antonii. Hoc vide in nummis quibus, nunc intra coronam querceam, nunc circa arcum triumphalem est inscriptum, CIVIB. ET. SIGN. MILIT. A. PARTHIS. RESTIT. Quod verò addidit Augustus, *supplicesque amicitiam populi Romani petere coegi*, id etiam in nummo recognosce; ubi, præter inscriptionem SIGN. RECEPT. Parthus genibus minor, ut inquit Horatius, & suppliciter vexillum porrigens, jus & imperium Augusti accipit. Ibid.

Ibid. v. 42. *Ea autem ſigna in penetrali quod eſt in templo Martis Ultoris repoſui.* Ita hæc pleno integroque pede currunt: quanquam anteceſſerit in MSS. exemplaribus hujuſmodi lacunula, COEGI.... EA... quæ fortè ſic impleri debuit: *Poſtea autem ſigna*, &c. Et tamen Templum hic intelligi videtur, quòd anno eodem quo recepta ſunt ſigna Parthica, hoc eſt U. C. V. 734, Marti tunc Ultori, in Capitolio excitavit: de quo Dio à Gronovio jam adductus, lib. 54. pag. 526. Alterum enim Martis eodem nomine Ultoris templum, diu ex voto debitum, nonniſi annis poſthac octodecim, U. C. V. 752. in foro Auguſto fecit: ut ad Tab. 4. v. 21. ex Velleio, & ex ſyllabo ante Dionis lib. 55, jam ante obſervatum. Duo igitur data ſunt ab Auguſto Marti Ultori templa, quorum quod in foro Auguſto fuit verſibus ſuperiùs adductis cecinit Ovidius: ſtatim etiam & alterius occaſionem hoc modo ſubjiciens, Faſt. V. 579.

Nec ſatis eſt meruiſſe ſemel cognomina Marti:
Perſequitur Parthâ ſigna retenta manu.
Parthe, refers Aquilas, victos quoque porrigis arcus.
Pignora jam noſtri nulla pudoris habes.
Rite Deo templumque datum, nomenque bis Ultor.

Idem credibile faciunt nummi diversâ facie conſpicui, quos, inter eruditè ad Suetonium obſervata, dedêre Torrentius & Patinus. Horum unus MAR. VLT. inſcriptus templum habet hexaſtylum cum aquila inter duo ſigna militaria. Alter MARTIS VLTORIS tetraſtylum, cum figurâ Martis; ſiniſtrâ ſignum, dextrâ aquilam tenentis.

Ibid. v. 44, &c. *Pannoniorum gentes, quas ante me principem Populi Romani exercitus nunquam adît, devictas per Ti. Cæſarem, qui tum præerat exercitibus, imperio populi Romani ſubjeci.* Perperam in his editum à Gronovio eſt, *per Tiberium Neronem qui tum erat privignus meus.* Tiberius enim jam adoptatus ab Auguſto nec Nero, nec privignus, nec gener, ſed Cæſar Auguſti F. audiebat. Lego præterea, id quod res erat, *per Ti. Cæſarem qui tum præer*[at exercitib]*us.* Quippe detrectaverat jam ſenior Auguſtus bella per ſe gerere. Itaque anno U. C. V. 760. cùm *univerſa Pannonia* (ut habet Velleius l. 2.) *inſolens longæ pacis, & adultâ viribus Dalmatiâ, omnibus tractus ejus gentibus in ſocietatem adductis, ex conſtituto arma corripuiſſet; ut præſidium militum, reſpublica ab Auguſto tum in bellum popoſcit Tiberium:* eo nomine ut Auſonium ducem ab Ovidio celebratum. *Inſequente æſtate* (ut ait Velleius, utque hìc inter res ſuas geſtas gloriatus eſt Auguſtus) *omnis Pannonia, reliquiis totius belli in Dalmatiâ manentibus, pacem petiit.* Inde confecto alterâ æſtate Pannonico Dalmaticoque bello, quod, omnium externorum poſt Punica graviſſimum, triennio Tiberius geſſit; tanta Romæ oborta eſt lætitia, ut præter triumphum Tiberio decretum, arcus duo triumphales in Pannoniâ erigerentur. Eorumque unum ſcabrum certè hodie & deformem, at integrâ adhuc fornice conſtantem, in agro Carnuntino, nunc S. Petronellæ dicto, Anno Dom. 1702, teſtis oculatus vidi. Anno eodem, in Cimeliarchio Cæſareo Vindobonenſi, nec ſemel, nec ſine ſummâ voluptate tractare mihi contigit achatem gemmam, circiter ſex pollices longam, quinque latam, opere incertum an materiâ elegantiorem, in quâ ſolennis hæc Auguſti & Romæ urbis lætitia, ob devictas per Tiberium Pannoniorum gentes, mirâ arte ac ingenio cælata nitet. Eam, Lector, in æs inciſam, & per Albertum Rubenium explicatam vide, in ſingulari diſſertatione anno 1654 ſcriptâ, quam etiam inter antiq. Romanas, Tom. XI. iteravit Cl. Grævius. Eandem habent Lambecius, lib. 2. Comment. pag. 1000. & Neſſelius in appendice ad Catalogum pag. 179.

Ibid. v. 46. *Protulique fines imperii ad Iſtri fluminis ripam.* Poſt victoriam hanc Pannonicam Auguſtus Romani imperii limitem ripam Iſtricam haberi voluit; ex moderatione quâdam animi id profeſſus, ut ſub ejus perſonâ tradidit *in Cæſaribus* Julianus. οὐ γὰρ τοῖς ἀμέτροις ἐπιθυμίαις εἴκων, ἐπικτᾶσθαι πάντως αὐτῇ διενοήθην, ὅρια δὲ διττὰ, ὥσπερ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδεδομένα, Ἴστρον καὶ Εὐφράτην ποταμοὺς ἔθεμην. i. e. *Non enim immoderatâ ductus cupiditate, omnia Romano Imperio adjicienda animo præcepi, ſed duos ejus limites, tan-*

quam

quam à naturâ poſitos, flumina Iſtrum & Euphratem ſtatui. Eundem Imperii Romani limitem bis indigitavit Strabo; ad calcem nempe libri 6. & 17. Atque inde eſt, quod *ripam Danubii*, ut teſtatur Tacitus, *legionum duæ in Pannoniâ, duæ in Mœſiâ attinerent.* Carnunti verò, ubi arcus extat triumphalis, habita ſunt Pannonica hyberna. *Plin.* iv. 12.

Ibid. v. 50. *Ad me ex Indiâ.* Ad Auguſtum ex Indiâ venerunt legationes duæ memorabiles: una anno 729, cùm Tarracone in Hiſpaniâ ageret; altera cùm hyemaret Sami, anno 734. de priore ſic Pſeudo-Meſſala Corvinus cap. ult. *Indi ex ipſo extremo Oriente poſtremò ad te, glorioſiſſime principum, in extremo Occidente tum bella gerentem, legationem miſere, ad obſequia ſe paratos profitentes.* Poſteriore legatione multi ſunt à Poro rege cum literis muneribuſque miſſi, quorum aliqui in itinere ſunt mortui; unus verò, poſt obitam legationem, Athenis ſe cremavit, auxitque nobis numerum inſcriptionum, epitaphio ſic inſculpto,

ΖΑΡΜΑΝΟΣ. ΧΗΓΑΝ. ΙΝΔΟΣ. ΑΠΟ. ΒΑΡΓΟΣΗΣ. ΚΑΤΑ. ΤΑ.
ΠΑΤΡΙΑ. ΙΝΔΩΝ. ΕΘΗ. ΕΑΥΤΟΝ. ΑΠΟΘΑΝΑΤΙΣΑΣ. ΚΕΙΤΑΙ.

i. e. *Hic ſitus eſt Zarmanus Chegan, Indus à Bargoſa, qui ſecundùm patria Indorum inſtituta, mortalitate ſeipſum exuit.* vide Strab. lib. 15. Dion. l. 53. pag. 527. Præter hanc Indicam, alias Dio legationes Samum tum miſſas ait, quas quidem, ex hoc mutilato Indicis Auguſtei loco, credibile eſt fuiſſe *Baſtarnarum, Sarmatarum, Colchorum, Hiberorum.*

Ibid. v. 54. *Ad me ſupplices confugerunt reges: Parthorum Tiridates . . . . regis Phratis . . . .* De Tiridate obiter Horatius, *quid Tiridatem terreat unicè —— Securus.* Is nimirum (ut habet Juſtinus lib. 42. cap. 5.) cum Phraate de regno certans, ad Cæſarem in Hiſpaniam territus profugit, obſidem Cæſari minimum filium Phraatis ferens, quem negligentiùs cuſtoditum rapuerat. Hinc lacunæ ſic forſitan implendæ; TIRIDATES. *obſidem ferens* REGIS. PHRATIS. *filium.* Sequitur MEDORVM. ARTA . . . . . i. e. ut credo, *Artabanus:* cætera autem exciderunt regum externorum nomina, interque eos regis alicujus Britannorum.

Tab. 6. v. 3. *Rex Parthorum Phraates, Orodis filius, filios ſuos nepoteſque miſit in Italiam . . . amicitiam noſtram per hæc ſuorum pignora petens.* His ita conſonant Strabonis verba, lib. 6. ut haud aliud eſſe videantur, quàm Græca ex Latinis Auguſti facta. Παῖδας ἐπέστειλε Φραάτης τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι καὶ παίδων παῖδας, ἐξομηρευσάμενος θεραπευτικῶς φιλίαν. Idem, lib. 16. quatuor numero nominavit Phraatis filios, Romæ regaliter habitos; Σαρασπάδην, Κεροπάσδην, Φραάτην, Βοώνην. Ita ſcilicet, in corruptis optimi auctoris exemplaribus, literis aut omiſſis, aut mutatis, aut tranſpoſitis leguntur. At duo poſteriores rectiùs Hiſtoricis vocantur *Phraates* & *Vonones:* Priores duo in inſcriptione Gruterianâ, p. cclxxxviii. *Saraſpadanes* & *Rhodaſpes.*

SARASPADANES. PHRAATIS
ARSACIS. REGVM. REGIS. F.
PARTHVS.

RHODASPES. PHRAATIS
ARSACIS. REGVM. REGIS. F.
PARTHVS.

Ibid. v. 9, &c. *A me gentes Parthorum & Medorum petierunt per principes earum gentium, regeſque per eos acceperunt, Parthi Vononem regis Phraatis filium, regis Orodis nepotem, Medi Artabanum,* &c. De Medis unus hæc, quem novi, Auguſtus: At *Parthorum petitum Româ acceptumque regem,* Tacitus Annal. 2. c. 1. paribus ferè verbis prodidit. *Is fuit Vonones,* inquit, *obſes Auguſto datus à Phraate. Nam Phraates cuncta venerantium officia ad Auguſtum verterat, partemque prolis firmandæ amicitiæ miſerat. Poſt finem Phraatis, & ſequentium regum, ob internas cædes, venêre in urbem legati à primoribus Parthis, qui Vononem vetuſtiſſimum liberorum ejus accirent. Magnificum id ſibi credidit Cæſar, auxitque opibus.*

Ibid.

Ibid. v. 13, 14, 15. *In consulatu sexto & septimo,* [postquam belli civilis odi]*a extinxeram, per consensum universorum*[*Romanorum ci*]*vium, Rempublicam ex mea potestate in Senatûs* [*& populi Romani a*]*rbitrium transtuli.* Conspectâ temporis historiâ, nihil his supplementis probabilius. Nam Consul V. Cæsar finem bellis civilibus, anno altero & vicesimo, imposuit. Consul VI. nata ex iis odia & inimicitias, quadam quasi ἀμνηστία, extingui voluit. Hoc animo repertas in Antonii scriniis epistolas combusserat; tandemque Kalendis Januariis, quo die Consul & VI. & VII. fuit, omnia belli civilis tempore minus recte constituta abolevit, terminum eis imponens sextum suum consulatum. Dio lib. 53. pag. 497. Demum, Idibus ejusdem mensis, Consul VII. orationem habuit in Senatu de reddendâ republicâ: sincerè an simulatè dubitatum. Exitus rei fuit specie quidem tradita respublica, at re verâ firmius in decennium recepta. Interim partitus est cum populo provincias, eâ formâ quam tradidere gravissimi scriptores, Strabo in fine Operis Geographici, & Dio lib. 53. Cautè autem audiendus de hâc re Ovidius poeta, qui ad Idus Januarias cecinit; *Redditaque est* omnis *populo provincia nostro.*

Ibid. v. 16. *Quo pro merito meo Senatus me appellavit AVGVSTVM, & laureis postes ædium mearum vinxit.* Dio lib. 53. p. 507. *Multa Cæsari delata sunt, quum de ejurandâ monarchiâ, & partiendis provinciis, peroravit. Quippe decretum est ut palatio ejus lauri præponerentur,* &c. *Postquam autem reipsa id perfecit, tum quidem à Senatu populoque* Augustus *appellatus est.* Tempus delati nominis præcisè notat Censorinus, cap. 21. *Ex ante diem decimum sextum Kal. Februarii Imperator Cæsar D. F. sententiâ L. Munatii Planci à Senatu, cæterisque civibus,* Augustus *appellatus est, se VII. & M. Vipsanio Agrippâ III. Coss.* Ratio nominis tradita ab Ovidio: *sancta vocant* Augusta *patres:* itidem à Dione: AVGVSTVS, *quasi esset quid homine amplius, cognominatus est.* Σεβαστὸν vertêre Græci, &, tanquam id parum fuisset, plerumque addidere Θεόν. Inde vivus etiam per provincias templis & effigie numinum per flamines & sacerdotes coli cœptus. Urbium non paucæ suam ei curiam Latinæ dedicârunt, Græcæ βουλευτήριον. unde locus aut *Augusteum,* aut Σεβαστεῖον dictus, Ipse verò Σεβαστὸς Καῖσαρ βουλαῖος.

Ibid. v. 24 . . . . . . *tertium decimum consulatus* . . . . *senatus & equester ordo, populusque Romanus universus* . . . . *memoriæ, idque in vestibulo ædium mearum inscribendum* . . . . *& in foro,* &c. Ultimus Augusto fuit tertius decimus ille consulatus. insulsè enim legitur in syllabo ante Dionis librum 55. Γ. Καῖσαρ Αὔγουστος τὸ ιδ΄, pro Γ. Καῖσαρ Αὐγούστου υἱ΄. i. e. *C. Cæsar Augusti F.* Cùm verò, auctore Tacito, *celebraretur is numerus consulatuum, quo Valerium Corvinum & C. Marium simul æquaverat;* hoc est XIII; id ipsum videtur fuisse cujus hîc meminit Augustus. Adeò ut deplorata prima facie periodus, hoc modo aptè satis, & rotundè legenda veniat. [*susceptum à me*] *tertium decimum consulatûs* [*magistratum*] *senatus, & equester ordo, populusque Romanus universus,* [*prodiderunt*] *memoriæ; idque in vestibulo ædium mearum inscribendum* [*jusserunt,*] *& in foro Augusto,* [*sub*] *quadrigas quæ mihi ex S. C. positæ sunt.*

Ibid. v. 27, 28. *Scripsi hæc cùm annum agerem septuagens*[imum sextum.] Ita certissimè supplendum; quia scripsit hæc post conditum lustrum tertium, Coss. quos dixit (Tab. 2. v. 9.) Sex Pompeio & Sex. Appuleio; obiit verò iisdem adhuc Consulibus, *XIV. Kal. Septembris, septuagesimo & sexto ætatis anno,* inquit Suetonius, *diebus quinque & triginta minus.* Totidem enim tum restabant ad IX. Kal. Octobris natalem Augusti diem.

Sed ecce! clauditur hâc periodo elegantissimus Augusteus index. *Scripsi hæc,* inquit, *cum annum agerem septuagensimum sextum:* eo planè genere loquendi, quo finis operi imponitur. Ergo qui sequuntur imperfecti tredecim versiculi mutatâ personâ sic procedunt: *Opera fecit nova, ædem Matris Magnæ,* &c. *Refecit Capitolium,* &c. ubi recapitulantur ea quæ, initio Tabulæ quartæ, ipse scripserat Augustus. Notatur etiam, initio hujus additamenti, aliquid de *summâ pecuniæ quam dedit militibus;* ipsoque in fine, de datâ pecuniâ equitibus senatori*busque quorum census explevit.* Hâc de re Suetonius cap. 41. *Senatorium censum ampliavit, ac pro octingentorum milium summa duo-*

decies HS. taxavit, ſupplevitque non habentibus. Dio verò, lib. 55. mutilo, τοῦ βουλευτικοῦ γένους . . . τοῖς πλείοσι, τό τε τεταγμένον τίμημα ἀνεπλήρωσεν, ὀγδοήκοντα ἤ τισι καὶ ἐς τριάκοντα μυριάδας (i. e. computatione Latinâ *duodecies HS.*) τοῦτο ἐπηύξησε. Conſpirant itaque optimi Hiſtorici de expleto quorundam ſenatorum cenſu: quâ de re, tanquam ſibi invicem pugnâſſent, aut Dionem turpiter falſum, aut mutandam Suetonii lectionem, temerariò Lipſius cenſebat. vide Suetonium Grævii, pagg. 187, 188. Neque parum ibi lapſus eſt, qui nihil unquam temerè mutavit, criticorum humaniſſimus Caſaubonus.

Hoc modo, antequam è theatro vitæ excederet, plauſum ſibi omnium ſæculorum captavit Auguſtus Cæſar; relictâ ſui imagine verâ quidem, ſed artificioſâ, in qua nævi ejus quàm plurimi ſub umbrâ, & ſiqua etiam deformia fuerunt, penitus ſub velo latent. Julianus ille Imperator, in exquiſitâ *de Cæſaribus* ſatirâ, liberiùs eum depinxit, Chamæleontum more varium, modò hos modò alios colores aſſumentem; faſſus tamen, id quod res erat, ſi quædam ejus vitia excoquerentur, aurum purum putum appariturum. At ſiquis eum attentiùs conſideraverit, partim ab ſeipſo, partim à Suetonio, & Dione traditum, mirabitur profectò ſapientiſſimi Verulamii noſtratis penicillum, quo, arctatâ in breve tabulâ, concinnè nobis Auguſtum, ſed & plenè, delineatum dedit. *Hic*, inquit, *ſobrius & mortalitatis memor, etiam fines ſuos ordine admirabili deſcriptos & libratos habuiſſe viſus eſt. Primum enim, Rerum potiri volebat*; *deinde id aſſequi ut dignus eo faſtigio exiſtimaretur. Dein etiam frui ſummâ fortunâ humanum eſſe ducebat. Ad extremum addere ſe rebus, & imaginem & virtutem ſui principatûs ſeculis poſt ſe futuris imprimere & inferre meditabatur. Itaque primâ ætate Potentiæ, mediâ Dignitati, vergente Voluptatibus, ſenectute Memoriæ & Poſteritati ſerviebat.* vid. Verulamii Imag. Aug. Cæſ.

Abſolvi, amice Lector, in monumentum Ancyranum, & res geſtas Auguſti Cæſaris hunc qualemcumque commentarium. Quem ſi ex paginis tot congeſtis æſtimes, verendum eſt ne nimiæ prolixitatis arguas. Aſt ſi rerum in eo copiam ſpectaveris, hiſtoriis & inſcriptionibus illuſtratam, brevitatem ejus ſeriò laudabis. Extremùm autem es monendus, dubium me hæſiſſe, in loco uno atque altero inſigniori, inter diverſas quæ occurrebant hiantis ibi lapidis lectiones, & ſupplementa. Cúmque in ipsâ tabulâ non niſi una earum locum habere poterat, alteram tibi hic propono.

Tab. ſecunda, verſ. 13, 14.

. . . . AVITARVM . RERVM . EXEMPLA . IMITANDA . *ad exercituum et provinciarum rectores, et magiſtr*ATVS . ET . SACERDOTES . *miſi* . . . .

Tab. eadem, verſ. 42, 43.

. . . . . CVM . *poſt Romam conditam Janum Quirinum* BIS . OMNINO . CLAVSVM *ante me fuiſ*SE . PRODATVR . *memori*AE . TER . ME . PRINCIPE . CLAVDENDVM . ESSE . *decrevit Senatus.*

Tab. quinta, verſ. 11, 12.

. . . . A . GADIBVS . AD . OSTIVM . ALBIS . FLVMINIS . *et ad Iſtrum flumen a regi*ONE . EA . QVAE . PROXIMA . EST . HADRIANO . MARI . *ad obſequium redegi* . . . .

Tab. eadem, verſ. 32, 33.

PROVINCIAS . OMNIS . QVAE . TRANS . HADRIANVM . MARE . VERGVNT . *et Ponticas, Aſianas*QVE . IAM . EX . MAGNA . PARTE . REGIBVS . EAS . POSSIDENTIBVS . *et Siciliam, et* SARDINIAM. OCCVPATAS . BELLO . SERVILI . RECIPERAVI7

Tab. eadem, verſ. 39, 40.

SIGNA . MILITARIA . COMPLVRA . *per noſtros duc*ES . AMISSA . DEVICTIS . *iis provinciis recepi* EX . HISPANIA . ET . GENT*ibus Delm*ATEIS. . . . .

Tab. ſexta, verſ. 13.


IN . CONSVLATV . SEXTO . ET . SEPTIMO . *poſtquam bellorum civilium odi*A . EXTINXERAM.

Tandem

3

Tandem autem quid dicendum ad luculentum illud Auguſtei hujus Indicis additamentum? Quiſquamne eſt tam cæcæ aut tam alienatæ mentis ſcepticus, ut cætera omnia abjudicet Auguſto, ob paucos hos verſiculos ab aliâ manu profectos, idque Tiberii ejus ſucceſſoris aut juſſu ſanè, aut conſenſu? Minimè credo gentium. Ergo deſinant nugari, & Pentateuchum ipſi Moyſi, Judæorum gentis ductori, abjudicare, quia pauca, de ejus obitu & ſepulturâ, ſcribente forſitan, ſaltem probante ejus ſucceſſore Joſuâ, in fine ſanctiſſimi libri adhibentur.

Hiſtoriæ hujus Auguſteæ Corollarium eſto TEMPLUM AUGUSTI MYLASENSE, cum inciſo in ejus Epiſtylium titulo, poſt A. U. C. V. DCCXLI.



Ὁ δῆμος Αὐτοκράτορι Καίσαρι Θεοῦ υἱῷ Σεβαστῷ Ἀρχιερεῖ μεγίστῳ καὶ Θεᾷ Ῥώμῃ.

Populus Imperatori Cæſari Divi F. Auguſto Pontifici Maximo & Deæ Romæ.

ANTIQUITATUM ASIATICARUM Chriſtianam æram antecedentium

FINIS.

Errata vocum, literarum, aut accentuum correcta ſic legantur.

PAG. 20. Lin. 20. ῥάκος. p. 25. col. 1. l. 27. Parutam. p. 45. l. 33. θέης. p. 55. l. 11. *conſertis.* p. 63. l. antepen. δεξιοῖς. p. 65. l. 10. ſacrorum. p. 73. l. 19. Jacobus. p. 87. l. antepen. vocabula. p. 85. l. 14. Agatharchides. p. 88. poſt Κρῆτα adde τὸν. p. 98. l. 7. ΓΗΙ: ΤΗΙ. p. 100. l. 4. ἀρχαίοις. p. 102. l. 27. ΠΡΟΓΕΓΕΝΗΜΕΝΗΝ. p. 103. l. antepen. καθὼς. p. 114. l. 15. παρόικων. p. 120. l. 8. Μενέκλεα. p. 128. l. 15. τᾶν ἑπτά. ibid. l. 29. τᾶν ἕνδεκα. p. 129 & 131. Νέωνι. p. 136. in notis l. 2. dele Ἡ. p. 141. l. 1. *ſe.* p. 146. l. 11. τεχνιτῶν. p. 158. l. 22. παίδων. p. 159. σύνοχος. p. 164. l. 11. poſt ΚΑΙ adde ΤΗΝ. l. 22. ante ΕΙΣ adde ΤΟ. ibid. l. 37. ὁ. p. 187. l. 24. annis. p. 200. l. 13. *triumphare.* Numeros ſic correctos lege: pag. 73. A.D. 1631. p. 149. *Grut.* cccxcvii. 1. p. 161. l. ult. 44. p. 165. Anno U. C. V. 767. p. 191. l. 12. ſeſtertii treceni, 2 *l.* 8 *s.* 5 *d* $\frac{1}{4}$. Ita TRECENOS cum Plutarcho *trecentos* rectè interpretabere, non *triginta* cum Dione; qui etiam in Auguſti commentariis, trecenos *denarios* viſus eſt legiſſe, non *ſeſtertios.* v. lib. 44. p. 258. Hoc autem nimis amplum Dio dum extenuare voluit, *trecenos* Græcè reddidit τριάκοντα.


Dum necessarii parantur indices, unaque cum iis lexicon Alphabeticum, tum huic quod præcessit operi, tum alteri quod sequitur inserviturum; patiare, Benigne Lector, ut locum eorum occupent, & ab interitu in hoc angulo serventur, duo quæ antea calamo otiante dedimus. Sunt enim Antiquitates, *quanquam diverso longè genere,* Asiaticæ. *Conjectanea intelligo,* De nummo CKωΠΙ *inscripto, &* Iter asiae poeticum.

Ad Egregium Virum

NICOLAUM FRANCISCUM HAYM,

cum Thesaurum ederet Britannicum A.D. 1720.

De nummo CKωΠΙ inscripto Dissertatio, nunc correctior.



HABES, Vir egregie, has meas conjecturas, non inanes spero, nec suo pondere carentes, de nummo isto planè singulari, quem ipse olim accuratissimus *Bellorius*, sed nec explicatum, nec benè lectum protulit. Tu verò nunc longè sinceriorem, atque omnibus suis apicibus conspicuum, è *Celsissimi Devoniæ Ducis* thesauro depromsisti. Mirè perstrinxit oculos nova illa & insolita Inscriptio; neque aliud mihi in mentem primo aspectu revocavit, quàm Ἐφέσια quæ vocantur γράμματα; hoc est enormes illas, absonas & ignotas voces, *Suidæ*, *Hesychioque* memoratas, quas Incantamenti loco, nonnulli secum Ephesii circumtulisse dicebantur. At utramque nummi faciem attentiore curâ perpendenti, paulatim mihi visum est aperiri reconditum hoc, quod sequitur, Antiquitatis eruditæ specimen.

I. Adversa Nummi facies aream videtur exhibere, inscriptam literis Ε Φ, & circulari quâdam lineâ undiquàque terminatam. Huic insistit Cervus capitis sui atque colli circumductione notabilis; cui CKωΠΙ vocula, aut voculæ certè pars subjicitur. Hanc ego aream, literulis ΕΦ notatam, theatri Ephesini *Orchestram* esse arbitror; hoc est locum in theatro saltationibus destinatum, proprio suo *scammate* sive lineâ circumseptum. Cervus agillimum animalium, notum aliàs Ephesiorum symbolum, hic appositè saltatorum eximiam agilitatem denotat. At singularis ista Colli circumductio, cum adjectâ vocis CKωΠΙ inscriptione, tantùm non clarè eloquitur satyricam quandam saltationis speciem, non Ephesi solùm, sed & totâ passim Ioniâ celebratam. Nomen indidit saltationi Avis saltatrix Σκώψ; quæ *Aristoteli* inter edulia, & delicias admodum laudata, nostratibus, ni fallor, *Dotterellus*, Willughbeio *Morinellus* audit. Motus ejus satyricos, non addito Latino nomine, *Plinius* dubitanter attigit; aliique capi avem tradi-

tradidere, ab aucupe iſtos motus non inſcitè imitante. *Athenæus* de Oto, ave columbæ magnitudine, illud referens, ſubdit ſtatim, καὶ τοὺς σκῶπας ὀρχήσει λόγος ἁλίσκεσθαι . . . γένος τε ὀρχήσεως ἀπ' αὐτῶν καλεῖται σκώψ. i. e. *Quin & ſcopas quoque perhibent ſaltatione capi. Et quoddam ſaltationis genus ab iis vocatur* ſcops. *lib.* 9. *cap.* 10. Paria his & plura *Pollux*; apud quem σκώψ, & variato nomine σκωπίας, ſub morphaſmo, hoc eſt ſaltatione mimicâ, tanquam ei cognata recenſetur. ὁ δὲ μορφασμὸς (inquit) παντοδαπῶν ζώων μίμησις ἦν. ἦν δέ τι καὶ σκώψ, τὸ δ' αὐτὸ καὶ σκωπίας, εἶδος ὀρχήσεως ἔχον τινὰ τοῦ τραχήλου περιφορὰν, κατὰ τὴν τοῦ ὄρνιθος μίμησιν, ὃς ὑπ' ἐκπλήξεως τὴν ὄρχησιν ἁλίσκεται. ὁ δὲ λέων ὀρχήσεως φοβερᾶς εἶδος. i. e. *Morphaſmus ſaltatio fuit omnium cujuſcunque generis animalium imitatrix. Fuit etiam in honore* ſcops, *ſeu, quod idem eſt,* ſcopias, *ſaltationis ſpecies, habens certam quandam* colli *circumgyrationem, avis iſtius imitatione, quæ attonita ſaltando capitur. At* leonem *quod attinet, erat ea horrificæ ſaltationis ſpecies.* vid. Jul. Poll. lib. 4. cap. 14. & in voce μορφάσαι, *cap.* 13.

Nec mirum forſitan videbitur, mimicâ iſtâ ſaltatione Epheſium hunc nummulum inſigniri, reputantibus quæ retulerit *Lucianus*, de Ionum ingenio in hanc rem perditè propenſo. " Bacchica ſaltatio in Ioniâ præcipuè & in Ponto aſſueta celebrari, ſatyrica " licet fuerit, gentis illius animos ita tamen mancipavit, ut ſinguli, ſtatâ occaſione, " cæterorum omnium obliti, de die in diem ſedeant, ſpectantes Titanas, Corybantas, " Satyros & Bubulcos. Saltant hæc nobiliſſimi quique, & cujuſque civitatis princi- " pes: Nec id ut erubeſcentes certè; immo eo ſe nomine longè magis efferentes, " quàm aut nobilitate ipsâ, aut muneribus publicis, aut dignitatibus majorum. Hæc *Lucianus* περὶ ὀρχήσεως: ubi per ſtatam occaſionem indigitat ille & annua, & quinquennalia certamina, deorum indigenarum feſta, nec non & πανηγύρεις ſive conventus mercatorios, ad quos populus magnâ frequentiâ è finitimis paſſim regionibus commeabat. Hinc in lapide honorario, quem ex Aſiâ in Britanniam tranſtulit, hujus quoque nummuli repertor, doctiſſimus *Guilielmus Sherard*, L. L. D. nobiles duas fœminas à Smyrnæis celebratas legimus, *quod* ſaltationem, *& omnia ad* Cereris *religionem ſpectantia, & Myſtarum feſtum, intentiùs exhibuerint:* ΤΗΝ ΟΡΧΗΣΙΝ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΤΑ ΤΕ ΠΕΡΙ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΤΗΣ ΘΕΟΥ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΜΥΣΤΩΝ ΕΟΡΤΗΝ ΕΚΤΕΝΩΣ ΠΑΡΑΣΧΟΥΣΑΣ. Jam verò ut Smyrnæi Deæ Cereri, ita Epheſii Dianæ ſuæ frequentiſſimi ſaltavere. Atque hanc ob rem tot nudi ſaltatores ſymbolicas, quæ adhuc extant, Dianæ Epheſiæ ſtatuas affabrè effícti ambiunt. Tres certè iſtius numinis marmoreæ figuræ, è totidem Italiæ nobiliſſimis Cimeliothecis, auctore *Claudio Menetreio* in lucem datæ, hunc ipſum clarè exhibent ſaltatorem ſcopicum; idque non ſolùm collo iſto circumducto, ſed (quo CΚωΠΑ certiùs cognoſcas) alato quoque humero conſpiciendum.

Sed erit fortaſſe majori adhuc oblectamento muſivam adire tabulam prope villam Corſinam in viâ Aureliâ, erutam; atque in eâ ad libitum contemplari ſaltatores duos colliflexos; quibus bis geminæ hinc inde adſtant ipſæ aves *ſcopes*, ad vivum juſtâ magnitudine depictæ, caudæ & colli flexu mirum in modum geſticulantes. *vid. Fig.* 18. inter *Bartolii Sepulchra Veterum* à Bellorio *explicatam.* Nos ex eâ ſaltatorem & ſaltatricem avem hinc inde cum ipſo nummo ſuperiùs depictam dedimus. Abſit enim verbo invidia; tum hancce tabulam, tum ſymbolicas illas *Dianæ Epheſiæ* ſtatuas, noſter iſte nummulus longè feliciùs explicabit.

II. Averſâ nummi facie impreſſam habemus apem; &, cum ape, inſcriptionem prorſus ſingularem; ΚΗΡΙΑ ΑΙCωΔЄ ΠΡΟC ΠΛΑVΡΝ. Qui quidem typus nullum in ſe ſervat characterem ordinariæ monetæ Epheſinæ: Nullus enim urbis magiſtratus, nulla in eo Epheſiorum religio conſpicitur. Tot etiam quoad literas admiſſa ſphalmata privati alicujus artificis inſcitiam loquuntur, non publici Monetarii curam. Quum enim literatè inſculpendum eſſet ΚΗΡΙΑ ΔΙCωΔΗ ΠΡΟC ΠΛΕVΡΑΝ (quod quale ſit poſt-

ea videbimus) pro eo sculptor illiteratus fecit ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ ΠΡΟC ΠΛΛΥΡΝ: scilicet Є pro Η insculptâ, tribusque literis Α, Δ, Λ, uno eodemque ductu præposterè formatis. Nequeo igitur monetam hic agnoscere auctoritate publicâ percussam. Crediderim potius *symbolum* fuisse, è *Theoricorum* genere, Latinè *tesseram theatralem*. Horum usum præstabant æra diobolaria, quæ, Gymnasiarchorum jussu, magno numero percussa, viritimque populo divisa, locum singulis in theatro ad saltationem spectandam darent. Unde Luciani ista *in Timone* phrasis, διανέμειν τὸ Θεωρικὸν, i. e. *distribuere Theoricum*. At *Theoricum* opportunè nobis explicârunt & Pollux lib. 8. & Suidas in ΘΕΩΡΙΚΑ. Quorum ille pecuniolæ cujusdam meminit plebi diebus festis distributæ: Eaque sic data, inquit, *Theoricum* vocata est. Hic verò, τὸ παλαιὸν ὄχλου γινομένου ἐν θεάτροις, καὶ τῶν ξένων τὰς θέας προκαταλαμβανόντων, δεδίδοτο τοῖς πολίταις τὸ ΘΕΩΡΙΚΟΝ, ὅπερ ἦσαν δύο ὀβολοὶ, ἵνα τοῦτο λαμβάνοντες οἱ πολῖται διδῶσιν αὐτὸ τῇ πόλει μισθὸν τῆς θέας, i. e. *Olim cum in theatris tumultuatum esset, & peregrini spectacula præoccuparent, distributum est civibus* Theoricum, *quod nummus erat diobolaris: nempe ut cives hoc accipientes, civitati idem ad spectacula redimenda redderent.*

Huic igitur cùm destinata esset nummuli nostri *scopici* adversa facies; ne aversa prorsus vacua & infructuosa relinqueretur, occupârunt eam Gymnasiarchi, qui in spectaculis soli omnia potuerunt, Pharmaci cujusdam publicatione: Pharmaci dico, quod apud ipsos, aut eorum saltem administros, balneatores nempe, unguentarios & iatraliptas, propalam in Balneis & Gymnasiis venale prostitit. Hoc suadebit certè duarum inscriptionis partium divisa commodè interpretatio: quarum prima sic apertiùs legitur ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ, at altera paulo intricatius ΠΡΟC ΠΛΛΥΡΝ.

1. ΚΗΡΙΑ ΛΙCωΔЄ (corruptè pro ΚΗΡΙΑ ΔΙCωΔΗ) non malè *Favos Bithymos* interpretabere. Nam Favos quidem hic intelligi suadet & persuadet apes, ingeniosa favorum artifex, in eâdem nummi areâ signata. *Favos* verò *Bithymos*, sive favos bina thyma redolentes auctores nobis tradidere *Aristoteles Pliniusque*; favos scilicet colore albos, melli faciundo non omnino aptos, sed ad medicamina & varios curationum usus apprimè commendatos. Ita enim de cerâ, de melle, & favis agens *Aristoteles* (de Hist. Animal. lib. 9. cap. 40. τὸ δὲ λευκὸν (κηρίον inquit) ἐκ τοῦ θύμου εἰλικρινοῦς, ἀγαθὸν δὲ πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη. Jam locum istum sic expressit *Plinius* (lib. 11. cap. 16.) *Album mel non fit, quod* bithymum *est, sed oculis & ulceribus aptissimum existimatur.* Nec hanc solum, sed & alias *favi bithymi* virtutes ex *Plinio* aliud agente obiter colligimus. Nam, *duo* (inquit) *sunt genera thymi ... utraque oculorum claritati multum conferre existimantur ... item* si lateralis dolor sit, *aut inter scapulas, aut in thorace.* lib. 21. cap. 21.

Celebre hoc pharmacum vetusta diu famâ & opinione nobilitatum, unà cum cæteris & medicinæ & luxuriæ inventis, (unguentis nempe, odoribus, oleis factitiis, & ceromate, post edita spectacula, ab athletis jam sudantibus detersо) aut ipsi illi Gymnasiarchi aut eorum certè ministri in Balneis & Gymnasiis venditabant. Illic enim & medicinam eos factitâsse, & mercaturam, ex auctoribus abunde constat. Hinc *Plinius* (lib. 28. cap. 4.) non sine indignatione quâdam *quæstuosorum* deprædicat *Gymnasia Græcorum*. Nec immeritò, si eidem sic prius scribenti fides. *Usum ejus* (i. e. olei) *ad luxuriam vertêre Græci, vitiorum omnium genitores, in* Gymnasiis publicando. *Notum est magistratus honoris ejus octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.* lib. 15. cap. 4.

Festo igitur tempore, jamque ad saltationes, ad luctatus, ad pugilatus, & ad alia id genus spectacula undique confluente populo, hæc sua κηρία δισώδη balneator quis, aut unguentarius, aut iatraliptes publicavit: idque arreptâ hujus *symboli saltatorii* occasione, quo latior rei notitia per manus, hinc inde, volitaret. Latinas hujusmodi publicationes, utcunque vulgo non notatas, at revera, mercimonii ergô, à veteribus olim

olim factas, nemo eſt qui rectè pernegabit. Tales enim duas, ceræ pulchrè impreſſas, & à teſſeris archetypis longiuſculis more quodam Typographico deſumptas, adhuc apud me ſervo; aliquot abhinc annis, à Domino *Luſkins* Pharmacopolâ Colceſtrenſi, antiquitatum harum ſtudioſo, humaniter mihi communicatas. Hæ igitur ad Colceſtriam, Romanam olim coloniam, repertæ, & (quod mirandum ſubit) in uſus etiam iatraliptæ cujuſdam, ſive medici Romani, fabrefactæ, dici vix poteſt, quantum & in re ipsâ, & verborum formulâ, huic noſtræ nummulariæ publicationi ad amuſſim per omnia reſpondeant. Sunt enim hujuſmodi

QIVLMVRRANIMELI	QIVLMVRRANISTAGIV
NVMADCLARITATEM	MOPOBALSAMATADCAP

i. e. *Quinti Julî Murranî Melinum*, ſive ex malis cotoneis oleum, *ad claritatem* oculorum faciens. Iterumque *Quintî Julî Murranî ſtagium opobalſamatum*, ſive myrrhæ oleum opobalſamo permixtum, *ad cap.* i. e. ad caput medicandum utile. Similia his vide apud Sponium, in Miſcellaneis eruditæ antiquitatis, pag. 237, 238. ubi *Sabiniani chloron ad clar.* item *C. Cap. Sabiniani nardinum ad impetum*, &c.

2. Sed his tandem adductis, redeat iterum ſub oculis inſcriptionis illa pars poſterior ΠΡΟϹ ΠΛΑΥΡΝ. Jam enim maturiùs & ſecuriùs deveniendum erit ad conjecturam: quærendumque de vocula πρὸς, poſt pharmacum ſic poſitâ & expreſsâ, annon ſatis apertè oleat notam medicorum phraſin, quâ hoc aut illud pharmacum ad hunc illumve morbum, curationem, aut partem corporis, bonum atque utile, compendio quodam, commendatur. Sic (ut cognata ſolummodo exempla adducamus) κηρίον hocce *Ariſtotelis* πρὸς ὀφθαλμοὺς καὶ ἕλκη· Κηρώματα Hippocratis πρὸς ἀλγήματα πλευρῶν: melinum illud *Murranii* ad claritatem oculorum; ſtagium ejuſdem opobalſamatum ad caput; & paſſim illa *Plinii* pharmaca, ad claritatem, ad argema, ad albugines, ad luxata membra, ad nervos, ad ſanguinem, ad tuſſim, ad lateris dolores: quibus addi poterit integer ille Apuleii, *de virtutibus herbarum*, liber. His poſitis, in abſtruſo iſto ΠΛΑΥΡΝ clarè mihi videor deprehendere ΠΛΕΥΡΑΝ. Cumque duo thymi genera (ut à *Plinio* jam didicimus) ad lateralem dolorem faciant; neque id ſolum, ſed & ΚΗΡΙΑ quoque ab *Hippocrate* ad eundem ſæpiùs commendentur; lego tandem κηρία διςώδη πρὸς πλευρὰν, hoc eſt (phraſi *Murranianâ*) *favi bithymi ad latus:* Sive favi *bina thyma* redolentes, ad lateris dolorem utiles. Artifex enim ſcalpturam (ut par eſt credere) magis quam literaturam callens, ſuum illud Λ, loco Α & Δ ex errore prius uſurpatum, hic quoque, loco Ε, errante effinxit manu. Et tum demum ſpatio deſtitutus, Α & Ν literas, in unum (ut fit plerumque) colligatas, eruditorum crucem, & antiquariis offendiculum reliquit.

Finieram; niſi quod aliquid mihi theologicum ex hâc ethnicâ farragine colligendum reſtet. Eſt verò loci *Tertullianei* ad *Scapulam*, capite quarto, vindicatio. Proculum quendam Chriſtianum ibi memorat Tertullianus, *Euodiæ Procuratorem, qui Severum*, Antonini patrem *per oleum aliquando curaverat*. Hic verò, extruſâ voce *Euodiæ*, Euodi legunt emendatores; & ad Euodium nos neſcio quem remittunt, cujus negotia Proculum hunc noſtrum procurâſſe ſuſpicantur. At re ipſa *Euodiæ procurator* erat εὐωδίας, hoc eſt odorum, ungueutorum, oleorum, ſub Gymnaſiarcho aliquo in balneis præfectus. Cumque tales (uti vidimus) conſtanter Iatraliptas agerent; Proculus noſter, eo nomine evocatus, oleo peritè adminiſtrato, Imperatori ſaluti fuit.

Vale, vir accuratiſſime, & dum, ſolerti quo polles ingenio, evaneſcentia indies monumenta ab interitu revocare pergis; monumentum tibi para inſcribendum REPERTIS BRITANNIÆ THESAURIS. Dabam è villa Walthamſtoënſi prope Londinum, Calendis Februariis, A. D. 1720.

ITER ASIAE POETICUM

A. D. 1701.

Ad Reverendum JOANNEM HORN, Scholæ inclytæ WICCAMICÆ Prope Ventam Belgarum, Hypodidaſcalum.

DUM tu vimineum dextro moderamine ſceptrum
Dirigis, HORNE pater, ludi ter amande magiſter;
Me pia Muſa comes duxit per avita locorum,
Et faciem oſtendit, famamque & nomina rerum,
Quæ tu victuris, nitidæ prope mœnia Ventæ,
Concelebras chartis; & carmine Diva retractat
Wiccama, Grajugenûm felicia ſomnia vatum.
Non mora: provehimur pelago, terræque recedunt;
Ac ſubito attonitos habet undique pontus & æther.
Jamque viam ingredimur, quam ſidere ſervat amico
Puppis, ab occiduis Aſiam viſura Britannis.
Ergo nona dies aperit mihi clauſtra profundi,
Et freta, qua quondam, anguſtâ cervice revinctam,
Africam ab Europa forti diſpertiit ictu
Claviger Alcides; tantique inſignia facti
Oppoſuit geminas dextra lævaque columnas.
Æmulus Alcidi rector Neptunus aquarum
Abſcidit Italico Siculum latus; arctaque juſſit
Æquora Scyllam inter convolvi avidamque Charybdim.
Hæc mihi viſenti, trepidis male pervia nautis,
Scyllæi riſere canes; blandâque receptum
Voce ſalutantum refluas miſêre per undas.
Nempe loci memores, ubi, te præeunte magiſtro,
Latrantes ſcopulos, ipſiſque tremenda poetis
Littora cantavi, rabiemque fretumque ſonoris
Verſibus includens, placavi inamabile monſtrum.
Hinc rate digreſſis flammas Trinacria longè
Fundit ab horrificæ tremulis fornacibus Ætnæ.
Succedunt miranda maris; petroſa Cythera,
Et laceri Maleæ ſcopuli; & circumſata crebris
Æquora Cycladibus. Dumque inter utramque ſubimus,
Hinc Chion, hinc Leſbon, tandem exoptata recepit
Smyrna ſinu. Smyrnâ non certior ulla diſertos
Jactat Nympha lares, & cive ſuperbit Homero.
Credite, Wiccamidæ! nemoroſâ in valle legebam
Ingentem Iliada, & reſonantis ad antra Meletis
Somnia carpebam, cùm protinus alma verendi
Ante oculos ſtetit umbra ſenis, litemque diremit
Urbibus, & dixit, Sacras cave molliter herbas
Lædere, Smyrnæi quondam incunabula vatis.
Surgo, &, grandævum veneratus rite parentem,
Mox peto ſuppoſitam Tmoli radicibus urbem.
Hic Gygis, hic Crœſi ſtetit olim regia, Sardis:
Lene fluens ubi prata pater fœcunda propagat
Hermus, & auriferis exit Pactolus ab antris.

Hos tu flaventes pretioſo ſemine venas
Præcipitare doces; dulcique errore ſequaces
Oblectans puerorum animos, ita credere Muſas
Et Phœbum, Aoniumque chorum, per vimina juras
Quæ tibi quadrifido ſurgunt diviſa flagello.
Non procul hinc * Nioben Sipyli ſub rupe rigentem
Aſpexi, & dixi, lacrymarum, Saxea mater,
Deſine longarum, finemque impone dolori.
Nam tibi nunc decies ſepteni fata puelli
Sub Lare Wiccamico redimunt; iraſque Dianæ
Solantur; redduntque potenti carmine prolem.
Jamque Epheſum, & curvi ripas juvat ire Cayſtri.
Quas non ille vias, quos non ſecat amne retorto
Errabundus agros, cycnoſque exquirit ademptos?
Cycnos aſtra rogat, cycnos rogat arva: ſed illos
Detinet, heu! Thameſis, peregrino in littore, pratis
Cultior irriguis, & fortunatior amnis.
Parce, Dea, abrepto nimiâ dulcedine rerum:
Parce, Camœna comes! Duce quâ, freta vectus Abydi
Tranſeo, * Muſæum meditans, & amabile carmen.
Hæret adhuc animo conſpecta Leandria Turris;
Hæret amor, lumenque, hæret ſuper omnia præſens
Fauſta dies, quæ me Trojana ad littora primum
Duxit, & attonitum Sigeâ in rupe locavit.
Hectoris hic ibant, hic inſidiantis Ulyſſis
Agmina; Dardanios hic ſtravit flamma penates.
His Ajax procumbit agris, his fortis Achilles;
Hic ſtetit iratæ donum exitiale Minervæ.
Hic loca caſtrorum numero, pugnaſque fugaſque;
Luminibuſque vagis campos permetior amens
Iliacos. Tum, ſiqua fides, venerande magiſter,
Hi nomen, me vate, tuum, doctoſque labores
Senſerunt: & Nympha fuit mirantis in ore
Wiccama. Non illic contendant Pergama Ventæ;
Non Catharinæum ſuperaverit Ida cacumen.
O ſacer, O collis, pedibuſque obtrite ſororum
Clive novem! ſiquâ tenebroſa oblivia vincas,
Tu Parnaſſus eris. Pueri properate frequentes,
Æquatiſque pium paribus conſcendite montem:
Et celebrate choros, Phœboque dicate perennem
Wiccamidiſque locum. Sic, ô, ſic, credere fas eſt,
Manibus Harriſii placitum, doctoque Chenæo,
Et tibi, Apollinei ſtructor Nicolaſie templi,
Quo nunc Wiccamicæ gaudent cuſtode Camœnæ.
Horne tamen nomen neu quære abſentis alumni:
Nec rogita quibus ortus avis, quo ſanguine cretus,
Hæc tibi longinquis cecini preregrinus in oris.
Namque ſagax citharam vatum explorare tuorum,
Perpetuúmque memor quid cuiquam ſcire dediſti,
Qualem animum, & quantas tribuiſti in carmina vires,
Protinus invalidæ noſcis conamina muſæ:
Doctaque ſtridentem, millenos inter olores,
Millenaſque tubas, auris diſtinguit avenam.

* Vid. Pauſan. Attic. l. 1. c. xxi. Ταύτην τὴν Νιόβην καὶ αὐτὸς εἶδον ἀνελθὼν εἰς τὸν Σίπυλον τὸ ὄρος. Vide etiam Scholiaſt. in Hom. Νιόβην Ζεὺς εἰς λίθον μετέβαλεν, ὃς καὶ μέχρι νῦν ἐν Σιπύλῳ τῆς Φρυγίας ὁρᾶται παρὰ πάντων. Iliad. ω. v. 602.

* Muſæus v. 23. Σὺ δ' ἔνεπέ κεῖθι περήσεις
Δίζεό μοι τινὰ πύργον——

ANTIQUITATES

In hoc VOLUMINE comprehensæ.

De Opere

Partim nunc præstito, partim adhuc promisso,

ADMONITIO.

IIS omnibus qui, singularis hujus operis promovendi gratiâ, unum aureum Britannicum aut persolverunt, aut persolvent, tradetur nunc in manus primum hoc volumen complectens ANTIQUITATES ASIATICAS, *Christianam æram antecedentes.* Iisdemque nunc promittitur, conditione alterius aurei, perfecto demum opere, solvendi, alterum illud quod sequitur longè justius volumen, ANTIQUITATES etiam exhibens ASIATICAS *ex Inscriptionibus Græcis*, partem longe maximam ineditis, *Historicis, Honorariis, Agonisticis, Sepulchralibus*, unà cum Indicibus necessariis, & Lexico totius operis Alphabetico. Ita integrum prodibit opus conditiones hasce accipientibus, non jam tribus, ut propositum fuit, at duabus tantummodo partibus comprehensum; neque constiturum plus quàm binis aureis Britannicis, hoc est, 2*l.* 2*s.* 0*d.* Chartâ autem regiâ utentes duplum reddere non gravabuntur.

6



die 29° Sept. A. D. 1731.

ANTIQUITATES ASIATICAS Pag. 61. a lineâ 21. ſic corrige.

His ſic ordine prænotatis, periculum feci, tum cùm hæc primùm ederem, an vitiatum à duobus antiquariis epigramma veræ ſuæ lectioni ſenſuique & acumini reſtitui fortè poſſet. Et cætera quidem rectè aſſecutum tamen fefellit me, quinto in verſiculo, εἶτα ἐρευνων pro εἴτε ἐρευναῖ à Whelero non rectè poſitum. Neque à ſchedis oculati teſtis, modò ſenſum ferrent & conſtructionem, pro ſtatutâ mihi in his ſtudiis regulâ, unquam auſus ſum abſcedere. Sed hac æſtate ſpe omni melior fortuna lapidem ipſum, cum plumbo ſuo unciſque ferreis, & excavato ſuperiùs ad recipiendam ſtatuam foramine, in Muſeolum meum detulit. Jamque feliciùs receptus inter præcipua Britanniæ noſtræ cimelia loci honorem obtinet. Debet hoc Reſpublica literaria optimis duobus viris, *Mordaco Mackenzie*, Medico & Philologo egregio, & Reverendo *Thomæ Payne*, Anglorum Conſtantinopoli negotiantium ſacerdoti, doctrina & pietate multiſque aliis nominibus commendato. Horum beneficio oculis hodie uſurpamus nobiliſſimam inſcriptionem, Alexandro Magno coætaneam, ex ipſo Boſporano lapide in æs tranſlatam, ſervatâ ubique venerandâ antiquâ formâ, & præfixo etiam ſpecimine magnitudinis literarum.

ΟΥΡΙΟΝΕΚΠΡΥΜΝΗΣ κ. τ. λ.

ΟΥΡΙΟΝΕΚΠΡΥΜΝΗΣΤΙΣΟΔΗΓΗΤΗΡΑΚΑΛΕΙΤΩ
ΞΗΝΑΚΑΤΑΠΡΟΤΟΝΩΝΙΣΤΙΟΝΕΚΠΕΤΑΣΑΣ
ΕΙΤΕΠΙΚΥΑΝΕΑΣΔΙΝΑΣΔΡΟΜΟΣΕΝΘΑΠΟΣΕΙΔΩΝ
ΚΑΜΠΥΛΟΝΕΙΛΙΣΣΕΙΚΥΜΑΠΑΡΑΨΑΜΑΘΟΙΣ
ΕΙΤΕΚΑΤΑΙΓΑΙΗΝΠΟΝΤΟΥΠΛΑΚΑΝΟΣΤΟΝΕΡΕΥΝΑΙ
ΝΕΙΣΘΩΤΩΙΔΕΒΑΛΩΝΨΑΙΣΤΑΠΑΡΑΞΟΑΝΩΙ
ΩΔΕΤΟΝΕΥΑΝΤΗΤΟΝΑΕΙΘΕΟΝΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥΠΑΙΣ
ΣΤΗΣΕΦΙΛΩΝΑΓΑΘΗΣΣΥΜΒΟΛΟΝΕΥΠΛΟΙΗΣ

ex autographo antiquo lapide, nunc penes præstantiſſimum virum Ricardum Mead M. D.

Idem Scriptione hodiernâ.

Οὔριον ἐκ πρύμνης τις ὁδηγητῆρα καλείτω
Ζῆνα, κατὰ προτόνων ἱστίον ἐκπετάσας.
Εἴτ' ἐπὶ Κυανέας δίνας δρόμος, ἔνθα Ποσειδῶν
Καμπύλον εἰλίσσει κῦμα παρὰ ψαμάθοις,
Εἴτε κατ' Αἰγαίην πόντου πλάκα νόστον ἐρευνᾷ,
Νείσθω, τῷδε βαλὼν ψαιστὰ παρὰ ξοάνῳ.
Ὧδε τὸν εὐάντητον ἀεὶ θεὸν, Ἀντιπάτρου παῖς,
Στῆσε Φίλων, ἀγαθῆς σύμβολον εὐπλοΐης.

Epigrammatis verſio Latina.

Urion expanſis jam promptus navita velis
Ductorem, ex altâ puppe, vocato *Jovem.*
Sive ad *Cyaneas* ſit iter, quà miſtus arenis
Neptunus tumidam vortice curvat aquam;
Seu reditum Ægæi veſtigat in æquora Ponti;
Eja, eat, huic ſtatuæ reddere liba memor.
Hocce Philo, Antipatri proles, optabile numen
*Hîc poſuit, fauſtæ *ſymbolon* eſſe viæ.

*Aliter *Sic poſuit:* quæ quidem longè eſt antiquior, & perpetua ferè apud Claſſicos vocis ὧδε ſignificatio. Jovem ſcilicet *Sic poſuit:* hoc eſt (ut inquit Dionyſius Byzantinus) manibus *ſic* protenſis, facie *ſic* ſerenâ & puerili, adeoque felix iter navigantibus ſymbolicè promittentem.

Alia pauca lege ſic correcta, viz. Pag. 33. lin. 3.

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκε νέων ἀπὸ Τηλεβοάων. inferiùs verò in Notis,

ΑΜΓΗΙΤΡΥΟΝ: ΜΑΝΕΘΗΚΕ: ΝΕΟΝ: ΑΓΟ ΤΕΛΕΒΟΑΟΝ. i. e.

Amphitryo me Teleboâ de gente revertens —— Sacravit.

Hunc verſum in Herodoto peſſimè ſemper habitum reſtituit nuper Ariſtarchus quidam ſummè eruditus Cantabrigienſis; idemque alia mecum benignè communicavit: de quibus ſuo in loco. Ejuſdem monitu

p. 99. paſſim pro τοῦ κείνου & τοῦ ἐκείνου lege τὸ κείνου & τὸ ἐκείνου.

p. 141. l. 3. pro οὐκ ἀλλὰ ᾖ lege οὐκ ὀλίγα ᾖ, & Latinè pro *neque minus* lege *neque pauca* &c.

p. 158. l. 23. pro ἢ ὁ μηδεὶς Θεῶν βουλήσει συντελευτήσωσιν lege ἢ, ὃ μηδεὶς Θεῶν βουλήσειεν, τελευτήσωσιν, & Latinè pro *Diis ſic volentibus*, lege *quod nemo velit deorum*, &c. Hæc duo rectè admodum advertit vir humaniſſimus idem & doctiſſimus, Reverendus *Thomas Rud, Dunelmenſis.*

p. 119. l. 2. & 126. l. 31. lege νουμηνίᾳ.

p. 201. l. 1. pro *pugnam Actiacam*, lege *victoriam Ægyptiacam.*




SPECIAL 88-B
FOLIO 17517
V.1
THE GETTY CENTER
LIBRARY